

Velka.  
Lateral-  
culus

No A  
1 - 298

6



78-4



Plut. V. Lit. E. N.º 3.

10-6-10



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18



78-4

A  
-1  
294

dup. do

Plut. VI. Lit. E. N.º 3.

40-6-10

N.º 1  
5-229

BIBLIOTECA DEPARTAMENTAL  
GRANADA



B. 1.491

125-5  
M. v. d. B. v. 17



V I R O

*Excellentissimo, Amplissimo ac Consultissimo*

D. JOHANNI  
MEERMAN,

JC. EMINENTISSIMO, INCLUTÆ  
REIPUB. LUGDUNENSIS EXCON-  
SULI GRAVISSIMO, IN COLLEG.  
ILLUSTR. AC PRÆPOT. DD. ORD.  
GENERAL. FOEDERATI BELGII  
DEPUTATO, JAM AD SERENIS-  
SIMUM MAGNÆ BRITANNIÆ  
REGEM LEGATO EXTRAORDI-  
NARIO,

S. P. D.

HACKII, PARENS & FILII.

**Q**uisquis considerat, quot, qui  
corrupta curat Veterum mo-  
numenta, ut emendata inter do-  
ctos exeant, laborum exantlet, & quàm  
nullius vel saltem per exiguæ à multis  
laudis particeps evadat, mirabitur sanè,  
cur quis id in se curarum recipiat, qui-  
bus ferendis, cum maximè enitendum,

\* 2

mini-



## DEDICATIO.

minimum tamen consequatur? Et profectò ipsi hoc diligentius pendentes mireremur, nisi certa subesset instituti ratio, de qua ad T. Exc. verba fundere importunum censemus. Id nobis sufficiat, P. VELLEIUM PATERCULUM esse, *hominem quidem militiæ deditum, & in Germania equitum sub Tiberio præfectum, ex celeberrimis tamen Campanorum principibus natum, & in bello Pannonico legatum,* in cujus Historiarum recensione operam contulerimus & studium omne. Cui splendidum tuum NOMEN inscribere & præfigere, ne, dum lucem affectat, tenuitatis suæ probè conscia, malevolorum sibilis horrere opus habeat, liceat etiam privatis quam erga TE habent observantiæ cultoribus. Etenim alterius præ Turpatrocínio haud voluimus committere purissimum hoc Latini sermonis, elegantiarumque Historiarum decus, ne si aliò verteret vultum, deesset cum indicina soliti tui favoris debitum nostræ in T. EXCELL. & DIGN. observantiæ monu-

men-

## DEDICATIO.

mentum. Idque ut esset, & nostrum efflagitavit obsequium, & Tui in doctiores amoris diligentiorisque in Historicos curæ multorum devota adoratio, quæ nobis animorum multum adiecit, ut munere hoc officiosæ mentis gloria ornaremur. Præterimus hîc, qui communis est dedicantium vel error vel consuetudo, qua in MAJORUM laudes excurrunt, veremur enim coram in OS TE laudare, quin singularis isthic est animi tui ductus & laus (quæ in TE est ad invidiam) malle laudanda peragere, quàm laudari. Sat virtutum (quibus Sceptris & Tiara jacentibus, & ad humilem arenam redactis, vitam perennari novisti) & laudum indicinæ putamus, quòd amplissimis Legationum muniis & aliarum Dignitatum cum applausu omnium fungaris. Quorum Nominum cum meminimus, prolixiori meritò, quo Tua Tempora moremur, alloquio super sedemus, ne peccemus in gravissimas curas, quibus famam amplif-



DEDICATIO.

fimi tui nominis ad præfens non tantum seculum, sed ad omne subsequutum transfundis. Restat solum, ut, quod in Illustri tuo NOMINE apparere volumus, non tam æternitatem daturi, quam accepturi, ea, qua soles res dignas complecti dexteritate accipias, attendens non munusculi exiguitatem, sed offerentium in T. DIGN. submissionem & demerendi studium. Nostrum erit, si hanc benevolentiam spectaverimus, animorum vota ingeminare, ut summus rerum Arbiter actiones omnes TIBI secundet, consiliis eventus reddat pares, Teque communi nostro Solo diu commoder, & peracta Legatione spectatissima, sospitem aliquando in Patriam Nobis Civibusque cunctis & Familiariibus restituat, quò

*Salve amor! invictis salve tutela Batavis!*

*Acclamet reduci Patria tota TIBI.*

Vale, Vir Nobilissime, Excellentissime, & negotia, ut facis, publica, in Reipubl. & Ecclesie commodum felicissime perage.

*Dabamus Lugduni in Batavis. Iphis idib. Dec. 1667.*

DE  
VELLEII PATERCVLI  
VITA ET SCRIPTIS,

EX GERARDI JOANNIS VOSSII

Opere de Historicis Latinis.

**V**ELLEIUS PATERCULUS *primum tribunus militum in Thracia fuit, hinc præfectus equitum in Germania, exinde quæstor, inque quæstura, remissa sorte provincia, legatus Tiberii bello Pannonico, denique primo Tiberii anno cum fratre Prætor destinatus: quæ universa de se ipso narrat Vellejus. Hosce honores, & quos tum majores & consanguinei gesserint, his verbis complecti studuit Aventinus, eos referens, e quibus in primo annalium scribendo profecit; P. Vellejus Paterculus, homo militaris, ex celeberrimis Campanorum Principibus prognatus, in Germania sub Tiberio præfectus equitum fuit. Tribunus ante castrorum, item quæstor, & legatus in bello Pannonico. Scripsit sexto (decimo sexto dicere debuerat) imperii Tiberiani anno. Item majores ejus atavi, abavi, avi, patruus, pater, Magius Celer frater, disciplina bellica, ac rebus civilibus clarissimi extitere duces, prætores, judices, fenatores, præfecti fabrum, tribuni castrorum, legati imperatoribus Romanis fuerunt. Hæc Aventinus. Hic Velleius duos histo-*

*ria scripsit libros ad M. Vinicium Consulem, pro-  
generum Tiberii Caesaris, Tacito etiam memo-  
ratum in sexto annalium, qui illum patre, & avo,  
consularibus, ortum dicit: item Dioni libro ex-  
tremo, ubi eum à Messallina docet interfectum,  
quod caput cum ea collimare nollet. Vinucium  
aliqui appellant: sed Dioni quoque est Οὐνίχιος.  
Librorum Velleii bona pars deperit. Dictio ejus  
plane Romana atque elegans. Quædam etiam  
habet, quæ haud alibi invenias. Sed in sui ævi  
rebus nimis domui Augustæ, & Sejano adulatur.  
Justiores commentarios promittit libro II. Ha-  
rum præteritarumque rerum ordo, cum justius  
aliorum voluminibus promatur, tum, uti spero,  
nostris explicabitur. Ac postea: Captum alte-  
rum, alterum deditum, justis voluminibus or-  
dine narrabimus, ut spero. Si Beatum Rhena-  
num audimus, qui primus Velleium in lucem pro-  
traxit, est idem ille, quem Tacitus vocat P. Vel-  
leium. Nec alia mens, vel Jacobi Schegkii, vel  
Valentis Acidalii. Eamque sententiam probant  
codice Burerii: ubi Publius appelletur, non, Gajus,  
uti est in vulgatis. Sed nihil tale in variantibus  
Burerii lectionibus reperias. Est & tertia sen-  
tentia. Nam Marcum vocat Priscianus libro VI.  
Ita enim habet, & antiquissima editio Veneta  
anni MDCCCCLXXVI, & recentissima Heliæ Put-  
schii: imo & optime notæ codex MS. meus, ut  
omnino huic sententiæ potius accedam.*

*Porro & fragmentum quoddam Velleii, quod  
frustra*

*frustra in editis quæras, invenisse se ait Wolf-  
gangus Lazius l. I. commentariorum Reip. Rom.  
cap. VIII. Inscriptio illius erat; VELLEII  
EXCERPTA EX GALLICA HISTORIA.  
Fragmentum ipsum istiusmodi est: Dum hæc  
circa Rhenum geruntur, in Noricorum fini-  
bus grave vulnus populus Romanus accepit.  
Quippe Romanorum gentes, quod Rhatias  
occupaverant, non longe ab Alpibus, tractu  
pari, patentibus campis, ubi duo rapidissimi  
annes inter se confluunt, in ipsis Noricis fini-  
bus civitatem, non quidem muro, sed vallo,  
fossaque cinxerunt: quam appellabant Cifara,  
ex nomine Deæ Cifæ, quam religiosissime co-  
lebant. cujus templum quoque ex lignis barba-  
rico ritu constructum, postquam eo colonia  
Romanorum deducta est, inviolatum perman-  
sit, ac vetustate collapsum, nomen colli fer-  
vavit. Hanc urbem T. Annius Prætor, ad ar-  
cendas barbarorum excursiones, Kal. Sextil.  
exercitu circumvenit. Ad meridianam oppidi  
partem, quæ sola à continenti erat, Prætor  
ipse, cum legione Martia, operosissime com-  
munivit: ad occidentem vero, qua barbaro-  
rum adventus erat, Avar, Bogudis Regis fi-  
lius, cum equitatu omni, & auxiliariis Mace-  
donum copiis, inter flumen & vallum, loco  
castris parum amplo, infelici temeritate extra  
flumen confedit. Pulcra indoles, non minus  
Romanis, quam Græcis literis, instructa. Igi-  
tur*



tur LIX. die, quam eo ventum est, cum is dies  
 Deæ Cifæ celeberrimus, ludum & lasciviam  
 magis, quam formidinem, ostentaret; immanis  
 barbarorum multitudo, ex proximis silvis re-  
 pente erumpens, ex improvise castra irrupit.  
 Equitatum omnem, &, quod miserius erat,  
 auxilia sociorum delevit. Avar, cum in ho-  
 stium potestatem regio habitu vivus venisset,  
 pecudis more mactatur. Oppidani vero, non  
 minori fortuna, sed majori virtute, Præto-  
 rem in auxilium sociis properantem, adoriuntur.  
 Romani haut segniter resistunt. Duo Principes  
 oppidanorum, Habbino & Caccus, in primis  
 pugnantes cadunt. Et inclinata jam res oppi-  
 danorum erat, ni maturassent auxilium ferre  
 focii, in altera ripa jam victoria potiti. Denique  
 coadunatis viribus castra irrumpunt. Præto-  
 rem, qui paullo altiorem tumulum frustra ce-  
 perat, Romana vi resistentem obtruncant. Le-  
 gionem divinam, ut ne nuncius superesset, fun-  
 ditus delent. Verres solus, tribunus militum  
 ane transmissio, in proximis paludibus se oc-  
 cultans, honestam mortem subterfugit. Nec  
 multo post Siciliae Proconsul immani avaritia  
 turpem mortem promeruit. *Etiam lib. v. ejus-  
 dem operis cap. v. & aliis aliquod locis, Velleiani  
 hujus fragmenti meminit Lazius. Sed qui nasum  
 habet, satis odoratur, stylum ejus sapere scripto-  
 rem, qui seculis aliquot Velleio junior sit. Nec  
 in re pauca sunt, quæ peccentur. Ea adfer em,  
 nisi*

*nisi id cum cura fecisset vir summus, Marcus  
 Velserus, in rerum Augustanarum Vindelicarum  
 libris. Sed monere operæ pretium videtur, frag-  
 mentum hoc totum, paucis tamen insertis, legi  
 apud Conradum à Lichtenau, Abbatem Ursper-  
 gensem: quem in Chronico vide postea, quæ de  
 anno MCLXVII. exposuit. Lemma ejus capituli  
 est, De Augusta Vindelicorum, vel Rhætia.  
 Etatem ejusce Conradi inde cognoscimus, quod  
 initio Pontificatus Innocentii tertii, hoc est, anno  
 cIcc xcviii, laicum se, atque adeo minorennem  
 fuisse, dicat: anno autem cIcc xxv. referat se  
 Abbatem factum Urspergensem: historiam vero  
 suam perducatur ad annum cIcc xxix. Quare,  
 aut ex Abbate Urspergensi id fragmentum fue-  
 rit: aut inde, unde ea hauserat Urspergensis.*



NOMINA AUCTORUM,  
 QUORUM  
 OBSERVATIONES  
 ET  
 NOTÆ

*Hac Editione exhibentur.*

<b>A</b> Cidalius.	Manutius.
Boeclerus.	Ortelius.
Bongarsius.	Puteanus.
Burrerius.	Rhenanus.
Cluverius.	Salmasius.
Fungerus.	Scaliger.
Georg. Fabricius.	Schegkianus.
Gruterus.	Stewechnus.
Had. Junius.	A. Thysius.
Lipsius.	Vossius.
	Ursinus.

*Vetustorum passim & recentiorum auctorum in ipsis notis  
 citatorum ingens numerus est.*

C. VEL-



'C. VELLEII PATERCULI  
 HISTORIÆ ROMANÆ,

A D

'M. VINICIUM COS.

LIBER. I.

\* \* \* tempestate distractus à duce suo 'Nestore, 'Meta-  
 pontum condidit. 'Teucer, non receptus à patre \* Tella-  
 mone,

1. **C.** ] P. prænomen in plerif-  
 que novissimis editioni-  
 bus Vellejo præfigi, video.  
 Nec sine causa, si id Ms. codicis au-  
 thoritate sit subnixum; ut ex Burrerio  
 adferit Schegkianus. Cæterum cum nihil  
 hujusmodi in illius variantibus lectio-  
 nibus inveniam; argumentum illud  
 non admodum validum esse arbitror.  
 Firmare id tamen nituntur auctoritate  
 Taciti, qui lib. vi. Annalium cujus-  
 dam P. Velleji meminit. Sed forsitan ille  
 auctoris nostri pater fuerit; qui sub  
 M. Vinicio præfecturam equitum in  
 Germania gesserat, cuique, Tiberio  
 jam Rhodo reverso, noster in hoc mu-  
 nere successit: forsitan etiam frater, cu-  
 jus in hoc ipso opere, sub nomine Mag-  
 gii Celeris Vellejani, mentio fit. Con-  
 fugiendum hinc alicui videatur ad  
 prænomen C. Id quidem certo ei fuisse  
 affirmare ausim, si ita se ipsum appel-  
 let, ut aiebat Aldus. Et fateor, memi-  
 nit hic auctor C. Velleii: verum il-  
 lum avum suum fuisse, prædicat. Quis  
 moveor, ut M. prænomen potissimum  
 amplectar. Fuerit illud nostro com-

mune cum M. Vellejo, cujus meminit  
 Tullius Philippica 111. Subnixæ autem  
 est nostra opinio verbis his Prisciani  
 in vi., ut quidem vulgo concipiuntur:  
*M. Vellejus Paterculus: Primus, nec  
 minus clarus ea tempestate fuit Militia-  
 dia filius Cimón.* Quod vero notarit  
 Schegkianus, in scripto suo Prisciani fra-  
 gmento, prænomen fuisse omissum  
 id eo minus movet, quod ferme con-  
 sentiat cum impressis codicibus, sine  
 dubio vitiosis, hac tamen parte me-  
 lioribus, quod id agnoscant. Atque id  
 comprobant membranæ nostræ opti-  
 mæ notæ, quæ locum vulgo mancum  
 ita exhibent: *M. Vellius pater cujus  
 liberi nec minus clarus, &c.* Unde fa-  
 cile mihi fuit veram lectionem eruere:  
*M. Vellejus Paterculus libro 1. Nec mi-  
 nus clarus, &c.* Quin idem etiam fir-  
 mant duo Mss. bibliothecæ Leidensis,  
 quos postea inspexi; quorum uterque  
 similiter habet, *M. Vellius Pater cu-  
 jus.* Imo in altero etiam clare, lib. 1.  
 perscriptum. Ut de hoc non sit am-  
 plius dubitandum. *Vossius.*

2. VELLEII. ] Negant aliqui Vellejam  
 gentem



gentem ab antiquis nominari. Cicero tamen libris de Nat. Deor. C. Velleium Epicureum introducit. Idem etiam, ut jam diximus, M. cuiusdam Velleii mentionem injicit. Alius sub Claudio cum M. Syllano consulatum gessisse dicitur, unde S. C. Velleianum. Velleii Blasi meminit Plinius Epist. l. 11. epist. ultima. Apud Priscianum etiam lib. x1. Velleii Celeris epistola ad Hadrianum Cæsarem laudatur: qui forte fuit ex posteris Magii Celeris Velleiani, fratris auctoris nostri. Alios ex eadem gente monstrabit index inscriptionum Græcorianarum. Possent addere Senecæ locum ex Præfatione lib. 14. Nat. Quæst. *Plancus artifex ante Velleium maximus aiebat, non occulte, nec ex dissimulato esse blandiendum. Ita enim edunt ex conjectura Mureti, cum ante legeretur Villium. Sed ego vix dubito, quin Vitellium sit scribendum. Quod improbare non potest, qui exquisitissimas hujus erga C. Cæsarem adulationes apud Dionem lib. 114. legerit. Conjecturam nostram firmari post hæc vidi à Justo Lipsio, cui idem notis ad Tacitum in mentem venit. Idem. Velleii.] Quod ad nomen attinet, Velleia gens nusquam, (vide tamen supra) quod sciam, nominatur. Tacitus, Vellæum agnoscit: itemque antiquus lapis, cujus verba subscribam.*

*Canusii.*

C. VELLÆVS. C. LIB. VRSIO. AVG  
SIBI. ET. TVTORINÆ. FILIÆ  
TREBELLIÆ. FELICVLÆ  
VXSORI. TREBELLIÆ  
A RESCVSÆ  
ET. TREBELLIA. FELICVLA. SIBI  
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE  
MEIS. C. IN. CVLTV. MONVMEN.  
TVM. CVM.

P. XV. ET. ITER

*Manutius.*

3. *M. Vinicium.]* De quo Tacitus libro 6. ait: *Vinicio oppidanum genus: Callibus ortus, patre, atque avo consularibus, cetera æquestri familia erat, mi-*

*tis ingenio & comæ secundia. Pater ejus Publius, avus Marcus, ille nccc. l. hic dccxxxv. anno urbis consul. Quibusdam cum lapide Coloriano placet, VINVCIVS. à vulgo Dio. Numi, in quis:*

P. VINICIVS M. F. III. VIR.  
A. A. A. F. F. F. & L. VINICIVS.  
L. F. III. VIR.

*Et lapis Neapoli:*

M. VINICIO P. F. POST  
MORTEM  
MVNICIPI SVI AERE  
CONLATO  
PIETATIS CAUSA PO-  
SVERVNT.

*Scheek. Ad M. Vinicium.]* Legunt alii *Vinucium*, auctoritate lapidis Coloriani. Sed vulgatam lectionem non solum omnes scriptores, sed etiam numismata vetera confirmant. Disputant viri eruditi, utrum Vinicii hujus cognomen fuerit *Quartinus*. Sane Pomponius de origine juris C. Cassium Longinum, & *Quartinum*, simul consulatum gessisse scribit. Ubi erat, quod L. Cassium Longinum, Tiberii progenerum, cum C. Cassio IC. confundat. Quod observatum etiam Lipsio ad vi. *Annalium Taciti*. Et sane vel prænomena, quæ diversa sunt, id doceant. Quapropter neque iis accedendum, qui C. Cassium, & *Quartinum*, suspectos fuisse consules volunt. Et ne de his dubitem, facit, quod Pomponio solenne esse noverim in veteri historia labi. Cæterum *Quartinum* Vinicium cognominari, firmat quodammodo nummus Goltzianus, cui inscriptum, M. QVARTINVS II. VIR. Optime enim hoc ad Vinicium referri posse, liquet, non solum ex prænominem, quod idem est; sed & ex inscriptione Neapolitana, unde illud duumvirum fuisse, constat. Ea superiora relata est. Sane duumviro in municipiis fuisse, manifeste, ut alios mitam, docet Cæsar lib. 1. de bello Civili; ubi ait, *se duumvirum municipio-*

*rum omnium imperasse, ut naves conquirerent. Vossius.*

4. *Tempestate.]* Loqui Velleium de Metabo sive Metaponto, nec Lipsius, qui primo de Epeo conjecerat, negavit. Hic enim Metaponti urbis conditor *Stephano & Servio* memoratur. *τὸ Μεταπόντιοι οὐ βάρβαροι Μεταβῶν ἐλέγον.* Quæ verba Stephani, articulo postulante, ita interpretantur, ut *Metabus à barbaris dictus* intelligatur, qui vero nomine esset *Metapontus*. Quapropter etiam a *Cl. Salmasio in Plin. exercit. p. 65.* refutatur ea assertio: cum aliunde constet, verum nomen *Metabi* in *Metaponti* appellationem à barbaris demutatam esse. Fuerit itaque fortasse apud *Steph.* translatio vel nominum vel articuli librariis tribuenda, de quo tamen nihil pronuntio. *Strabo lib. 6. ad Pylios*, qui cum Nestore ab Illo navigarunt, universim, *Metaponti* originem refer: ut & *Solin. polyhistor. cap. 2. Boecler. Tempestate distractus à duce suo Nestore.]* Quid Græci Trojâ redeuntes passi sint aut fecerint, narratio fuit: quæ oppida considerint, aut ubi fixerint sedes. De quo tamen propriè hoc initium? Credo de *Epio*. quo trahit me *Justinus lib. xxi. Metapontini in templo Minervæ feramenta, quiibus Epus, à quo conditi sunt, equum Trojanum fabricavit, ostentant. Et facit Aristoteles in Admirandis: Εἰς τὸ Μεταπόντιον Ἀθλοῦς ἰερόν εἶναι φασίν, ἐνθα τὸ Εἰπέριος λέγεται ὄργανον ἀνακείαθ, [fort. οἷς τὸν] ἀεὶς τὸ Δερείον ἰσπὼν ἐποίησεν.* *Strabo simpliciter tamen dixit, Pylios Metapontum condidisse: Stephano aliiq; Metabum nominarunt.* de quo ipso quin hæc capere possis, non nego. *Lipsius.*

5. *Nestore.]* Nestor filius fuit Nelei & Cloridis juxta Homer. quinquaginta navibus ex Pylo Trojam venit jam senior. Per tres *ἡλικίας* vixisse dicitur. per *ἡλικίαν* autem intelligit non-

nulli triginta vel triginta tres annos. Ita Nestor 90. vel 99. annorum fuerit. Veteri Poeta *Nævio* dictus est *trifideli senex*. Rex fuit ille *Pylî*. In Peloponneso triplex fuit *Pylus*. Dux à mare, quarum una in Elide regione, altera in Messenia, tertia in Arcadia. Quam ultimam genuinam Nestori, esse docet *Strabo.*

6. *Metapontum.]* Urbs in magna Græcia ad sinum Tarentinum.

7. *Tenecer.]* Horatii ad *Plancum;*

— *Tenecer Salamina, patremque*

*Cum fugeret, tamenudalύχο*

*Tempora populea fertur vinxisse corona,*

*Sic tristis affatus amicos:*

*Quo nos cumque feret melior fortuna parente,*

*Ibimus ο̄ socii comitesque.*

*Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.*

*Certum enim promissit Apollo*

*Ambiguum tellure nova Salamina futuram.*

Historiam post alios habes apud *Virgilium* libro 1. & *Justinum* x11v. à quo & *JUPITER* *Salaminium*, cui templum posuit *Teucer*. *Tacitus 111. Annal. Scheek. Tenecer non recepit.]* Quæ hic facta memorat *Vellejus*, futura conjicit *Teucer* apud *Sophoclem in Ajaxe*, cum *Telamonis* iram adversus venientem sine fratre, sibi figurat. Inter alia veluti *πυλοφῶν* (in *Vellejanorum* verborum habent illa:

— πῖον σὺν ἐρεὶ κακῶν;

Τὸν ἐκ δόξης γαζῶντι πολεμῖς ἰδῶν,

Τὸν δειλία παρδόντα κ̄ κακαὶ δόλαι

Σὶ φίλτατ' Αἴας, ἢ δόλοισιν, ὡς

ταὶ σὺ

Κροτῆ γενούθ, κ̄ δόμους νίμωμι

σας.

Τοιαῦτ' ἀνὴρ δύστην̄ σὺ γήρας

βαρὺς

Αἰρεὶ, αἴρετ' εὐδὲν εἰς ἕαν θυμὸν



mone, ob segnitiam non vindicata fratris injuriæ, Cyprium adpulsus, cognominem patriæ suæ <sup>1</sup> Salamina constituit. <sup>2</sup>Pyrrhus, Achillis filius, <sup>3</sup>Epirum occupavit. <sup>4</sup>Phidippus <sup>5</sup>Ephyram in <sup>\*</sup>Thesprotia. at † rex regum Agamemnon,

Τελῶ δὲ ἀπαστὲς γῆς ΔωρόφιΦθῆ-  
σομαγ, &c.

vide de historia amplius, præsertim Servium ad 1. Virg. Æn. Justin. 4. 2. 3. Diis. Cretens. lib. 6. Interpretes Horatii ad od. 7. lib. 1. Boecler. Teucer non receptus à patre Telamone.] Varias auctorum super hac re opiniones quasi fasciculo colligat Servius ad Virgiliti lib. 1. Æneidos: Teucer (inquit) cum, Trojâ eversâ, sine fratre esset reversus; qui se furore, propter perditâ Achillis arma, interemerat; vel, ut alii, quia non defenderat Ajaxis fratris interitum; vel quia ossa fratris non retulisset; ut nonnulli, quod Tecmessam concubinam, vel ejus fratris filius Eurysacen, ad avum Telamona de Troja sicum non reduxerit, quia ille alia navi veclus felicitus navigaverat; Salamine pulsus à patre Cydoniam venit. Ita integrum locum emendandum censo. Male legitur Theomissam pro Tecmessam. Pro Tureysacen etiam reposuimus Eurysacen, & pro Sydonam, Cydoniam. Ablegavimus quoque à cena, quod post Tyrifacem Ms. Fuldenis inculcabat. Quis enim non videat, imperite illud ex præcedenti voce repetitum? Auctores verò quorsum allegem, cum historia hæc passim apud veteres poetas, præsertim Tragicos, sit obvia? Vosius.

\* Telamone.] De quo Ennius apud Ciceronem Tusculanarum 111.

Hicine est Telamon ille, mudo quem gloria ad caelum extulit?

Quem spectabant? cuius ob os Graii ora obvertebant sua?

Usus hoc de se Cicero, Ep. ad Pætum. Schegkiius.

1. Salamina.] Urbs hæc Cypri Tra-

jani tempore deleta à Judæis, ut scribit D. Hieronymus. Fagamesta hodie dicta, ut Niger autumat. Salamina.] Apud Græcos Latinosque passim hæc historia. Illud nota non indignum, tempore Ilocratis, Teucris genus adhuc fuisse in Cypri regno. In Enagorâ: Τευκρῶ δὲ ἐπὶ δὴ Τεγίαν στωι-  
ξέειν, ἀφικόμενῳ εἰς Κύπρον, Σαλαμινά τε κελύκησεν ἰσώνυμον ποιήσας τὸ αἰθέρον αὐτῷ πατρὶ-  
δὲ εὐχῆς, καὶ τὸ γῆσιν τὸν αὐτῷ βασιλεύον κατέλιπε: Teucer vero, postquam unâ cum aliis Trojanis cepisset, veniens Cyprium, Salamina ibi condidit cognominem veteri sua patria, & genus, quod nunc ibi regni potitur, reliquit. Lipsius.

2. Pyrrhus.] Justin. 17. 3. Plutarch. Pyrrho pr.

3. Epirum.] Est hæc regio Græciæ versus Adriaticum mare. Vide Strab. lib. 8.

4. Phidippus.] Vulgo male, Philippus. Phidippus.] Enumerat, ex Græcis ducebis ad bellum Trojanum profectis quam quisque urbem, everso Ilio, condiderit. horum in numero neque ab Homero, neque à Darete Phrygio, Philippus nominatur. itaque facile crediderim, Phidippus, esse reponendum, de quo sic Homerus ἐν τῷ ἦ  
τεῶν κατὰ λόγον:

Τῶν δὲ αὐ Φεῖδωπὸς τε ἔ Ἀγ-  
φῶ ἠγήσασθαι,  
Θεσσαλῆ ἤε δῖον Ἡρακλείδαο ἄ-  
νακτῶ. Manu.

5. Ephyram.] Differentiæ causâ addit in Thrsb. cum plura hoc nomine loca legantur. de quibus Stephan. in ΕΦΥΡῶ, quæ & ἰΦύρη. Boecler.

\* Thespro-

mnon, tempestate in Cretam insulam rejectus, tres ibi urbes statuit, <sup>1</sup> duas à patriæ nomine, unam à victoria memoria, Mycenæ, Tegeam, Pergamum. idem mox, <sup>2</sup> scelere patruelis fratris Ægifthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore uxoris oppressus occiditur. <sup>3</sup> regni potitur Ægifthus per annos vii. <sup>4</sup> hunc Orestes, matremque, <sup>5</sup> socia consiliorum omnium sorore Electra, virilis animi scœmina, obruncat. <sup>6</sup> factum ejus à Diis comprobatur, spatio vitæ & felicitate imperii apparuit, quippe vixit annis xc., <sup>7</sup> regnavit Lxx. qui se etiam

\* Thesprotia.] Est hæc Epiri regionula.

† Rex regum.] Dux ducum, qui ad Trojam venerunt.

1. Duas.] Vulgata sanè manca est. Sed quid hæc igitur sibi vult? Duplicem patriam fuisse Agamemnoni? de Mycenis fateor, & clarum est: de Tegea, quæ in Arcadiâ, quid ea ad Agamemnonem, nondum legi. Nam Pergamum, sive, ut Plutarchus in Lycurgo appellat (Περγαμῶν) certum est à victo Pergamo dictam. Lips. Duas à patria n.] Mycenæ ab Agamemnonis patria; Pergamum à Troja: Sed quid Tegea, quam Talhybius præco Agamemnonis dicitur condidisse, ut testatur Stephanus de urbibus. Ita quærenti Aldo responder Schegkiius, auspiciis Agamemnonis conditam à Talhybio. Itaque non immerito Agamemnonem fecerit auctorem Nostræ. Boecler.

2. Scelere patruelis.] Æschylus & Seneca in Agamemnone suo. Pausan. in Corinth. Liban. declam. 5. Boecler.

3. Regni potitur.] Homerus de hoc ipso, Odyss. v.  
Ἐπὶ αἰτίαι δὲ ἦνασσι πολυχρυσῶιο  
Μυκῶνῃς. Lips.


4. Hunc Orestes.] Æschylus in Choëphoris; Sophocles & Euripides in Electra videndi. Boecler.

5. Socia.] Aliter cum socia, unde Li-

pius legendum putabat consilia.

6. Factum ejus.] Reclumne fuerit ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occidisset; inter usitatas prisconum Rhetorum exercitationes discursum est. Meminit Auctor lib. ad Herenn. 1. 16. & Cic. 1. de invent. 14. ubi colorem Orestis firmatum loco usurpandum, hunc adfert: ejusmodi animum matris suæ fuisse in patrem suum, in seipsum ac suos, in regnum, in samam generis & familia, ut ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Liban. declam. 5. tota, Orestis apologiam conscripsit. Villijus omisissis aliis argumentis, ab eventu & subsecuta felicitate judicat. Boecler.

7. Regnavit lxx.] Valde ab hac supputatione abit Eusebius in Chronico: in quo est: Orestes regnavit annis xv. Sed Lipsius reponere tenrabit lxxv. Quæ (pace summi viri dixerim), non emendatio est, sed depravatio. Nam cum hoc Eusebius referat ad numerum 000000. regnum vero Tisameni filii ejus ordiatur numero 000000. clarum est ex ipsius supputatione, xv. tantum annos Orestis tribuendos. Post suus. Regnavit lxx.] Valde dissentis (inquit Lipsius) Eusebianum Chronicon Mycenæ post mortem Ægifthi Orestes regnavit annis xv. credo fuisse lxxv. Quæ postrema viri diligentissimi verba non





etiam à Pyrrho, Achillis filio, virtute vindicavit. nam, quod <sup>1</sup> pactæ ejus, Menelai atque Helenæ filix Hermiones nuptias occupaverat, <sup>2</sup> Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus & Tyrrhenus fratres cum regnarent in <sup>3</sup> Lydia, sterilitate frugum compulsi, sortiti sunt, uter cum parte multitudinis patria decederet. fors Tyrrhenum contigit. pervectus in Italiam, <sup>4</sup> & loco & incolis & mari, nobile ac perpetuum à se nomen dedit. Post Orestis fratrum, filii ejus <sup>5</sup> Penthilus & Tisamenus, regnavere

ad Euseb. refero (nil enim causæ apparet, cur ita opinaretur sed ad Vellejum. in cujus codicibus si forte fuerit 1xx. (pro 1xx. sc. quod nunc habetur) existimari potest, quinquagenarii notam à librario potius, quam ab auctore additam. Non dubito, tale quid in animo habuisse Lipsium: cui brevitatis vix fraudi esse interim non debet. Boetler.

1. *Pactæ ejus.*] Tale ac, *Sponsæ ejus.* Vide Nonium. Aldus, *pactæ ei.* Sed nihil mutandum esse, monuerat etiam Acidalius. *Vossius.* Nam quod *pactæ ejus.*] Euripides in *Andromacha.* *Justin.* 17. 3. 7. Et quos ibi annotavit ac conciliavit felicis memoria Viri, *Matthiæ Berneggerus.* Boetler.

2. *Delphis cum interfecit.*] Ad patrias aras, sive inter altaria Dei. *Justinus* lib. 17. nota res ex *Servio* ad illud *Poëtae* lib. 3.

*Et patriæ Andromachen iterum cessisse marito.* Schegkijus.

3. *Lydia.*] Quæ est Asia minoris regio.

4. *Et loco & incolis.*] Locum sive regionem, *Tyrrhenium*; incolas, *Tyrrhenos*; mare, *Tyrrhenum* intelligit. Historiam habes apud *Tacit.* 4. A. 55. *Strabon.* lib. 5. ubi *Atys rex fame & sterilitate coactus*, altero è duobus filiis *Lydo* forte detento, alterum *Tyrrhenum* cum majore populi parte amandasse, memoratur, &c. addenda quæ *Cassianob-*

*nus ex Festo Servioque* ad eum locum notavit. Plenius illam famem & emigrationem narravit *Herodotus* lib. 1. *Diodorus* lib. 5. maris appellationem inde petit: cum *Tyrrheni plurimum classe polleant, & imperium mari obtinerent, factum esse, ut subjectum Italiae mare, de ipsorum nomine, Tyrrhenum diceretur.* Alias opinio suggerit *Servius* ad *verf. Æn. 1.* Gens inimica mihi *Tyrrhenum navigat æquor.* *Appiana* *Τυρρηνικὴ Ἀσπίς ἀποικίη* in *Punic.* dicuntur. *Justinus,* *Tuscorum populos à Lydia venisse* scribit 20. 1. 7. Atque ita quidem communiter de *Tyrrhenorum* origine traditur. *Dionysio* tamen potius *indigenæ, quam advenæ* videtur lib. 1. cujus argumenta (à *diversitate linguæ, religionum, legum, studiorum præcipue petita*) minime vana existimat *Lipsius* ad *Senec. Consol. Helv. 6.* Boetlerus.

5. *Penthilus.*] Scribendum est, *Penthilus*; sic enim habet *Pausanias*, & Græci scriptores. *Pausania* verba ex *Corinthiacis* sunt hæc: *Τὸν δὲ Ὀρέστου νόθον Πενθίλον Κινεσθῶν ἐργαζόμενον ἐν τοῖς ἑπεὶ (ἢ Ἐργῶν) τῶν Αἰγίδου τελευτῆ. Ὑψίνος. Penthilus.*] *Penthilum* *Orestis* successisse *Sirabo* in *Geographiis*, auctor est lib. 13. de *Tisameno* *Pausanias* in *Corinth.* *Ὀρέστου δὲ ἀποθανόντος, ἔρχομαι Τισαμερῶν τῶν δὲ γυναι*

*δὲ γυναι Ἐρμιόνης τὴ Μεγελᾶς καὶ Ὀρέστου παῖς.* Quidam *Tisamenum* primo loco, sicut alii *Penthilum* ponunt; & in annotatione annorum maxima occurrit discrepantia. *Vellejana* quidem computatio, in se spectata satis congruit. nam si *Ægistho* VI. I. Orestis LXX. *Penthilo* & *Tisameno* III. annos tribuimus, efficietur octogenerium istud intervallum à *Trojæ* excidio usque ad *Heraclidarum* reditum. Verum si hanc sententiam cum aliis conferamus (puta cum *Africano, Eusebio, &c.*)prehendemus, tam certum esse, *Orestis* liberis diutius quem triennio impetasse,) quippe cum *Penthilo* XXI. anni, nec pauciores *Tisameno* assignentur quam incertum, imo falsum est, *Orestis* LXX. annis imperium tenuisse. Igitur illud *Velleji* triennium, valde mihi semper suspectum fuit: existimabamque aliquando, *Auctorem* scripsisse, *Myænis*; aut locum plane corruptum mutilumve esse. At obstabat huic opinioni congruentia torius intervalli, de qua antea dictum. nisi quod rursus infirmabatur hæc cogitatio, postquam de LXX. *Orestis* annis (an *Vellejus* sc. ita scripserit) merito dubitari coeptum est. Boetler.

1. *Tum fere anno.*] *Magnus Scaliger* in *animadversionibus Eusebianis* quatuor nobilia intervalla, inter cladem *Ilii*, & primam *Olympiadem* notat, quibus tanquam metis designant tempus illud veteres *Chronologi, Herodotus, & alii.* primum est *ἔργου κληθέντος κλειδίου* à *Troj.* capt. LXXX. an. (num. *Euseb.* DCCCXXV.) 2. οἰκισμὸς Δέσσης καὶ πόλεως post cladem. *Ilii* CXX. (n. *Euseb.* DCCCCLV.) 3. Ἰωνικὴ ἀποικία, καὶ κλισίας *Κυμῆς* φερακῶν, post *Troj.* CXL. (n. *Euseb.* DCCCCLXXV.) 4. κλισίας *Κυμῆς* ὑπὸ *Σμυρναίων* CXLIII. post *Troj.* (n. *Euseb.* DCCCCLXXXI.) De

primo hic agendum; id est de *reditu Heraclidarum.* prorsus celebris est hic character, primum quodammodo initium historix veræ. Sed in diversa tempora conjicitur ab Historicis: forte, quia conatus irriti τὴ κερδοῦς, id nomen à nonnullis tulerunt: sicut bene conjicit *Scaliger* in *Euseb.* nam *Heraclidæ*, mortuo *Eurytheo*, à quo *Peloponneso* pulsi fuerunt, cum primo reditum conantes, exade *Hylli* ausis excidissent; posteaque rursus frustra eum conatum resumisissent, tertia demum vice, *Tisameno* in *Peloponneso* imperante, destinata perfererunt. De primo conatu & interim *Hylli* vid. *Diodor.* lib. 4. & *Tegeatarum* orationem ap. *Herodot.* lib. 9. *Pausan.* *Arcad.* In tempore ultimi & veri reditus designando, consentiunt *Vellejo* non *Taisianus* modo & *Plutarchus*, de quibus *Lipsius* monuit, sed *Thucydides* etiam ἐν *πυλωτικῆ* *πρωτοπρω* severissimi operis. Accedit approbatio recentiorum. *Scaliger* in *animadv.* *Euseb.* Certum est, inquit, octoginta post *Ilii* excidium annis *Heraclidæ* patriæ restitutos imperium *Peloponnesi* obtinuisse. Hunc *Calvisius*, & *Chronologorum* accuratissimus quisque sequuntur. *Strabon.* lib. 13. pag. 582. LX. tantum annos numerat. Quo loco tamen, si sexaginta annos ad *Penthili* in *Thraciam* progressum sive expeditionem referas, & quod sequitur, ἵσ' αὐτῶν τῶν ἡρακλειδῶν εἰς πελοπόννησον κερδοῦν, non præcise, sed ἐν *πλάτῃ* sumas, sicut fieri apud *Chronologos* interdum videmus, facile conciliabitur cum *Nostro* & veritate. Quod si hoc durius videbitur, non possumus *Straboni*, contra eos, quos prædiximus, & *Pausaniam* qui *Tisameni* imperio non *Penthili* tribuit hunc reditum, auscultare. Dicat hic aliquis: *Pausaniam* in *Messen.* dicere τῶν κερδοῦν



Trojam captam, <sup>1</sup> centesimo & vigesimo quam Hercules ad Deos excesserat, <sup>2</sup> Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsus Heraclidis, Peloponnesi imperium obti-

ἦσαν Ἡρακλειδῶν ἡγεμονίᾳ δύο ἡγεσίας ὑπερῶν, duabus post confectum bellum Troicum atatibus accidisse reditum Heraclidarum. Jam si ἡγεσία, secundum Muretum var. Lect. 10. 8. & alios, triginta annorum statuenda est, prodibant non lxxx. ceterorum, sed 1x. Strabonis anni. Verum quemadmodum certissimum est eos egressos, qui ap. Homerum Nestoris ἡγεσίας (de quibus Muretus) pro singulis sæculis, sive centenariis accepere: ita profusus periculosus est vel precise vel ubique de 30. annis pronuntiare. Sane nec Latini sæculum & atatem hoc significavit, quo ἡγεσία Græcorum plerumque accipienda venit, certo annorum numero διασθέντας desinere. Quinimo varie isthæc talia pro captu ac conditione temporum videmus. Sic respectu μεταρροσιῶν primavorum hominum productiores atates numerat sacer codex: quas in angustiore posteriorum ævo, usus loquendi ἄλλοῦς contraxit. Itaque, ut ad rem revertamur, tam proclive nobis fuerit, de quadraginta & circiter annis, ἡγεσίαν accipere, quam aliis de triginta existimare libuit. Certe apud Mattheum Euang. 24. 3. & Luc. 21. 32. ἡγεσία 40. circiter annis metienda erit, si Erasmi, Beza, aliorumque expositionem, simplicissimam scilicet & scopo textus accommadatissimam (v. Harmon. Euang. Gerhardsi cap. 161.) sequamur. Boelerus.

1. Centesimo & vigesimo.] Joseph. Scalig. ad num. dcccxxv. Chron. Euseb. notat: τὴν Ἡρακλείας διασθένσιν (de qua vid. Diodor. 4.) Velleius Paterculus ait contigisse annis cxx. ante Heracli-

datum reditum, hoc est, xi. annis ante Illii everfionem, numero dcccxxv. Quod falsum convincit numerus dcccxxv., quo agon olympiacus ab Hercule est instauratus. Hactenus ille. Diligentiores ergo Chronologi xcv. circiter annis ante Heraclid. reditum, Herculis obitum ponunt. Idem.

2. Pelopis progenies.] Hoc illud celebre tempus, quod crebro in antiquis Chronicis quasi nota & character temporum signatur Reditus Heraclidarum. Atque ab eo initium plerique faciunt historiæ veræ. Diodorus lib. iv. Εφορῶ ὁ Κουαί. Ἰσχυρῶς ἀνκρίθητις, ὑποσησάμεν ἡγεσίαν τὰς κενὰς περὶ τὴν πάλαιαν μεθαλοχίαν ὑπερῶν, τὴν δὲ διὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κηθῶν προαχθέντα σωταξάμεν, ταῦτῶν ὄρων ἰπαύσασθαι ἰσοχίαν. ὁμοίως δὲ τὰς Καλλιόχης καὶ Θεόπομπου, καὶ τὴν αὐτῶν ἡλικίαν γαζῶντες, ἀπίσταν τὴν παλαιῶν μύθων: Erphras Cumanus, Isocratis discipulus, cum res publicè gestas scribere instituisset, veteres quidem fabulationes omisit; illa verò, quæ ab Heraclidarum reditu facta, colligens, hoc initium fecit historiæ suæ. Callisthenes & Theopompus, qui eodem ævo vixerunt, pariter ut ipse abstinuerunt à prisicis fabulis. Varro paulo aliter tamen tempora in hunc finem discernit apud Censorinum, cap. xxi. Varro, inquit, tria discrimina temporum esse tradit. Primum, ab hominum principio usque ad Cataclysmum priorem: quod propter ignorantiam vocatur Adelon. Secundum, à Cataclysmo priore ad Olympiadem primam; quod, quia in

obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. duces recuperandi imperii fuere, <sup>1</sup> Temenus, Cresphontes, <sup>2</sup> Aristodemus; quorum <sup>3</sup> atavus fuerat. Eodem fere tempore <sup>4</sup> Athenæ sub regibus esse desierunt: quarum ultimus rex fuit <sup>5</sup> Codrus, Melanthis filius, vir non prætereundus. quippe,

eo multa fabulosa referuntur, Mythicon nominatur. Tertium, à primâ Olympiade ad nos, quod dicitur Historicum: quia res in eo gesta vera historiâ continentur. Lipsius.

1. Temenus.] Quia hic maximus natus, & princeps recensetur, factum ut ipsi tota res tributatur, aut ejus possessis. Tertullianus de Pallio, cap. 11. Sic Hercules posteritas, qui Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt. Id est, unâ cum Temeno simulque. Idem corrigendus, De Animâ, cap. xxx. Gloriosi quique occupant terras, ut Scythia Partihica, ut Menida Peloponnesum. Legendum, ut Temenida. Lipsius. Temenus.] Temeno Argi celsere; Cresphonti, per sortem, Messene (Pausan. Misten.) Aristodemus ipse jam fulmine è medio sublatus erat: igitur filii ejus gemini, Procles & Eurysthenes Sparta potiuntur. à quibus οικία δύο βασιλείας, familiæ duæ regis Spartanorum orta sunt. Pausan. Lacon. Nisi quod Velleio in Aristodemi persona patrocinator Herodotus: id quod Lipsio notatum. Beeler.

2. Aristodemus.] Ergone ipse Aristodemus inter duces? Ita velle Velleium apparet: etsi in dissensu obstat aliorum scriptorum. His traditum, Aristodemum, dum apparat reditus, fulmine tañum percussit. in ejus locum liberos venisse, Eurysthenem & Procleum. Apollodorus talium rerum diligens II. Biblioth. Έκείνῳ ὄντι & ερωτάμενος, Α' εὐσθημῶν κεραινοθεῖς ἀπιδούς, παιδίας καὶ ἑλετών διδύμες, Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα: Ἰβὶ ἐκῶν exercitus Heraclidarum esset,

(Naupacti scilicet) Aristodemus fulminatus occidit, filios geminos relinquens, Eurysthenem & Procleum. Eadem aut similia Pausanias in Corinthiacis, atque alii. Quis à Velleio? damnabam: sed manum calculumque tenuit Herodotus, qui Spartanos ipsos docet fuisse in eadem hac cum Velleio mente, etsi contra scriptorum vulgus. Ille lib. vi. Λακεδαιμόνιοι γὰρ, ορθολογόντες ἠδὲν ποιητῆ, λίγυσι αὐτῶν Α' εὐσθημῶν & Α' εὐσθημῶν, & Κλεοδάμης, & Ἰ' Ἰ' βασιλεύοντες ἀρχαίην σφίσις εἰς ταῦτῶν χρόνῳ, τὴν νῦν ἐκπέταται, ἀλλ' ἢ τὰς Α' εὐσθημῶν παιδίας: Lacedæmonii nemini periclarum assentientes, tradunt ipsum Aristodemum, qui Aristomachi, qui Cleodæi, qui fuit Hylli, regnantem eos reduxisse in hanc regionem, quam nunc obtinent: non autem ipsos Aristodemi liberos. Ergo bene & ex recondita sententia Velleius. Lipsius.

3. Atavus.] Proprie abavus. Sed hæc cognationum vocabula sæpe confunduntur. Atavus.] Distinctio interponenda; Aristodemus, quoniam. Nam quem ait fuisse atavum? ipsum Herculem. Stemma tale: Hercules Hyllum genuit, hic Cleodæum, hic Aristomachum, hic Temenum, Cresphontem, Aristodemum. Ex Herodoto supra, aliusque. Lipsius.

4. Athena.] Vide Ubbonem Emnium in Græciâ descriptione.

5. Codrus.] Historiam Codri scripsit Iustin. 2. 6. 16. & seq. aliisque. Adimus autem Lycurgum, qui in orat. advers. Leocratem diligenter & fuis ceteris rem commemorat. Illud quoque movemus, inter allegatos Servium ad



quippe, cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores; deposita veste regia, pastoralem cultum induit, immistusque castris hostium de industria, imprudenter, rixam ciens, interemptus est. Codrum cum morte æterna gloria, Athenienses secuta victoria est. quis eum non miretur, qui iis artibus mortem quæserit, quibus ab ignavis vita quæri solet? Hujus filius Medon primus Archon Athenis fuit. ab hoc posterius apud Atticos dicti Medontidæ. sed ii, insequentisque Archontes, usque ad Charopem, dum viverent eum

oelag. 5. & Augustinum d. C. D. 18. 19. hunc Atheniensem Codrum regem, eum Virgiliano pastore confundere. id quod non semel Scaligero notatum. Boetler.

1. Pythius.] Apollo qui à Serpente nomen accepit. Phœn serpentem orientalibus denotat.

2. De industria.] Sententia est; Codrum rixam de industria concientem, imprudenter interemptum. ita intelligi suadet Valerius lib. 5. cap. 6. his verbis: Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata, ferro ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit, perque legatos significatus est, quo nam modo illud tam grave bellum discuti posset. Respondit Deus; ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. quod quidem non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrariis perccebit. eoque factum est, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret, id postquam cognovit, depositis insignibus imperii, familiarem cultum induit, ac pabulantium hostium globo sese obicit; unumque ex his satce percussum in eadem suam impulsit. Sed quid Valerius hic familiaris cultus? an iste qui ad discrimen regii, cultus privati vix puto. emendo famularem cultum. Justinius

certè pannosum, famenta collo gerentem, castra hostium ingressum adfirmat. Et verò unicus ad hanc rem fundus & subscriptor Cicero 1. Tusculanarum, qui hunc ipsum famularem vestem, vocat. Redeo ad Codrum, quo longe ab Ilisso, Paulania teste, interemto, regnum Erechtidarum post cōlxxxvii. vel, ut alii cōlxxxiiii. annos defecit. Plutarchus de Exilio, Augustinus lib. 18. cap. 18. Civitat. Dei, Paulanias Atticis, & Achaicis. Schegk.

3. Imprudenter.] Ille imprudenter? imo dedita operà & studiose rixam civit. Sed tu verba interpunge, sententiam & te expedies: Imprudenter rixam ciens, interemptus est. Vult interemptum imprudenter, & ab hostibus ignavis eum esse regem. Quod verum est. Lipsius.

4. Hujus filius.] Ultimam regem fuisse Codrum consensu traditur: sed apud Justinum 2. 7. 2. saltus committitur, ubi statim annui magistratus, omisso xlii. perpetuis, & vii. decennialibus Archontibus, reges sequuntur. qua de re etiam Bongarsius. Excidisse hanc narrationem, aut à mutilatore omissam esse, existimat Io. Meursius in Archontibus Athen. lib. 1. cap. 1. Boetler.

5. Charopem.] Tredecim fuere, quo-

tum

eum honorem usurpabant. Peloponnesii, digredientes finibus Atticis, Megaram mediam Corintho Athenisque urbem condidere. Ea tempestate & Tyria classis, plurimum pollens mari, in ultimo Hispaniæ tractu, in extremo nostri orbis termino insulam circumfusam Oceano, perexiguo à continenti divisam freto, Gades condidit. ab iisdem post paucos annos in Africa Utica condita est. Exclusi ab Heraclidis Orestis liberi, jactatique cum variis casibus, tum sævitia maris, quintodecimo anno sedem cepere circa Lesbum insulam. Tum Græ-

cia

rum seriem & nomina Eustobius refert, & Meursius loco jam laudato. continuatur autem hæc narratio infra c. 8. Idem.

1. Peloponnesii.] Locus hic mihi aliquando mendii fuit suspectus. Sed sanus est. Quod clarum ex Strabonis 1. ix. Geograph. ubi narrat, Heraclidas à Codro ex Attica pulsos Megaridem occupasse, ac condidisse Megara. Neque moverit quemquam, quod ille Heraclidas, noster Peloponnesios vocet. Hæc enim neutiquam inter se pugnant, liquet ex præcedenti Velleii narratione. Vossius.

2. Digredientes.] Vixi sc. prælio & à Codro profligati ex Attica. Strab. 9. pag. 393. Boetler.

3. Megaram.] Stephanus de urb. Μέγαρον, πέλις ἄρα τῆς Ἰωνίας, μέση Πελλοποννήσου & Ἀργολίδος, & Βοιωτίας. Idem.

4. Insulam circumfusam.] Lipsius, cum videret non insulam, sed in insulis oppida ab hominibus condi, correxit hunc locum, & de quarto in ultimum casum mutavit, quæ hic de insula dicuntur. Atque id ὀπίσθως à Lipsio factum existimavit Pet. Faber Semestr. 3. cap. 4. pag. 26. in marg. Sed tuetur librorum consensum & auctoritatem. Cl. Salmasius ad Tertullian. Pall. cap. 2. pag. 121. ea ratione: quod hic condere

fit urbibus inædificare, ut Græcorum κτισθῆναι, urbibus instruere. Itaque & insulam, Gades dictam, & condere insulam, esse urbibus instruere. Ceterum, quæ de Gadium origine memorantur, vide omnino apud Strabonem lib. 3. non procul à fine. Plin. 4. 22. & 5. 19. Diodor. lib. 5. Idem.

5. Ab iisdem.] Justinus libro xviii. Tyrii, missi in Africam veniunt, Uticam condidere. Mela: Utica & Carthago ambæ in clytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ. Lipsius. Vide & quæ diximus ad ad Sallustium. p. 255.

6. Sedem cepere.] Obhæreo. Ambigua & ὀρεῖς ista scriptio, Capere locum circa Lesbum. Ubi? in ipso mari? aut quin igitur nominas & designas? An à stili acumine subsidium, & rescribimus? sedem cepere circa Lesbum insulas? Insulas, inquam, multitudinis numero: & sunt sane plurimæ illic, etiam ex, quas ἐκὸς Ἰωνίους appellarunt, etsi vicinas numero, aut, ut alii, quadragenas. Tentabam etiam: sedem cepere Lesbum insulam. ejectâ vocalâ. & id valde volebam: sed renuunt scriptores, quorum nemo mihi auctor de occupata ab Orestis liberis Lesbo. Etiam Paulanias de locis circa Lesbum renuit. qui vult in Corinthiacis, Tisamenum cum suis copiis in partem Græciæ devenisse, quæ nunc Achaia dicitur.



cia maximis concussa est motibus: <sup>1</sup> Achæi ex Laconica pulsi, eas occupavere sedes, quas nunc obtinent: <sup>2</sup> Pelasgi <sup>3</sup> Athenas commigravere: acerque belli juvenis, nomine Theffalus, natione Theffrotius, cum magna civium manu, eam regionem armis occupavit, quæ nunc <sup>4</sup> ab ejus nomine Theffalia appellatur, ante Myrindonum vocitata civitas. Quo nomine, mirari <sup>5</sup> convenit eos, qui Iliaca componentes tempora, de ea regione, ut Theffalia commemorant: <sup>6</sup> quod cum alii faciant, Tragici frequentissime faciunt. quibus minime id concedendum est. <sup>7</sup> nihil enim ex persona poetæ, sed omnia sub eorum, qui illo

*dicitur.* Imò idem lib. vi. i. initio, petiisse eum in Achaiâ narrat, prælio cum Ionibus & in Helice sepulchrum. Itaque & nepotes Orestis in eadem Achaiâ collocat, eodem lib. vi. i. *Ipsf.*

1. Achæi ex Laconica. ] Strab. lib. 8. *ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς.* Polyb. 2. pag. 128. Pausan. Achæic. pr. Boecler.

2. Pelasgi Athenas. ] Lipsius miratur Dionysium lib. 1. dum casus & sedes Pelasgorum cœquitur, nullam Atticæ mentionem facere. Atqui continebatur id jam in verbis Thucydidis, quæ ex lib. 4. Dionysius addidit, ubi Pelasgi Lemnum olim & Athenas incoluisse dicitur. De utraque sede etiam Strabo lib. 5. pag. 221. Fuerunt autem Pelasgi vaga & migrationibus dedita gens, πολυτάλανον ἔχοντες τὸ ἔθνος ὡς ἰππευσιώδεις, teste eodem lib. 13. pag. 621. unde à Dionysio πολωνῶται vocantur lib. 2. pr. Porro quæ Athenas commigrandi plerisque causis fuerit Thucyd. annotavit lib. 1. *ἐκ τῆς ἀλλοτρίης ἐλλάδος οἱ πολέμους ἢ στρατὸς ἐκπιπθόντες πρὸς Ἀθηνάϊους οἱ δουρατῆταις, ὡς βέλτατον οὐκ ἀνεχόμενοι.* Ex cetera enim Græcia potentissimi quique bello aut seditione pulsi, Athenas, tanquam habitem sedem, sese conferant. ut habet versio Generosissimi

Ennechælii. Idem. 3. Athenas. ] Pausanias lib. 1. habitasse vult ipsam arcem.

4. Ab ejus nom. Theffalia. ] Strabo de Theffaliæ nominibus & nominum rationibus disserit, sine lib. 9. adde Scalig. animadvrs. Eufeb. adn. cxxvii. ubi Theffalus Græci filius memoratur. Diodorus lib. 4. appellationem à Theffalo Iasonis & Medæ filio repetit, non dissimulans tamen esse alias de hoc nomine opiniones, de quibus alibi didicurus sit. Dixit haud dubie: sed vetustas intercept. Boecler.

5. Convenit. ] Nulla erat ratio idonea cur hoc, convenit, in subvenit mutaretur Acidalius. Prorsus enim cum elegantia id Velleius scriperat, sicut alias. *Par est, fas est,* eidem sensui servite videmus. Idem.

6. Quod cum alii faciant. ] Obnubilat splendorem orationis vox, faciant. commodius tubinteligeretur, inquit Gruterus. interim certum est, Velleium tantopere elegantix dictionis non studuisse, quin multa ejusmodi simplicius dicta admitteret. Id quod de ple-risque Auditoribus, etiam Poëtis, existimare convenit. Id fortasse frustra sint, qui ad ἀνεπίστατον usque, criticam censuram exercere velint. Boecler.

7. Nihil enim ex persona poetæ. ] Secus est

illo tempore vixerunt, dixerunt. quod si quis <sup>1</sup> à Theffalo, Herculis filio, eos appellatos Theffalos dicit: reddenda erit ei ratio, cur numquam ante hunc insequentem Theffalum, ea gens id nominis usurpaverit. <sup>2</sup> Paulo ante <sup>3</sup> Aletes, sextus ab Hercule, Hippotis filius, Corinthum, <sup>4</sup> quæ antea fuerat Ephyre, <sup>5</sup> claustra Peloponnesi

est in Epica poetâ: ubi ex persona poetæ multa interseruntur, ut mox observat Noster circa appellationem Corinthi. Quippe omnis poetæ oratio, aut narratione simplici, aut sola imitatione, aut utroque constat. simplici narratione: ut Arati de astris apud Græcos, Lucetii de natura apud Latinos poemata. Imitatione: cum sublatis poetæ quæ interseruntur verbis solæ personæ representantur; quibus sermo omnis tribuitur. Quod cum in comædia, tum & in Tragædia, fieri est necesse. Quibus ideoque proprie à Platone imitatio tribuitur. utroque: quemadmodum in epico Homeri aut Maronis. In quo aliorum sermonibus sæpe poetæ interseritur. Libuit hac ad illustrandam nostrî Auditoris censuram verbis Dan. Heinsii exponere, qui in subtilissima eruditio-nis commentario de constitut. Tragæd. cap. 2. ex mente Platonis ita disserit. Idem.

1. A Theffalo. ] Theffaliæ nomen non reperitur apud Homerum, quum tamen in Exotia Theffali Herculis filii meminere, à quo non potest videri dicta Theffalia. Juvat Velleianum argumentum hæc Scaligeri ad Eufeb. notatio. Idem.

2. Paulo ante Aletes. ] Id confirmat Pindari scholiastes in Isthmiis: unde & A'ληπίδας, inquit, vocantur Corinthii. quo nomine usus est & Callimachus in frequentibus versibus, qui leguntur apud Plutarchum in v. Symposiacôn:

Καὶ μὴν Ἀληπίδας πρὸ τοῦ γυγιόπαρον,

Τῶδες, πρὸς Ἀιχάδων θεῶν πύλον-  
τες ἀγῶνας,  
Θήσαντι νίκης σύμβολον Ἰθά-  
μιᾶδ' ὄν,  
Ζηλωτῶν ἡμέθηθε, πύτων δ' ἄντι-  
πῆσιν ἔτι,  
Ἡ' πρὸν ἀγωνιστῶν ἔσφι τῆς Ε'-  
φύρης.

Manutius. Paulo ante Aletes. ] Sine circumductione ut loquar, falsum hoc est: nisi alii scriptores falsi. Pausanias lib. 11. Ἀλήτης Ἰσπότης, & Φύλαυτος, & Ἀντίχης, & Ἡρακλείδης. Apollodorus totidem præne verbis: Ἰσπότης & Φύλαυτος, & Ἀνίλοχος, & Ἡρακλείδης. Quid dicemus quintum reponi debere, si cui tamen tanta sunt λεωθρολογήματα hæc Græcorum. Lips. Paulo ante Aletes. ] Utrumque falsum (ait Scaliger in animadv. Eufeb.) & sextum fuisse ab Hercule, qui quintus esset & Corinthum condidisset, quam Sisyphidae per multos annos antea obtinuerant. Prius istud Lipsio etiam animadversum. posterius refutatione non indiget, si concedi vocem de restitutione accipiamus. v. Indic. Pindaro olim. 13. Corinthii dicuntur παιδίδες Ἀλάτων, id est, δαίτηροις Ἀλήτης, ubi Scholiaster videndus. adde Eufeb. n. ccccxcvii. Boeclerus.

3. Aletes. ] Sine aspiratione. Ita Rhenanus & doctissimus Belgarum Iunius, Animadversorum lib. 6. cap. 25. Schegkiiu.

4. Quæ antea. ] Sc. ante Aleteæ tempora, neque quisquam aliter accepit. vid. Stephan.



nesi continentem, <sup>1</sup> in Isthmo <sup>2</sup> condidit. Neque est, quod miremur ab Homero nominari Corinthum. nam ex persona poëtæ & hanc urbem, & quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur ætate ejus, <sup>4</sup> multo post Ilium captum condite. <sup>3</sup> Athenienses in Eubœa Chalcida & Erethriam colonis occupavere; Lacedæmonii in Asia <sup>4</sup> Magnesium. Nec multo post <sup>5</sup> Chalcidenses, orti, ut

phan. in voc. Ἰσθμὸς & ἡπειρὸς. Boecler.

\* *Claustra Peloponnsi.*] Adeundus omnino Strabo lib. 8. in descriptione Corinthi. Hinc inter *compedes Græciæ*, Philippo; aliis inter *vincula Græciæ* urbs memorata, ap. eund. lib. 9. & Polyb. 17. confer quæ habet Pausan. Corinth. pr. Thucyd. 1. pag. 10. Horatii interpretes ad od. 7. lib. 1. Illud continentem à mala manu esse existimat Gruetorius. Non ausim statim assentire. Idem. 1. In Isthmo.] Thucydides lib. 1. Hinc Horatii ad Plancum;

— aut Ephesum bimarise Corinthiæ Maxia.

Vile Strabonem lib. 8. & 18. Schægk.

2. *Condidit.*] Quæ hic nihil aliud, quàm, ex integro restituit. Simili locutione Tyrios Alexandri auspiciis conditos ait Justinus lib. xvii. Ita quoque Ecbatana Seleucum condidisse, scribit Plinius lib. vi. cap. xiv. Denique sic vulgo Constantinopolim, quæ ante erat Byzantium, condidisse dicitur Constantinus Magnus. *Vossius.*

3. *Athenienses, &c.*] Strabo conditionem earum vetustiore facit, lib. x. Ἀμφότεροι, inquit, ἡ Τρωϊκῶν καὶ Ἀθηναίων ἐκτίσθη λίθων: Utraque (Chalcis & Eretria) ab Atheniensibus ante Trojana tempora condita præhibetur. Lipsius.

4. *Magnesium.*] Eam scilicet quæ ad Sipyllum, de qua etiam Eusebium capiendus eccclxxi. monente Scaliger, qui nostri Auctoris locum illuc retulit, Boecler.

*Magnesium.*] Duplex est Magnesia; una ad Mæandrum, altera ad Sipyllum. Hanc potius intelligendam censo. Nam altera fuit Æolica urbs; ut testatur Strabo lib. xiv. Apud L. Ampelium in libello memoriali, nuper à Salmastio edito, corripere hæc *Marmesia ad sylum* dicitur. *Vossius.*

5. *Chalcidenses.*] Congruit Strab. l. 5. pag. 2. nisi quod Cumas Italicas non ἡλικιδέων solum, sed & κυμῶν (ap. Dionysium lib. 7. Eretrienfes Chalcidensibus junguntur) ἡλικιδέων facit, alterumque è ducibus Hippocenturum; alterum Megasthenem Chalcidensium asserit. Jam cum variæ variis locis Cumæ fuerint (verba Casauboni ad Strabonis locum huc transcribere libet) quas enumerat Stephanus, dubitari potest, ex qua Cumani isti sint profecti, qui Cumam Campania condiderunt. putato tamen è Cuma Euboica: nam & Chalcidensibus in Eubœa. Ideo ait Virgilius,

Et tandem Euboicis Cumarum allabatur oris.

Hætenus Casaubonus. adde & Scaligerum animadvert. Euseb. ad num. eccclxxvi. qui de tempore istud dubium movet, apud Euseb. conditæ Cumarum in Italia ponitur annis cxxxv. post Troica. Strabo & Vellejus ante Troica. producit deinde hæc Noster verba. certe Vellejus non ante, sed post Troica ponit Cumarum initium. quod contextus historiæ facile evincit. Interim ante Troica Cumas conditas autumar etiam Cl. Salmastius in Solin. pag. 72.

ubi

<sup>1</sup> ut prædiximus, Atticis, Hippocle & Megasthene ducibus, <sup>2</sup> Cumas in Italia condiderunt. hujus classis cursum esse directum, alii <sup>3</sup> columbæ antecedentis volatu fuerunt; alii <sup>4</sup> nocturno æris sono, qualis <sup>5</sup> Cerealibus sacris cieri solet.

ubi & de Cumæis, quos Strabo cum Chalcidensibus Cumarum in Italia auctores facit, contra Scaligerum disputat. Quod Lipsius miratur in Chron. Euseb. haberi: Mycena in Italia condita, quæ nunc Cumæ: & eo non est dubitandum, scriptum esse, Cyme in Ital. e. & c. Boecler.

1. *Ut prædiximus.*] Ante lineas aliquot dixit. Itaque vix dubium quin hic glossæ sit illud, ut prædiximus. Quæ voces sapissime toto hoc opere reperiuntur, & ob id meritissimo Lipsio sunt suspectæ.

2. *Cumas.*] In illud Virgiliti lib. 3. Hinc ubi delatus Cumarum accesseris urbem,

Servius. & idem apud eundem lib. 6. & 7. Nobilitis urbs à Sibyllinis libris, ad quos xv. viri adeunt, cum dii immortales publice consulendi sunt. Agellius l. i. cap. 16. Solinus cap. 7. alii. Schægk.

3. *Columba antecedentis.*] Quid opus erat ulla critica manu Acidalii in loco tam sano? An enim ante ducentis, aut ante se dantis melius aut Latinius exprimit quod volebat Auctor? Nonne castigatissima Latinitatis scriptor Curtius lib. 4. 7. 15. bis ita loquitur? complures corvi agminis occurrunt, modico volatu prima signa antecedentes. & modo humi residebant, quum lentius agmen incideret, modo se pennis levabant, antecedentium, iterque monstrantium viis. Quem locum Gruetorius jam adductum, vindicandæ optimæ lectiōni video. Rei ipsius mirifica plura annotavit Cl. Freinhemius Noster exempla. Lucanus Panegyrico ad Pisonem, hoc prodigio conditam memorat:

Testis Acidalia quæ condidit alite muros,

Euboicam referens secunda Neapolis arcem.

Quæ verba adductis Statii locis illustrat Scaliger in appendice Virgiliano. Boecler.

4. *Nocturno æris sono.*] Non quia ær pulsum in Cerealibus tantum sacris, id fallum: & ecce:

Cymbala Thebano concrepuere Deo.

Item:

Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti:

Ut omitam Iſidis & Ægyptiaca sacra cum suis sistris. Arnobius etiam univarse: Vos æris tinnitibus & tibiarnæ sonis persuasum habetis deos deletari & affici. Cur ergo Cerealia eximie nominat? quia de nocturno æris sono sermo est. & sacra illa noctu: iustum cum clamore & clangore. Justinus lib. 11. Jussum matronis solitis clamore ac strepitu, etiam in accessu hostium, sacra (hæc Cerealia) celebrare. Lipsius.

5. *Cerealibus.*] Atheniensium, in quibus sacerdotem instrumento æneo, καὶ ἡρα δισκῷ, excitare sonum, ut matronæ clamorem & strepitum moris, Justin. lib. 11. Æneo instrumento placuit, quod plurimum posse in sacris, & percantationibus præci illi persuadebant. Hinc deficiente Luna ejus usus. Livius præter Plutarchum, Ovidium, Juvenalem, clare lib. 26. Campanorum, inquit, imbellis multitudo, cum æris crepitu, qualis in defectu Luna silenti nocte fieri solet, edidit clamorem. In exantionibus, ænæ falces. de quibus Virgilius & Macrobius. In casto Cereris an hoc tate adsumtum valde mihi dubium. Vide Ciceronem in Verrinis, Livium, Dionem, Ovidium, Festum,



folet. Pars horum civium magno post intervallo Neapolim condidit. utriusque urbis eximia semper in Romanos fides, facit eas nobilitate atque amœnitate sua dignissimas. sed aliis diligentior ritus patrii mansit custodia: Cumanos Osca mutavit vicinia. Vires autem veteres eorum urbium hodieque magnitudo ostentat mœnium.

Sub-

stum, Arnobium, Clementem, alios: & ne mû quidem Lucilianum. Sane Servius ad illud Virgilii lib. 4.

Nocturnisque Hecate trivivis ululata per urbes,

permanisse in sacris ait, ut certis diebus per compita à maronibus exerceatur ululatus. mansit atramen æneorum vasorum usus. Livius lib. 27. *Ædileis pleb. Q. Catinus, & L. Porcius Licinius ex multatibus argento, signa ænea ad Cerevris sacra dedere.* Buxetii Ms. *aris sono.* Schegkianus.

1. Neapolim.] Unde & Neapolis, i. e. novâ urbi dicta. Strabo lib. 5. *Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἔτι Νεαπόλις Κυρμαίων. ὑστέρων δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπαρχίαν, καὶ Πιθηκιστῶν πῆνες, καὶ Ἀθηναίων, ὡς καὶ Νεάπολις ἐκλήθη.* 2. 4. 7. 8. Antea Palæopolim fuisse c. Livii 8. 2. 1. monuit ad h. l. Lipsius. Verba Historici faciunt ad explicationem Velleii & Strabonis. Palæopolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est. duabus urbibus populus idem habitabat: Cumis evant orsundi. Cumani Chalcidæ Euboica originem trahunt. Classe, qua advecti à domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod accolunt, potuere. Primo in insulas Ænariam & Pithecusæ egressi, dein in continentem ausi seules transferre. Roelerus.

2. Fides.] Vide Liv. 23.

3. Amœnitate.] Eleganter in hanc rem Plinius lib. 3. cap. 4. & Florus lib. 1. cap. 16. Omnium non modo, inquit, Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga est. nil mollius celo: nil

uberius solo: (ita ex veteribus lego) demique bis floribus vernat. idio Liberi Cerevrisque certamen dicitur. Nihil hospitatus mari. urbes ad mare, Formia, Cumma, Puteoli, Neapolis. Quod de fide & constantia inicir, etiam Livius multis modis ad posteros transmisit. Schegk.

4. Magnitudo.] Hoc argumentum valde est incertum. ἡ γὰρ ἀκροῦσις σημείον τὸ ἐκ τῆς πόλεως τῆς διωόμενης τῆς ἀνθρώπων φησὶ λέγειν, ait Scholias Thucydidi ad nobilissimam observationem, quæ ἐν τηλαργίαι ὡς ὡσπῶ severissimi operis ab Historico suppeditatur, ubi monet, veteres Mycenarum angustias non recte à posteris negari ad negandam urbis, qua olim pollebat, potentiam. Postea exemplis duobus allatis, altero evincit insuper, neque in contrariam partem argumentum de magnitudine valere. Nam si nunc, inquit, Lacedæmoniorum desolaretur urbis, templis solum & ædificiorum reliquiis areis, incredibilem posteris, post longium elapsam tempus, eorum potentiam gloriamque fore crediderim: qui tamen nunc ex quingue Peloponnesi partibus, duas ipse tenent, universæ autem & multis extra eam Sociis præsumunt: Verum quia urbis neque tectis frequens, nec templis sumptuosisque ædificiis exornata est, viciniam antiquo Græciæ more habitata, impar fama sua videretur. Sin idem eveniat in Atheniensem urbem: duplo major, quam est revera, eorum potentia, urbis faciem intuenti censetur. Ex quibus orantibus, Non igitur ex aspectu urbis de potentia judicandum esse, infert. Digna fuit quæ hic quoque legeretur

nota-

Subsequenti tempore magna vis Græcæ juventutis, abundantia virium sedes quæritans, in Asiam se effudit. nam & Iones, duce Ione profecti Athenis, nobilissimam partem

nota. io; quoniam crebri circa hanc rem errores judicantium observantur; & ne inconsulte arrepta Velleji verba, ultra quam fas est valere credentur. Boelerus.

1. Magna vis Græcæ.] Recte monuit Gruterus, non debuisse à Schegkio & Acidalio (quorum errore etiam Taubman, in culic. Virgil. suump fecit) Græciæ juventutis legi, ex sphalmare editionis Rhenani. Etiam exempla, quæ firmandæ isti opinatiunculæ adducuntur, dexterior opus habent & explicatione & applicatione. Boeler.

2. Abundantia.] Crebra demigrationum causa. Ita Galis abundantem multitudinem, cum eis non caperet terra, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quærendas, velut, ver sacrum mistrunt. Justin. 24. 4. 1. Boel.

3. Iones.] Satin' in hac narratiunculâ, ô Vellei, φέρεις tibi ἐμπέδοι; non videntur. Ionem ducem tu coloniarum hujus facis: atqui Auctoritas te oppugnat, & Ratio ipsa. Auctoritas magnorum ecce testium: qui à Nileo, Androclo, & Codri filii coloniam hanc constanter asserunt deductam. Strabo lib. vii. 1. Μετὰ τῆς Κόδριδων ἐξέλασιν τῶν Ἰωνικῶν δαρκικῶν εἰς τὴν Ἀσίαν. Unde cum Codri filii miserunt Ionicam coloniam in Asiam. Pausanias lib. vii. 1. Ὁ Νελλεύς καὶ οἱ λοιποὶ τῆς Κόδρις πύδων δαρκικῶν ἀπεπέλασσαν: Nileus & reliqui Codri filii in colomiam dimissi: & plura uterque ille scriptor de totâ re distinctè. Inter Latinos etiam Tertullianus, sed Paltio: Iones Nylei comites Asiam novis urbibus instruunt. Et Ammianus: Milesi inter Ionas alios in Asiâ per Nileum multò antè locati, Codri illius fi-

liam, qui se pro patriâ bello fertur Dario devorisse. Quin & Plutarchus Nileum in hac deductione nominat, libello de Exilio. Jam ratio in te, à tempore. Verus ille & vetus Ion, Xuthi filius ducentis panè annis major hac deductione: quia visit Danaï atque Eumolphi ævo. Quomodo nunc igitur coloniarum dux? Agnoscimus vel hinc Velleji τὸ ὡς ἀφ' ἑσθ' ἡσθ', pro quo nullus mihi quidem color. Lipsius. Iones.] Hæc est celebris illa Ἰωνικὴ δαρκικία: cujus historiam cum iis, quæ antea acciderunt, videtur confundere Vellejus. Non enim Ione duce hæc in Asiam demigravit multitudo, sed Codri filio. Strabo lib. 8. p. 383. distinguit historiam. Ionem Xuthi filium Athenis imperasse, ait, circa hæc tempora, abundans hominum multitudine, Peloponnesum emissam Ioniam coloniam, indeque Ægialie nomen in Ionia appellationem transivisse. Post Heraclidarum reditum pulsos ab Achæis Iones, redivisse Athenas, atque inde cum Codridis Ionicam coloniam in Asiam deduxisse, conditis ibi XIII. urbibus, quot in Peloponneso antea obtinuerant. confer lib. 14. pr. His consentit Pausanias Achæic. pr. Elian. var. lib. 8. c. 5. Plutarchus de exil. Ammian. Marcell. 28. Tertullian. de Pall. locis à Lipsio partim productis. Adde Coponis narrat. 2. apud Photium n. c. lxxxvi. p. 23. Scalig. animadv. Euseb. ad n. 975. Vellejanum in tempore & personis errorem (nam Ion numero Eusebiano vclxxxvii. hæc Ionica emigratio n. ccccclxxxv. memoratur) perstrinxit serio Lipsius: nec immittetio. Quamdiu quidem hæc lectio retinebitur. Et de alia suspicari sine vestigiis librorum, anceps fuerit. Existimabam olim, Loqui enim de duobus diversis temporibus.

B

atque



partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur <sup>1</sup> Ionia; <sup>2</sup> urbesque constituere, Ephesum, Miletum, Colophona, Prienum, Lebedum, <sup>3</sup> Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam; multasque in Ægæo atque Icario occupavere insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Pharam, Delum, aliasque ignobiles. <sup>4</sup> Et mox Æoliæ, eadem profecti Græcia, longissimisque acti erroribus non minus illustres obtinuerunt locos; clarasque urbes condiderunt, <sup>5</sup> Smyrnam, Cymen, Larissam, Myri-

arque illud velle, ac fortean scripsisse; Ionas, duce Ione profectos quondam Athenis, nobiliss. p. &c. nunc mirum occupavisse, verum sic quoque difficultas ex historia superest. Boecler.

1. Ionia. ] Nomen à Iavan deductum videtur: unde & Ἰώνες Homero.

2. Urbesque. ] Teum inferi debere Vellejanæ scriptio non statim dixerim: licet historia videatur postulare. De urbibus ipsi eorumque conditoribus vide Strab. 14. pr. & Stephan. de urbib. De Erythræ conditore disputat Meursius Lect. Attic. 5. 8. Boeclerus.

3. Myuntem, Erythram. ] Forte legendum est: Myuntem, Teum, Erythram. Neutiquam enim verisimile, Teum solum à Vellejo omisam, contra auctoritatem Herodoti in 1. Strabonis in 11 v., Vitruvii lib. 1v. cap. 1., Æliani Var. Hist. lib. vii r. cap. v., aliorumque. Graviter autem lapsus est vir eruditissimus, qui etiam Chium, & Samum, inferi voluit. Nam ecce illas statim seorsim reddit Vellejus, quod non in continente, sed mari sint sitæ. Gratias interim eidem agendas censeo, quod apud Ælianum, citato loco, pro Λέβεδου re Æe emendarit Λέβεδου. Idem mendum sedet adhuc apud Harpocratorem in Ἰωνία χιόρα. Corrigatur igitur. Hoc quoque fortasse operæ precium sit monere, quod pro Ἀνδρῶν apud eum sit Ἀνδραγαλῶν. Nec

temero mutem. Urbs ea ita primitus dicta videtur ab Androclo Codri filio. Quamvis in diversum abire sciam Stephanum in Ἀνδρῶν. Pæsius.

4. Et mox Æoliæ. ] Strabo aliter lib. 13. Τετραεὶς ἤναις περισυτηραν φασι πλεῖστον Αἰολικῶν δατικῶν τῶ Ἰωνικῆς, ἀγεταιβὰς δὲ λαβὲν τῆς ἑρῆος μεμεγερῆος. Traditum est Æolicam coloniam quatuor aetatibus Ionica priorem fuisse, & moras traxisse ac longius tempus, de quibus moris etiam Vellejus mox meminit. vide Scalig. animadv. Euseb. ad n. ncccxxv. Boecler.

5. Smyrnam. ] Variant de conditore, vel certum ex Tacito lib. 4. Annal. At Smyrnæ, ait, repetita vesustate, seu Tantalus Jove ortus illes, sive Theus divina & ipse stirps, sive una Amazonum condidisset. adde Strabonem 1. 14. Schegk.

\* Mitylenemque. ] Quæ inter pulcherrimas urbes Horatio numerata in Odis:

Laudabant alii pulcræ Rhodon, aut Mitylenen.

Et Epistolis:

Incolum Rhodos & Mitylene pulcras fecit, quod

P. enula solstitio, campestre nivalibus auris.

Et longo, apud Muretum Variarum lib. 9. cap. 16. In qua tamen hoc mirum, auster cum stat, homines agrotant; quæna Cœus, insunt; quæm Septemviris, resituntur in salubritatem, ait Vitru-

vius

Myrinam, \* Mitylenemque, <sup>1</sup> & alias urbes, quæ sunt in Lesbo insula. Clarissimum deinde <sup>2</sup> Homeri illuxit ingenium, sine exemplo maximum: qui magnitudine operis, & fulgore carminum <sup>3</sup> solus appellari Poëta meruit. in quo hoc maximum est, <sup>4</sup> quod neque ante illum, quem ille

vius lib. r. de reliquis doctissimus Ortelius in illo laborioso opere Geographico. Schegkii.

1. Et alias urbes. ] Gruterus pro putido glossare delet, urbes quæ sunt. Sed ad hunc modum multis in Vellejo toleranda fuerint. quæ ut κελῶν interim aliquam admittunt, iā medicinam nondum efflagitant. Ceterum de orbibus hic memoratis vid. Strab. 13. Herodot. 1. Stephanum ἀπὸ πόλεων, pro Lavissa, Anissam prætulit verus codex. Ubi Syllburgius annotat, nullam reperiri in Ælide. Sed haud dubie, ad Lesbum respexit, qui ita exscripsit: Ἀπὸσσε πάλαι Λέσβος, ἐφεξῆς τῶ Σιγελῶ. Stephan. & Strabo 13. Boeclerus.

2. Homeri. ] Vel quia nemo poëta ante eum, vel quia nemo postea ad eum, id est, quia sine comparatione maximus, & cui neminem adæques. In aëre volat hic Pegasus, ceteri pedibus pulsant terram. Lipsius.

3. Solus appellari Poëta meruit. ] Amo, amo te Vellei, ob hæc judicium. Ille verò non summus solum poëtarum, sed solus. Nam quis aliorum non peccat? at iste μὲν τῶ ποιητῶν σὺν ἀγχοῖς ὁ δὲ ποιῶν ὤτων: solus Poëtarum non ignorat quid factu scripturae decorum sit. Ita magnus Aristoteles censuit quem Julius Scaliger cum ubique audiatur, cur hic spreverit? Ille Aristotelem quasi Deum habuit, at hic Homerum. Alibi inquit: ὅτι σὺ σὺ Ὀμηρῶν ὡς τὰς ἀλλὰς: divinus Homerus præter ceteros. Iterum: Δέξῃ κὶ Δαναοῖς πῶντας ὑπερῶν ὄνης: Dictione & sententiâ cunctos

supergressus est. Atque hæc ille vir, qui laudum & benignioris iudicii valde parvus. Quid Plato? ille ipse qui civitate eiecit, cælo ostendit dignum. Ὀμηρῶν inquit, ἀέρας κὶ θεόστυτον τῶ ποιητῶν: Homerus optimus & divinissimus poëtarum. & passim talia præconia in ejus scriptis. Alios quid cumule? nemo tam consentienti iudicio sapientum omnis ævi laudatus est: & id ab iis maximè, qui ipsi laudatissimi. Abi igitur Imperitia aut Livor. tu capere, tu capere non potes immortalē hanc, cælestemque naturam. Lipsius. Solus appellari Poëta ] Adeundū Auctores ipsi: quorum aliquos (nam operæ pretium omnia certatim à veteribus congesta confectandis præconia) hic nominare lubet. Ac vita quidem divini poëta Herodoto scriptore circumferitur. Plutarchi, qui è pluribus superat libellus, de arte ejus Poëtica porissimum disquirat. Adde Dion. Cbrystost. serm. 53. Suid. in Ὀμηρῶν. Strabon. 1. & passim. Quintilian. 10. 1. Plin. 7. 29. Gyrald. hist. poët. dialog. 2. Boecler.

4. Quod neque ante illum. ] Utrumque verum est. Nam & Homerus primus doctissimus & antiquitatis parens: nec post eum natus, qui germanitus exprimeret aut referret. Non ergo ipse Virgilius? non, Vellejo quidem iudice: atque etiam acuti illo Fabio; cuius hæc verba: In verbis, sententiis, figuris, humani ingenii modum excedit: ut magis viri sit virtutes ejus non amulatione quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Et profecto ita est, Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudētia



ille imitaretur; neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est. neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum & Archilochum, reperiemus. Hic longius à temporibus belli, quod composuit, Troici, quam quidam rentur, absuit. nam ferme ante annos DCCCCL. floruit,

dentia solum, sed sapientia, vestigia, aut expressa aut recondita sunt in illo. Quem haud temere Themistius dixit, *ωρεπότερον κη δαρχέρον η Πλάτωνος κη Αριστοτέλους λόγων*: primum parentem auctoremque Platonis & Aristotelis sermorum. Et Dionysius: *Κορυφύλω ἀπέναντον κη σκοπόν. ἐξ ἡ περ πάντες πόταμοι κη πείρασι γαλασσας κη πείρασι κρήνας*: verticem omnium & quasi scopum ex quo cuncta flumina, cuncta maria, cuncta fontes. Sed diffusor in laudes viri quem fateor me non æstimare, sed venerari; nec venerari, sed panè dicam adorare. Lipsius.

1. Archilochus. Qui visit regnante Romulo. Cicero Tuscul. I. Olympiade nimirum VI., vel VIII. Herodoto tamen regnante Gyge; quod incidit in tempus Olympiadis XX. ni fallor. Schegkiius. Archilochus. Archilochus ille præstantissimus poetis, quoties in exemplum nominandi sunt, tum ab aliis, tum à Cicerone conjunguntur, Orator. cap. I. In poetis, non Homero soli locus est (ut de Græcia loquar) aut Archilochus, aut Sophocles, aut Pindarus sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Id. 2. de finib. q. Boecler.

2. Hic longius à temporibus belli. Omnia in hoc homine sive (fas sit dicere) Genio obscura: Parentes, Patria, Ætas ipsa. Sed de Ætate, certum antiquissimum esse: & Josephus contra Appionem asserit, Nullam omnino apud Græcos, de quo constat, scriptum exflare, quod sit Homeri carminibus antiquius.

Crates & alii LXXX. circiter annis à bello Trojano removo, Aristoteles CXL. tempore, nempe deduxit Ionum coloniam. Herodotus CLXXIII. At Vellejus noster inferiorum multo facit: & ex ejus computatione (tu si voles, numera: facile est) anni ad Homerum à Trojâ sint paullo plus CXLX. Quæ ipsa Latinorum plurium opinio est: expressa etiam in Agellio, sed nunc corrupta. Ille libro XVI. in capite illo Chronico: *Homerum ante Romanam conditam vixisse Silvius Albæ regnantibus: annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo Annalium scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta; ante Romanam autem conditam, ut Corn. Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & sexaginta.* Tu emenda: *Annis post bellum Trojanum plus ducentis atque sexaginta.* Numquam aliter scripsit Cassius: & evincit ipsa Agellii insequens scriptio. Nam ponit eum vixisse ante Romanam conditam annis circiter centum atque sexaginta. Atqui si prior ille numerus verus: ergo à Trojâ capta ad Romanam natam fuerint modo anni CCCXX. Palam id fallum: & Chronologi consensu statuant (supra annos CCCXXX. alii plures. Eusebianum etiam Chronicon hic fœdatur: facile emendatur ex his ipsis. Lipsius. Hic longius à temporibus belli.) Si cui vacat aut curæ est talia indagare, adeat Herodot. & Ptolearch. Suid. Gerald. locis supra laudatis, & Gell. noct. Att. 17, II. Scaliger. animadv. Euseb. ad n. DCCCXCVI. præsertim Lips. ad h. Interim ratio Velleji valde proba, cu-

ruit, intra mille natus est, quo nomine, non est mirandum, quod sæpe illud usurpat: οἷος γὰρ βροβί εἶσι. hoc enim ut hominum, ita sæculorum notatur differentia. quem si quis

jus etiam opinioni facilius, quam cujusquam, hæc in parte subscripserim, quippe quæ nec Gellio disconvenit multum, nec Cicroni, qui in Bruto (c. 10.) inquit: *Homeri etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum.* Id quod alibi etiam dixerat Tullius, sicut ex Augustin. 22. d. C. D. 6. dicimus. Boeclerius. Hic longius à temporibus belli. De ætate Homeri, & ad hunc locum, & alibi, viri docti satis multis egere. Non possum tamen, quin Plurarchi locum ex vita Homeri, qui eos hæcenus torsit, proponam; in quo fœdum ἀπὸ χρονισμῶν tandem tolli interest. Ait igitur de vate illo Mzonio: *Ὁμοῖος ἀδείσεισι πεπρωμένωι ἐπιγεγραμμένωι Τροικῶν γηγεῖναι, ἡ πολὺ πρὸ τῆς ἡμετέρας Ὀλυμπιάδων, &c.* Plurimi credunt, ab Trojanis temporibus centum annos defuisse, non multo ante constitutionem Olympiadum, &c. Quod sane ridiculum est. Nam à centesimo post Trojam captam anno, ad constitutionem Olympiadum, intersunt anni CCCVI. Puto igitur, illud sibi ab librario insertum, qui sciebat, secundum quorundam opinionem, Homerum centum modo annis Romæ conditu fuisse priorem. Inter quos fuisse Nepotem, constat ex Agellio lib. XVI. cap. XXI. Voslius.

1. Quod sæpe illud usurpat. Optime hanc lacunam supplevit Ursinus, hermistichio illo, quod ter in Iliade usurpat Homerus,

Οἷος γὰρ βροβί εἶσι. —

Expressit id Virgilius XII. Æneid. de saxo, quod Turnus in Æneam torsit: *Vix illud lædi bis sex cervicæ subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus.*

Hinc Juvenalis Sat. XV. —

*Nam genus hoc virgo jam decresebat Homero:*

*Terra malos homines nunc educat atque pusillos.*

Denique & huc respexit Plinius Nat. Hist. libro VII. capite XV. ubi ait: *Cuncto mortalium generi minorum staturem in dies fieri, propemadmodum observatur.* Voslius.

2. Hoc enim ut hominum. Paraphrasis ista est: cum Homerus dixit, *quales nunc sunt homines*, non stature modo & mensurâ in ipsis hominibus diversitatem notat, sed sæcula quoque antiquiora, suo ævo quodammodo opponit, & ea, quam dixi stature diversitate, tanquam charactere discriminat, alios & majores olim Troicis temporibus, homines fuisse, eo autem, quo Iliada suam scripsit, longe jam minores esse significans. Plin. 7, 16. *Jam ante annos prope mille (observabit obiter aliquid de ætate Poëta) vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium quam prisca conqueri.* Gellius 3, 10. cum refutasset Herodotum, invento Orestis corpori VII. cubita longitudinis admensum, subjicit ἐπιπλάγκως: nisi si, ut Homerus opinatus est, vastiora prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum; & nunc quasi jam mundo senescente, rerum atque hominum decrementa sunt. Juvenalis Sat. 15. v. 69.

*Nam genus hoc virgo jam decresebat Homero, &c.*

[Verus enim superius citati sunt.] De re ipsa testatur etiam Solinus Polybist. edit. Cæmæris, 5. 3 Draudii, 3. 3 Salmassi, 1. capite: si de ipsis hominum formis requiramus, liquido manifestabitur: nihil de se antiquitatem mendaciter



quis <sup>1</sup> cæcum genitum putat, omnibus sensibus orbis est.  
 6 Insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyriis, qui id obtinuerant annis <sup>2</sup> MLXX translatum est ad Medos, <sup>3</sup> abhinc annos ferme DCCLXX. quippe <sup>4</sup> Sardanapalum eorum

predicasse, sed corruptam degeneri successione subolem nostræ temporis per nasciturum detrimenta decus veteris proceritudinis perdidisse. paulo post: Quis enim jam isto ævo non minor parentibus suis nascitur? &c. Addenda quæ à laudatis modo Editoribus annotata sunt. item: Hug. Grot. ad lib. 1. de ver. chr. vel. p. 19. Ludovic. Viv. ad Augustin. de C. D. 15. 9. Interpr. Virgil. ad illud 12. Æn. Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Bernegg. p. m. Quæst. in Germ. Tac. 14. an ab æro in ævum statuta hominum minuatur? Id. q. 18. Quæ occasione plerique, quos laudavi, de Gigantibus disquirunt, eosque fuisse omnino, confirmant. Boecler.

1. Cæcum genitum putat. [Non negat Noster Cæcum fuisse (sicut existimat Gyraldus) sed cæcum genitum esse. Tantum enim rerum omnium peritiam, & ostensa in toto opere rerum oculis usurparatum vestigia, imo specimina, non convenire ei, qui ab utero matris cæcus prodiit, omnes intelligunt. Ceterum sicut manifeste falsum & confictum est, Cæcum natum: ita quod cæcus postea factus sit, tradit quidem Herodotus & alii; sed certitudo ejus asseverationis duabus rationibus infirmari potest. Primo enim, quod dicitur, ideo pro Melsigene, Homerum vocitatum, quod Cumæorum lingua Homerus cæcum notaret, in dubium vocatur eorum auctoritate, qui alias, atque, ut videtur, magis probabiles ejus appellationis causas adferunt. vid. Suid. & Gyrald. hist. poet. dialog. 2. Deinde, non congruit hæc illata cæcitas, cum eo, quod sub fide Historica videtur Suidas tradere: figmentum istud congenita cæcitate inde originem tra-

xisse, quod Homerus cupiditatis, cujus illecebræ oculis primo omnium insinuantur, sive quæ per oculos in animum ingreditur, per omnem vitam victor exiterit. Quoniam aliis alias placuit hujus fictionis interpretationes excogitare, de quibus Gyrald. loco, quem prædiximus. Idem.

2. Annis MLXX. [Justin. 12, 13. annos mille trecentos assignat: Diodorus Sic. lib. 2. amplius clxxx. Georg. Monachus clxxxix. Euseb. (n. 1197.) clxxx. unde Lipsius existimat in Pillejo rescribendum mcccxxx. adde Annium comment. ad Metasthenem: & vide omnino, quæ Scaliger notavit ad Euseb. l. modo nominat. & Schubert. de serupl. Chronolog. lib. 2. c. 4. & 5. Idem.

3. Abhinc annos ferme DCCLXX. [Etrogone hoc gestum post Romam conditam? non, ex ipso Vellejo & temporum textu. Adde omnino centenariam notam, & scribe mcccxxx. Lipsius. Abhinc annos ferme DCCLXX.] In supputandis temporibus subinde Vellejus ad annum consulatus M. Vinicii cui sum opus inscripsit, tanquam ad solenne interminum decurrit. Est autem is V. C. DCXXXIII., Tiberiani Principatus XVI. quod, vel ex Onuphrii Panvini comment. in lib. 2. fast. semel hic notasse, sufficiat. Boecler.

4. Sardanapalum.] Eusebii codices MSS. hunc Sardanapallum vocant, ut observat magnus Scaliger: qui putat, hoc nomen in obscuram notam à Græcis detortum. Nam πειδός idem, quod Φαίδος. Quo sine dubio respexit Tullius 111. de Rep. Sardanapallus ille vitis multo, quam ipso nomine deformior. Unde & Pseudantonius

Σαρδά-

eorum regem, <sup>1</sup> mollitiis fluentem, & <sup>2</sup> nimium felicem malo suo, <sup>3</sup> tertio & tricesimo loco ab Nino & Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut semper successor regni paterni foret filius, <sup>4</sup> Pharnaces Medus impe-

Σαρδάνια πειδός dictus, ut est apud Dionem in excerptis lib. LXXIX. apud Constantinum Porphyrogenetam. Invenio etiam apud Hefychium, Σαρδάνια πειδός, αἰδοία. Ubi restituendum arbitror, αἰδοία. Sed nihil in Vellejo mutandum. Pro vulgata lectione stant Strabo, Diodorus, aliique vetusti historici. Et, ut recte idem Scaliger monet, Sardanapalus est Assyriacum Σαρδάνια πειδός Sardan-pal: posteriorque vocula legitur etiam in nomine regis Teglab-phal-Esar. Vossius. Sardanapalum.] Historiam hanc tradunt Justin. 1. 3. & iisdem verbis Sabiner. in Polivrat. 6, 14. Diodor. Sic. 2. Oros. 1, 19. Athen. lib. 12. (ubi & epitaphium ejus, quod exagitat cum Aristotele Cicero Tuscul. 5, 35. & Augustin. 2. C. D. 20. ubi Ludov. Viv.) Suid. in voc. Σαρδάνια πειδός. Euseb. n. MCLXXXIV. Boeclerius.

1. Mollitiis fluentem.] Manutius florentem. Fluere facietis, jocii, Plauto: mollitia, luxu, Ciceroni, Terentio: Asiatico ornatu adfluere veteri Poætæ ulatum. De hoc Justinus ait, quod fuerit, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum præfectus ipsius, Medis præpositus, nomine Arbaces, cum admitti magna ambitione agræ obtinisset; invenit cum inter scortorum græges purpuram colo nentem; & muliebri habitu, cum mollitiis corporis & oculorum lascivia omnes feminas anteciret, pensa inter virgines partientem. Tricesimum à Nino numerat Diodorus lib. 11. De Semiramide, quo actu ad regnum pervenit eleganter Muretus in Variis. Schegkiius.

2. Nimium felicem malo suo.] Sic est:

felicatis passim optatur voto non uno: at eam nactis, ipsa fere infusurrat: Illic homo, à me sibi malam rem arcescit, jumento suo. de qua re nos plura ad verba Galbæ lib. 1. Hist. Tacit. cap. 15. Secunda res acrioribus stimulis animam expolvant, quia miseria tolerantur: felicitate corrumpimur. Gruterus.

3. Tertio & tricesimo loco.] Diodoro Siculo est, Tricesimo loco saltem: at Eusebio, Tricesimo sexto. Quin miremur varietatem hanc in re locis temporibusque remota? Sanè res Syriacæ parum perspectè cognita Græcis Latinisve. Lipsius.

4. Pharnaces Medus.] Strabo, Diodorus, Athenæus, aliique Græci, hunc Arbacem nominant. Quomodo etiam in multis Justinii codicibus legere est. Nam alii habent, Αρβαχης. Movet Orosius lib. 11. cap. 11., ut neutrum damnem. Cæterum apud Velleium, cum viris eruditissimis malim rescribere, Arbaces. [Ita & Sidon. Carm. 9. v. 24. Non Medus caput Arbacem profabor.] Sed reclamat Ursinus, & ex historia, nummifige Græcis, scribendum censet, Arfaces. Quod historicorum fidem advocet, nullius ducio, cum solum apud Tzetzem, ac quosdam sequioris ævi scriptores, ita id nominis scriptum invenias. Majoris videatur, quod nummos Græcos advocet. Sed quid hi ad Medos, eoque præsertim tempore, quo Mediam Græci nunquam intraverant? Non dubito itaque, quin nummi, quorum auctoritate est subnixus, non hunc, sed posterioris seculi Arfacem indicent. Obiter addo, hunc à Suida in Sardanapalo Perseum appellari. Nam ait: στ & εσφαγης τω Ιπρωσις. Sed locum mendosum esse



imperio vitæque privavit. Ea ætate clarissimus Graji nominis <sup>1</sup> Lycurgus Lacedæmonius; <sup>2</sup> vir generis regii, fuit severissimarum justissimarumque legum auctor, & disciplinæ <sup>3</sup> convenientissimæ vir; cujus <sup>4</sup> quamdiu Sparta dili-

gens

arbitror, nec aliter puto judicabit, qui eundem in Arbace consuluerit. Fortè autem scribendum, Βελόταος. Hic, ut Diodorus, aliique testantur, adiutor fuit Arbacis in omni hoc negotio. Viderint alii. *Vossius.*

1. *Lycurgus.*] De Lycurgi genere, claritudine, legibus adi *Plutarch. Lycurg. Herodot. 1. Strabon. 8. & 10. Xenophon. de rep. Lacedam. Pausan. Lacon. Justin. 3, 2. & 3. Sarristor. politicar. 4, 3. Cicero sæpe laudat: qui & ætatem ejus l. 5. Tuscul. 3. Homeri temporibus congruere existimat. verum in ea quaestione consulendus *Scaliger animadv. Euseb. ad. n. mcccxxi. Boetler.**

2. *Vir generis regii.*] Ita. Nam ab Aristodemii filio Procle originem duxit, qui rex & posteri ejus Sparta. Suidam corrige: Λυκῆργος Σπαρτιάτης Πατροκλέους ἀπὸ γόνου. Imò Πατροκλέους. Idem error in *Plutarchi Lycurgo*, ubi stirpem hanc inquirat: Ἀλλὰ Πατροκλέους μὲν Ἰσχυροδῆμος γυνὴ δὲ Σόων. iterum Πατροκλέους. Sed & in *Platone* hoc mendum III. de Legib. Καὶ βασιλεύς μὲν Ἀργεὺς Τυρῆος ἐρχόμενος. Λακεδαιμόνων δὲ Πατροκλέους καὶ Εὐρυδίνης. Tolle, tolle. Nam certum ex *Apollodoro*, *Pausania*, *Scholiasæ Pindari*, aliisque, Procle ei fuisse verum nomen. *Æmilius Probus* in *Agefilao*: Μοσὲς ἐστὶν Λακεδαιμονίῳ ἑραδίτῳ, ut duos semper reges habere ex duabus familiis *Proclis* & *Eurythienis*, qui Principes ex progenie *Herculis Sparta reges* suere. Cur autem duo simul, causâ sive occasio à *Panegyrico* scriptore promittit, ad *Maximianum*: Sic fit ut tantum vobis imperium commune sit, & planè, ut gemini illi re-

ges *Lacedæmone Hetracida*, *Rempubl. pari forte teneatu. quanquam hoc vos meliores & justiores, quod illos mater astu coegit, cum nemini fateretur, quem prius edidisset in lucem, pari ætatis auctoritate regnare: vos hoc sponte facitis. Lipsius.*

3. *Convenientissima.*] *Tria* hic corriguntur à viris doctis: quidam postremam vocolam, ob inamoenam repetitionem, delent; ut sensus sit: *Lycurgum justissimarum legum & disciplinæ convenientissima auctorem fuisse.* Alii (*Lipsius* sc. cujus auctoritatem sequitur *Gruetius*) eundem sensum ita determinant, ut inflexione ultimæ vocis, *disciplinæ viris convenientissima, auctorem faciant Lycurgum.* Nonnulli *convenientissimam disciplinam in continentissimam* mutant. quæ vox haud dubie minus convenit stilo & menti scriptoris. Sicut & media correctio quaesivisse potius acumen quam invenisse videtur. Prima omnium videtur optima, propter id quod sequitur. Nam illa verba, *cujus quamdiu Sparta diligens fuit*, profecto simplicius & melius ad disciplinam reip. à *Lycurgo* institutam, quam ad *virum*, id est, disciplinæ auctorem retuleris. Quod si autem omnino retinendum sit illud *Vir*, malim connectere cum sequentibus, quam cum antecedentibus: *vir, cujus q. d. &c. quæ Acidalii quoque opinio* fuit. Nondum enim adducor ut credam, hic potius de moribus & vita, adeoque privata *Lycurgi* disciplina, quam de convenientissimæ civitatis, quam condidit, disciplina sermonem esse. *Boetlerus.*

4. *Quamdiu Sparta diligens.*] *Fuit hæc gens fortis* (inquit *Cicero Tuscul. 1, 4, 2.*) dum

gens fuit, excelsissime floruit. Hoc tractu temporum ante annos v. & LX. quam urbs Romana conderetur, ab

dum *Lycurgi* leges vigeant. & cap. seq. *Magnam habes vim reip. disciplina.* Sane magnam; ad decus & robur, & ut homines amant loqui de paulo serius perituris, ad æternitatem imperii statulque. *Iceiro* plane ad mentem *Pitileii Nostri Polybii 6. Histor.* cum institutam Sparta à *Lycurgo* disciplinam judicio politico pensitasset laudassetque, addit: Διόπερ ἔπει καὶ ἀπὸ τῆς συνηθείας πολλοῖσιν ἀγαθῶν καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς τῆς παλαιᾶς Λακεδαιμονικῆς περὶ αὐτῆς τῆς ἀσφάλειας πολλοῖσιν ἀγαθῶν ἢ τοῖς Σπαρτιάταις αὐτοῖς ἀπίστε τῶν ἐλευθερίων. Quum igitur (versionem *Cassauboni* adscribo) hoc modo & rationibus hinc civitatem fundasset, tum *Laconica universa securitatem firmam paravit: tum Spartani ipsi libertatem diuturnam reliquit.* Tempus autem harum legum pariter & *ilius* floris, de quo *Noster*, ac celebratis *Livii 28, 34. octingenatorum annorum* facit; alii 700. quidam 500. numerant. vid. *Nicol. Cræg. de rep. Laced. 1, 4.* Pertinent huc, & quidem cum excellentia singularis exempli, quæ *Guicciardinus* prudens scriptor lib. 2. de forma ac disciplina reip. *Venera* differit, cujus opes & firmitatem non aliunde, quam ex tam præclaris institutis, provenisse ostendit. Quid interim in *Spartanorum repub.* desiderarint *Magni* quidam viri, notum est. *Ariff. 2. poli. 6. Hist. Cic. 1. off. 19.* *Boetlerus.*

1. *Ante annos.*] Hic plurimum variant auctores: quidam ante *Trojam* captam conditam volunt, inter quos *Philistus* apud *Eusebium*, & *Appianus*: quidam post captam *Trojam*, antequam *Roma* conderetur. Neque hi in numero annorum consentiunt. *Paterculus* annos quingue & LX. ante *Ro-*

*man.* *Livii* epitoma lib. 5. r. annos 600. *stetisse* *Carthaginem* refert: *ever*sa autem esse anno urbis 607. fuerat ergo ante urbem conditam annos 607. *Solin. cap. 30.* annos 600. *xxvii.* vel ut in veteri codice *Vinei* legitur, 601. *Eusebius* venisse in potestatem Romanorum anno à conditione sui 601. (ita est in Ms.) vel ut alii affirmant 601. prior numerus uno anno plus habet, quam *Paterculus* ratio. *M. Cicero 1. de Repub. Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos, sine consilio & disciplina.* Consulendus & *Scaliger* animadv. *Euseb. ad annum mclxxvii, & mccccxxi.* maxime vero canonibus *I. Fabricii* & *Bongarsii* pleraque adducunt: sed adducunt, non conciliant, nec ego. non longe abest à *nostro*. *Justinus*, qui LX. annos ante urbem conditam tradit. cui *Appianus* subscrivere vir doctus ad *Florum* notat, halpucinatione manifesta, immò sibi ipsi contrarius *Appianus.* ecce in limite *Punici, 1.* ante *Ilium* captum annis conditam *Charthaginem*: & paucis interjectis, septingentesimo anno à *Carthagine* condita Romanos eis abstrulisse *Siciliam* narrat. jam *Siciliam* in Romanorum potestatem venisse 611. ab *U. C.* & à *Troja* capta ab *U. C.* interesse annos 600. scimus. affide pulverem eruditum, & puta, nunquam constabit ratio. *Cassiodorus* in initia ejus ad *Latini Silvii* tempora, hoc est, annum à *Troja* capta 611. refert. *Timæus* apud *Dionysium* 88. annos ante *Olympiadem* primam; quod incidit in annum à *Troja* capta 601. Cum *Justinus* congruit traditio *Caionis* apud *Servium*, in illud magno vatis,

At parit *Æmilianus.* —



ab Elissa Tyria, <sup>1</sup> quam quidam Dido autumant, Carthago conditur. Circa quod tempus <sup>2</sup> Caranus, vir generis regii, <sup>3</sup> sextus decimus ab Hercule profectus Argis, <sup>4</sup> regnum Macedoniæ occupavit. à quo magnus Alexander

Et idem ad hoc:

*Velleribus niveis & festa fronde revinctum.*

Quod de Didone, inquit, & Ænea dicitur, falsum est; constat enim Æneam trecentis quadraginta annis ante adificationem Romæ venisse ad Italiam, quum Carthago non nisi XI annis ante adificationem Romæ constructa sit. Schegk.

1. *Quam quidam Dido.*] Solemnis ferè adjectio auctoribus Latinis: cuius ratio Servio proposita in illud: *Imperium Dido Tyria regis urbe profecta: Dido*, inquit, vero nomine Elissa antea dicta est, sed post interitum à Pænii Dido appellata fuit, id est, *virago*, Punicæ Lingua. quod cum à suis civibus cogereur cuidam de Asia regibus nubere, & prioris mariti amore teneretur, fortis se animo interfecerit, & in pyram iniecerit, quam se ad expiandos prioris mariti mans extruxisse fingebat. Hactenus Servius: non ille vulgo vulgatus, ne quid erres, sed doctissimi & humanissimi FR. MODII. Schegk. *Dido.*] Carthaginis conditrix & regina, rogo matrimonium secundum dedit, teste Tertul. ad apologet. finem. Et lib. de Monogam. Regina Carthaginis profuga, & in alieno solo & rantæ civitatis cum maxime formatrix, cum regis nuptias ultro optare debuisset, ne tamen secundas experiretur, maluit uri quam nubere. fabulas itaque de ea tenuit & Virgil. lib. 4. Æneid. Didonis nomen verum fuit אלישה Elissa, id est Dei mulier, heroïna: mulierum præstantissima, *Dido*, רידה est אצטו אצטו nutriticum. Ejus masculinum est רידה Servius F. Modii: *Dido* vero nomine Elissa antea dicta est; sed post interitum à Pænii Dido appellata fuit,

id est, *virago*, Punicæ lingua. Certe Punicæ lingua tunc pene erat Hebraica. In Hebraismo autem Dido nihil tale significat. Sed Græci & Latini de peregrino sermone facis multa præposere comminiscuntur. Hæc eruditiss. Scaliger.

2. *Caranus.*] Editio princeps, *Torranus*. Quod poterat esse, *Coranus*. Helychius: Κορρανός βασιλεύς Μακεδονίας. Sed existimo, Helychium in vitiosos codices incidisse. Nam ne aliquid mutemus in illo, ordo literarum; ne in Vellejo, caterorum consensus prohibet. *Possius*. *Caranus* vir generis regii. Icerumne hoc commation, *vir generis regii*? Atqui paullo ante prævit de Lycurgo. Censeo hic ineptè insutum, deletor. Quid si nec è regibus Caranus? non legi: sed hoc tantum. Καρρανός εἰς τὴν ἑρακλειδῶν: *Caranus unus ex Herculis posteris*. Ita Suidas. Vide & Solinum cap. xv. & Pausaniam lib. ix extremo: & diffusè Justinum libro vii. *Lipsius*. *Caranus* vir generis regii. *Lipsius* & *Grueterus* delent illa: *vir generis regii*. Mihi sustinere assensum hic lubet: qui sciam, repetitiones eorumdem verborum, quas alii vident, Vellejo non familiares modo, sed assiduas esse. Et quod de genere regio tradit Noster, nec verisimilitudine caret, in Temnida, & refutari certa ratione nequit. *Boeclerus*.

3. *Sextus decimus.*] *Scaliger* animadvertit. ad num. MCC. III. *Caranus* Heraclida undecimus ab Hercule, *septimus* à Temno. Idem.

4. *Regnum Macedoniæ.*] Vid. *Justin.* 7, 1. *Solin.* polyhist. ubi de Macedonia agit. Idem.

1. *Septis-*

der cum fuerit <sup>1</sup> septimus decimus, jure <sup>2</sup> materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est. <sup>3</sup> [Æmilius Sura de annis populi Romani: Assyrii, principes omnium

1. *Septimus decimus.*] Vide iterum varietatem, & ride. *Duodecimus* est *Justino*: *vigesimus quartus* Eusebio. Jam in totâ summâ quam differunt? *Justinus* *triginta* modo reges ad Persea *Philippi F.* numerat: Eusebius *quadraginta*: *Livius* non nisi *viginti*. Ideo malè curiosi illi, qui hic ex *Justino* *Vellejum* corrigunt. *Septimus decimus.*] *Reimecius* (in regni Maced.) *vigesimum* secundum reg. Maced. sumto à Carano initio facit. Si de successione stirpis velis carpere *Vellejum*, facilius *decimumquartum*, quam *decim. sept.* numerabis *Alexandrum*. adde *Ferrib. Curt.* *Comment. prolegom. cap. 5.* *Boeclerus*.

2. *Materni generis Achille auctore.*] Nam Alexander per Olympiam genus ad Neopoleum referebat. auctor *Plutarchus*. Hoc aspectu sequentes quoque Macedonum reges Achillæum genus jaçarunt: ut *Philippus* ille pater *Peris*, cui bellum Romani fecere. *Silius*:

Hic gente egregius, veterisque ab origine regni  
Æacidum sceptris, proavoque tumebat  
Achille.

Et ita interpretandi Propertiani isti versus:

Et *Persem* proavi simulantem pectus  
Achillis,  
Quique tuus proavus fregit Achille  
domos.

Interpretandi? imo & corrigendi. Nam in vet. scriptisque libris reperio, *stimulantem*. bene, si amplius etiam emendes, *proavo*, & *Achille*. Ordo & sententia verborum hæc est: *Testor Persem*, qui stimulabat excitabarque se ad magna, *proavo Achille*; sive memoria rebusque gestis Achillis. Omnino hæc sententia. *Vulgata* frivola

aut falsa. Quomodo *Perfes* simulaverit pectus magnanimi heroïsi, qui ipse palam timidissimus & ignavissimus hominum? Res gestæ atque exitus ejus leguntur. *Lipsius*. *Materni generis Achille auctore.*] *Diodor.* 17. pr. Αλέξανδρος ἡγεμόνης τῆς πατρῆος ἐστὶν Ἡρακλείδης, καὶ τῆς μητρῆος, τῆς Αἰακίδου, &c. *Plutarch. Alex. Arrianus* 2. *Pausan. Attic. Curt.* 4, 2, 3. li. 4. 6, 29. 8, 4, 26. *Orf.* 3, 12. *Julian. Caf.* *Boeclerus*.

3. *Æmilius Sura.*] Hoc totum, usque ad illud, *Inter hoc tempus*, & initium *Nini*, &c. tollendum esse putat *Petrus Delbenius*, acerrimi iudicij, summæque doctrinæ adolescens. Putat autem additum esse ex glossamate alicujus studiosi, qui ad illud, *Qui princeps rer. potius*, in margine annotavit, *Æmilium Suram* eodem loquendi genere usum esse, nam in ejus verbis hæc leguntur: *Assyrii, principes omnium gentium, rer. potiti sunt*. *Manutius*. *Æmilius Sura.*] Quis iste *Æmilius Sura*? non reperiri. Hoc tantum, in *Plinii* *Indicibus* aliquoties laudari *Mantium Suram*. An illum teneas, an hunc substituas, tu vide. *Lipsius*. *Æmilius Sura.*] Consentiant viri docti, hoc glossamentum esse, & in margine forte libri ab antiquario aliquo adscriptum, postea à librariis ea temeritate, cuius passim exempla obvia sunt, receptum, nisi quod *Scaliger* videbatur, in partem contextus venire posse, si post illa poneretur: *Pharm. Medus imperio vitæque privavit*. Quæ conjectura, sicut argumento non disconvenit: ita scripturæ modus & connexio ceteræ narrationis nihil tale agnoscit. Si enita quod sequitur; ea etate *Cl. G. n. Lycurg.* &c. ad illud tempus, quo summa im-



omnium gentium, rerum potiti sunt, deinde Medi, post-  
 ea Persæ, deinde Macedones. exinde duobus regibus,  
 Philippo & Antiocho, qui à Macedonibus oriundi erant,  
 haud multo post Carthaginem subactam, devictis, sum-  
 ma imperii ad populum Romanum pervenit.] <sup>4</sup> Inter  
 hoc tempus, & initium Nini regis Assyriorum, qui <sup>2</sup> prin-  
 cept rerum potitus, interfunt anni MDCCCCXCV. <sup>3</sup> Hujus  
 temporibus æqualis Hesiodus fuit, <sup>4</sup> circa cxx. annos di-  
 stinctus

ma imperii ad populum Roman. per-  
 venit, referas, manifeste erit fallum:  
 si, quod omnino faciendum est, ad  
 Sardanapali interitum recurras, qual-  
 is erit, verborum, interrupta per in-  
 solentem interpositionem serie, con-  
 nexio? Quare nihil hic ambigendum  
 arbitror. De ipso auctore nihil admo-  
 dum constat. *Plinio* laudatur *Manilius*  
 aut *Manilius Sara*, sed hic *Emilianum*  
 retinere, codicum consensus jubet. v.  
*G. I. Vossii* 3. de *Lat. Histor. part. post.*  
*Boeclerus.*

1. Inter hoc tempus.] Caute lege.  
 Quod hoc tempus? an Vellejanum, uti  
 solet numerare? minimè. sed hoc, quo  
 summa rerum, victis Macedonibus &  
 Antiocho, pervenit ad Romanos. Ab  
 eo inquam tempore sursum compu-  
 tando ad Ninum, tot sunt anni. Nisi  
 observas; numeri nimis falsi. *Lipsius.*  
*Inter hoc tempus.*] Ita quidem *Rhenani*  
 editio, quam plerique sequuntur, hæc  
 verba Vellejanis accensuit, cum prio-  
 ra, *Æmilii Suræ*, inclusisset uncis. Sed  
 neque hæc Velleji esse, quin potius *La-*  
*ciniam* glossæ prioris, rectè *Lipsius* no-  
 tavit. id quod ex sequentibus clare ap-  
 paret. Ad rem ipsam quod attinet, sa-  
 tis notum est Græcorum *Chronica* &  
*Historicos* Assyriis & Nino principem  
 locum semper tribuere, licet non prin-  
 mus, sed tertius Assyriorum rex fuerit.  
 vid. not. *Bongars. ad Justin. 1, 1, 4. d. &*  
*Eranc. Fabric. ad Oros. 1, 4. Boecler.*

2. Principi.] Cæsar, Quæ pars civi-

tatis *Helvetia insignem pop. Rom. cladem*  
*intulerat, ea princeps pænas persolvit.* De  
 hac voce in principio auctor de Origine  
 urbis ab elegantissimo *Schorro* editus.  
*Schegkii.*

3. Hujus temporibus æqualis.] Hic dem-  
 um, post insulta aliena verba, *Velle-*  
*janum textum, & novum caput, redau-*  
*spicari* oportebat, nam ad Carani tempus  
 Hesiodi refert *Noster*. Atque ista ipsa  
 conjunctio temporum suggerit (inquit  
*Lipsius*) totum illud *Emilianum insti-*  
*tutum esse, & ab alio quam Vellejo ad-*  
*textum.* *Boecler.*

4. Circa cxx. annos.] Cicero de  
 Senectute, Homerum multis sæculis  
 fuisse ante Hesiodum significat. *Dio-*  
*taenus Chrylostomus* in secunda ora-  
 tione de Regno æquales facit. *Gellius*  
 neutrum affirmat, sed potius in du-  
 bium vocat, lib. III. cap. XI. Et lib.  
 XVII. cap. 21. De Homero, inquit, &  
*Hesiodo, inter omnes fere scriptores con-*  
*stitit, ætatem eos egisse vel isdem fere*  
*temporibus, vel Homerum aliquanto anti-*  
*quiores.* *Plutarch. in Παρρημ.* perspicue  
 in Lycophonis *Cassandram. Manut.*  
*Circa cxx. annos.*] Cum Nostro con-  
 sentit *Eusebius*, qui n. MCCX. Carani  
 temporibus coævum tradit. *Lipsius*  
 (cum *Scaligero* 1. poet. 5.) iis accedit,

qui

stinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, &  
 mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quie-  
 tisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis  
 auctoritate proximus. qui <sup>2</sup> vitavit, <sup>3</sup> ne in id, quod Home-  
 rus, incideret: <sup>4</sup> patriamque & parentes, testatus est; sed  
 patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.  
 Dum in externis moror, incidi in rem domesticam, ma-  
 ximique erroris & multum discrepantem auctorum opi-  
 nionibus. Nam quidam, hujus temporis tractu, ajunt,  
 à Tuscis <sup>6</sup> Capuam, Nolamq; conditam, ante annos fere

DCCCXXX.

qui Hesiodum antiquiorem Homero  
 statuunt; eo quod major simplicitas &  
 quasi rudior antiquitas in Hesiodo ap-  
 pareat. Quæ ratio occasionem suppe-  
 ditat Criticis, eruditæ inter utrius-  
 que stilum comparationis instituentæ.  
*Boeclerus.*

1. Mollissima dulcedine.] Suanitatem  
 capio sili & lenitatem. Ita *Dionysius:*  
*Ἡσιόδῳ μὲν γὰρ ἐφεγγιστον ἠδυνῆς,*  
*καὶ ὀνομαστόν λαιόσηλον & στωθίστως*  
*ἐμαρλάσες.* quem secutus *Fabius* 10. in-  
 stituit. orat. 1. lenitatem verborum &  
 compositionis probabilis in hoc poeta lau-  
 dat, daviq; ei palmam testatur in illo  
 medio genere dicendi. *Boeclerus.*

2. Vitavit.] Hoc tanquam abun-  
 dans delet *Vossius.*

3. Ne in id, quod Homerus.] Sc. ut  
 patria ejus ignoraretur. Notus est *Cice-*  
*ronis* locus *Orat. pro Archia* c. 9. *Home-*  
*rum Colophonii civem esse dicunt suum,*  
*Chii suum vindicant, Salaminii repetunt.*  
*Smyrnæi vero suum esse confirmant.* itaque  
 etiam delubrum ejus in oppido dedicave-  
 runt. Per multi alii præterea pugnant inter  
 se, atque contendunt. Porro, cur *Home-*  
 rus patriam gensque ad posteros non pro-  
 diderit, vide apud *Heliodor. Ethiop. l. 3.*  
 c. 8. f. *Boecler.*

4. Patriamque & parentes.] Extant  
 hodieque isti versus malè amici in na-  
 tale solum: in ἔγγυ.

Νόσας ἔθ' ἄρχ' Ἐλικῶν & οἰ-  
 ζυρήσιν οὐκ ἀκίμην  
 Ἀσκήν χεῖμας κερκῆν, ἦτορ δὲ γα-  
 κλήν ἀδέποτον ἔδωλῆν.

*Lipsius.* Patriamque & parentes.] Adde  
*Swid. voc. Ἡσιόδ. Gyrald. Hist. poet.*  
*dial. 1. Boeclerus.*

5. A Tuscis Capuam, Nolamque.]  
 De Capuâ condita variz sententiæ, &  
 alibi promptæ: nec libet exsequi. De  
 Nola, ab *Lapygibus conditam* eam *Justi-*  
*nus* ait: at *Solinus* cap. VII. r. à *Tyrris.*  
 Quod *Solinianum* jure miratus sum.  
 nam quæ alia opida, in Italia: eo tra-  
 ctu, *Tyrii* condiderunt? nos non le-  
 gemus, & fidenter rescribimus, à *Tyr-*  
*rhenis*: ut consentiat cum *Vellejanâ*  
 traditione, aut si fortè, *Tburis.* Sanè  
 & *Polybius* *Tyrrhenos habitasse* ait *Phle-*  
*græos* campos, qui circa *Capuam* & *Nolam*  
 sunt. *Lipsius.*

6. Capuam.] Unde *Oscella dicta. Ca-*  
*pua* (inquit *Florus* lib. 1. cap. 16.) &  
 ipsa caput urbium, quondam inter tres  
 maximas *Romam, Carthaginemque* nu-  
 merata. Nominis ratio ambigua scrip-  
 toribus. *Livius* lib. 4. *Vulturnum He-*  
*truscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab*  
*Samnitibus captam, Capuamque ab duce*  
*eorum Caphy; vel, quod propius vero est,*  
*à campostris agro* (idem *Plinio* visum  
 lib. 3. cap. 4.) appellatam. *Suetonius;*  
 Cæsare;



'DCCCXXX. quibus equidem assenserim, sed M. Cato quantum differt? qui dicat, Capuam ab eisdem Tuscis conditam, ac subinde Nolam: stetit autem Capuam, antequam à Romanis caperetur, annis circiter CCLX. quod si ita est, cum sint à Capua capta anni CCXL; ut condita est, anni sunt fere D. Ego (pace<sup>2</sup> diligentiae Ca- tonis dixerim) vix crediderim, <sup>3</sup> tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse. Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen, <sup>4</sup> & ad excitandam corporis animique virtutem efficacissimum, <sup>5</sup> Olympiorum initium, habuit auctorem \* Iphitum Elium. is eos

Cæsare; Dionysius, Strabo, à Capys; quorum opinio magis ex argumento agit: Silius lib. 11.

Tam Capys ut primus dederit sua nomina muris. Schegk.

1. DCCCXXX. ] Videndus Scaliger ad Euseb. num. MDLXXX. Boetlerus.

2. Diligentia. ] In quibusdam codicibus male, diligentia.

3. Tam mature tantam urbem. ] Habet hoc argumentum vere πρῶτον μὲν ἐπιπέδον. Solent enim Urbes tardo profectū ad magnitudinem quandam eniti: atque licet ἀκμῆ καὶ brevis sit, ἀπὸ πρῶτον plerunque celerrimo relapsu ad exitum contendat, magnum tamen momentum temporis in resurgendo statui debet. difficulter resurgunt dejecta, dum velut de integro arduum crescendi viam auspicantur. Boetlerus.

4. Et ad excitandam. ] Aldus: Et ad exercitandam corporis animique virtutem efficacissimum O. i. h. auctore Iphito Elio. De Olympiorum ludorum, & mercatus (exemplo quorum Imperatores postea Agonem Capitolinum instituerunt) origine, restauratione, auctore, qui varius narratur, soleminibus accuratè Eliacorum priorum Pausanias & Bened. Pererius Sociera-

tis JESU in principiis Naturalibus. Schegk.

5. Olympiorum. ] Hæc est illa celebris periodus Iphiti Olympica, qua agonem à Pelope institutum, ab Atreo & Hercule repetitum, deinde rursus posteriorum negligentia omisissum Iphitus Praxonidæ filius post annos cccc. (ut rotunde loquamur) restauravit. Ut ad hunc temporum characterem, & per eam ad tempus Romæ condita Nostræ liquida designatione perveniret, ple- raque huic notitiæ inservientia hæc- nus vestigavit. Hoc initium est veteris, certe distinctioris, apud scriptores historiarum. ὅτι εἰδὲν ἐκαστὸν ὡς τὸ ὀλυμπιαδῶν ἀκμῆς ἰσότης, teste Justin. Martire paran. ad gent. cui con- sonat, quod apud Euseb. Chron. 2. n. mcccxi. legitur: Ab hoc tempore Græcia de temporibus historia vera creditur. Nam ante hæc, ut cuique visum est, diversas sententias protulerunt. Ad quem locum vide quæ Joseph. Scaliger notavit. Item lib. 1. de emend. temp. de periodo Olympica, & lib. 5. de initio Olympiadum. Juvabit etiam inspersisse, quæ parens Josephi Julius disserit, poet. 1. 2. 4. & Calvis. Isag. Chronol. 39. Pontan. Philocal. 10. 23. Camerl. ad Solin. 1. Nicol. epiphil. 4. 21. Cæli. Rhodigin. 7. antiq. lect. 38.

eos ludos<sup>1</sup> mercatumque<sup>2</sup> instituit ante annos, quam tu, M. Vi-

lect. 38. præsertim ex antiquis, præter Solinum, Strabo lib. 8. Phlegon Trallianus in fragm. de Olympiis. Pausan. Eliac. 1. Boetlerus.

\* Iphitum Elium. ] Vulgò, Iphito Elio. Iphitum Elium. ] Varia super origine nobilitum ludorum dicta scriptaque sunt: sed nemo tamen initium ad Iphitum hunc retulit, dumtaxat instaurationem. Atque adeo à primo initio ad hujus tempus sunt anni circiter ccccxxx. Non ergo putamus Vellejum πρῶτον λέγων ita sensisse sive scripsisse. In primogenita editione est: auctorem Iphitum Elium. Hinc lego: Certamen Olympiorum initium, habuit auctorem Iphitum Elium. Tunc noviter, inquit, initium, longo scilicet post institutionem intervallo. Ipse certè statim adjungit, & fatetur ab Atreo eos primitus institutos. Lipsius. Iphitum Elium. ] Ante omnia hujus scripturæ ratio est reddenda: quaque de causa in textum à nobis recepta sit. Cum enim prima editio expresse præferret: habuit auctorem Iphitum Elium (ex qua Aldus fecerat: initium habuit auctore Iphito Elio) dubitandum non erat, quin Lipsiana lectio, quam expressimus, retinens casum primogenii codicis, neque quidquam admodum mutans aut interponens, tum ceteris melior esset, tum Acidalii conjectura: initium habuit auctorem Iphit. El. Non negaverim tamen, hanc posteriorem lectionem, plerisque expeditiorem videri posse. Boetlerus. Iphitum Elium. ] Olim voluisse alios Limum Olympiadum auctorem esse, docemur his Theophili verbis è libro 111. ad Autolyeum: ὡς δὲ τὸ ὀλυμπιαδῶν ἀκμῆς ἰσότης, εἰδὲν ὡς αὐτοὶ γινώσκουσιν τις ἐστὶ αὐτῶν ἀπὸ πρῶτον, ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Βῆλος. Ὁ σὴ μὲν ἐστὶ δὲ τὸ ὀλυμπιαδῶν ἀκμῆς ἰσότης

ἐξ ἧκε τῶν ἰσοπέδιων, καὶ ὁ μὲν πρῶτος ἀπὸ Δίμου, ὅς ἐστι Ἰλιόθεν ἐπιπλάθη. Interpres Conradus Clauferus hæc ita veritè: A Romanis Saturnus appellatur, qui nec ipsi satis novere, Saturnusne, quem colunt, sit Cronus, an sit Belus. Si quis respiciat Olympiadum initium, facile assignatur, Cronum ab Iphito primitus capium coli. Sunt qui perhibent, à Limo introductum esse cultum, qui deseritur Crono, qui & cognomen Ilii nactus est. Quam inepta, & insulsa hæc sint, nemo sanus non videt. Nos pro his verbis, ὁ Βῆλος. Ὁ σὴ μὲν ἐστὶ, &c. nulla quasi mutatione legimus, ὁ Βῆλος. Ἡ μὲν ἐστὶ, &c. Jam enim antè dixerat Theophilus, Belum, ac Saturnum coævos fuisse, ac ex Thallo ducerat, eos annis vixisse ante bellum Trojanum ccccxxi. Quod ex Theophili hoc loco ostendit etiam Lactantius lib. 1. cap. ultimo. Ita igitur hunc Theophili locum vertes: A Romanis Saturnus appellatur. Neque enim ipsi norunt, ut eorum prius extiterit, Saturnus, an Belus. Initium igitur Olympiadum ab Iphito, ut ajunt, habuit observationem: juxta alios vero à Limo, qui Ilius cognominatus est. Redi enim hic Theophilus ad Olympiadum institutionem, quo priora omnia confirmet. Vossius.

1. Mercatumque. ] Mercatus Olympici meminit etiam Justinus, lib. 1111. Quæ (epistolæ) recitata in mercatu Olympico magnos motus fecerunt. Mercatus autem est, quem Strabo (ut rectè notavit Lipsius) lib. viii. πανήγυρον vocavit. Hinc Philoxenus in Glossis, Nundinarum, ἑορτῶν, πανήγυρεων. Quò spectat, quod nundina, & festa, olim fere inciderint in idem tempus. De quo vide differentem Macrobius lib. 1. Saturn. cap. xvi. Vossius.

2. Instituit. ] An potius restituit? Tam-  
men



M. Vinici, consulatum inires, <sup>1</sup> DCCCIV. hoc sacrum eodem loco instituisse fertur <sup>2</sup> abhinc annos ferme MCLL. <sup>3</sup> Atreus, cum Pelopi patri funebres ludos faceret.

men fero etiam *Instituit*, nempe perpetuos istos & certâ quâdam lege. Poest & institutio ad Mercatum referri, quasi nonis anteâ. Sic autem appellat, quod Græci *πρωήγμεν*. Strabo de templo Olympiæ, lib. v. 111. *Τὴν αὐξήσειν ἐλαθε Διὰ τε τὴν πρωήγμεν, ἔ τ' ἀζώμεν τ' Οὐλυμπιακόν.* Lipsius.

1. DCCCIV. Aliter DCCCIV. Atqui prima Olympias Iphithæa præcedit dumtaxat natalem urbis (ex Velleii mox sententiâ) annis XXI. Sunt autem ab illo ad consularum Vinicii anni DCCCXXXI. Itaque clarum est, scribi debere: DCCCIV. detractâ centenariâ nota. Lipsius. DCCCXXXI.] Ita vulgati. Manutus DCCCIV. etiam non rectè. Rescribe, DCCCIV. Vinicius enim consul anno V. C. DCLXXXI. & Roma condita Olympiade sexta. Exinde res gestas veritatis fidem mereri Varro apud Censorinum cap. XXI. docet: locum suprâ citatum vide pag. 8. Schegkiius

2. *Abhinc annos ferme.*] Ergo aliter paullo, & laxius quàm alii, Velleius putat. Nam Clemens Alexandrinus, à ludis primis ad Iphithæos spatium facit CXXXVI. annorum: Eusebius, Bedas, alii, CXXX. Atqui ex hac Velleianâ summâ necessum est fuisse CXLVI. Malim certè hic scribere, C. CCVI. ut minus paullo exorbitet. Lipsius.

3. *Atreus cum Pelopi fratri.*] Rara aut nova hæc sententia, ut multa nobis in Velleio. Nam perique alii, non ad Atreum, sed ad Herculem gloriam hanc referunt: quia, ut ille inquit, quidquid ubique magnificum est, in claritatem ipsius referre consensimus. Atqui Velleius vult Herculem dumtaxat hic cer-

tasse, nec ἀγωνοθέτην fuisse, sed ἀγωνιστήν. Illud etiam alibi reperio, ludos hos factos in honorem Pelopis defuncti, & fuisse funebres. Clemens Ad Gentes: *Pisa autem vobis, ὁ Græci, est sepulchrum aurigæ Phrygiæ, ἔ Pelopis in feriæ.* Ipse Apollodoros, qui Herculem auctorem facit, tamen Pelopis aram exstructam hic agnoscit, grande argumentum pro sententiâ Velleianâ. A quo enim injustius tales ludi aut honores, quàm à filio? Verba Apollodori: *ἔθηκε δὲ καὶ τ' Οὐλυμπιακὸν ἀγῶνα, Πειλοπὸς τε βωμὸν ἰδρύσασθαι: Instituit ἔ Olympicum certamen, ἔ Pelopi aram posuit.* Opinio autem quæ Herculem auctorem fecit, originem habuit ab Homero: qui de quatuor equis certatoribus & victoribus meminit, interceptis ab Aug. à Eliensium rege. Vide, si voles, locum ipsum Iliados λ. [Vers. 6,7] Itaque passim Grammatici & Historici transeunt in hæc partem: imò & Pindarus disertis verbis Olymp. Eid. 6. *Οὐλυμπιάδα δ' ἔπεισεν Ἡρακλῆος ἀρχομένηα πολέμου.* Non dissentit tamen solum, sed refutat Strabo lib. VIII. & docet Homericis versibus non hanc esse mentem. Lipsius. *Atreus, cum Pelopi fratri.*] Res ita habet: *agon ille à Pelope instituitur, ab Hercule ἔ Atreo inflaturus, ab Iphito in Tetræteridas indicus est.* itaque trina Olympiæ, à Pelope, Atreo ἔ Hercule celebrata præcesserunt Iphiti Olympiæ, à quibus Græci putant tempora sua, propterea quod victores studio scribi *ἑυ κέρβησσι καὶ σιλομας* cæperunt. Porro intervallum Olympiorum Pelopis ἔ Atrei sunt quinque Enneadææterides. Inter Atrei autem ἔ Herculis ludicrum, est tantum inter-

ret. quo quidem in ludicro <sup>1</sup> omnis generis certaminum Hercules victor exstitit. <sup>2</sup> Tum Athenis perpetui Archontes esse desierunt, cum fuisset ultimus <sup>3</sup> Alcmaeon: cœperuntque <sup>4</sup> in denos annos creari. quæ consuetudo in annos LXX. mansit: ac deinde annuis commissa est magistratibus resp. Ex iis, qui denis annis præfuerunt, primus fuit Charops, ultimus Eryx; ex annuis, primus Creon. Sexta Olympiade, post duos & viginti annos, quam prima

intervallum unius cycli. Notandum autem, jam ab aliquot annis Olympiadas tetraætericas ante Iphitum institutas fuisse, tetraætericas autem non fuisse à Pelope ad Troicam ἔ infra Troicam tempora. Gur autem ab Iphitæa periodo sua putarint tempora Græci, paulo ante dictum est. Operæ pretium videbatur hæc ex Scalig. animad. Ensis. huc congregare: quo non alius, quidquid ambitio fruat, diligentius hancviam institit. Boecler.

1. *Omnis generis certaminum.*] Videtur dicere Herculem victorem fuisse in omni genere certaminum. At damnant rejiciteque valde Paulsanias: qui abunde & accuratè de his talibus lib. v. Ille igitur tradit, primis ludis *Iolaum eurus, Jasionem equo singulari, Castorem eurus, Pollucem cestibus vicisse: ipsum Herculem, samâ ferri, lullâ ἔ paneratio.* Itaque malim verba hæc sic distingui & accipi, ut sit: Quo in ludicro Hercules victor fuit, ludicro, inquam, omnis generis certaminum. Lipsius. *Omnis generis certaminum.*] Omnino dicit Herculem ibi victorem fuisse in omni genere certaminum; & ineptè aliter aut distinguas aut interpretetur. quod enim novi adstruas Herculi, si uno sorte alteroque genere superior? & ut dissentiat Paulsanias. quid tum? an ab eo nusquam abiit auctor noster, quam isto loco? Gryn.

2. *Tum Athenis.*] Quando? & quò refert hoc Tum? an ad Olympiadem primam? Videtur ex ferie sermonis.

Tamen ratio aut certè auctoritas dissuadet: alique volunt, Archontes istos dedisse demum Olympiadi septimæ anno primo. Ita clarè Eusebius, & Dionysius Halicarnassæus, Lib. I. Antiquum. ubi de conditu urbis Romæ. Aut benignè igitur laxèque interpretare, Tum, id est annis aliquot post: aut potius mecum cense hiatum defectumque hic esse, & periisse, quæ interferit à primâ Olympiade ad sextam. Lipsius.

3. *Alcmaeon.*] Adi *Mearf. Archont. Athen. lib. I. c. 3. ἔ seqq.* mox Eryx truncato ex Eryxius vocabulo legitur. Id. t. 8. Boeclerius.

4. *In denos annos.*] Quod Paulsanias, interprete Romulo, Messenica ita edidit: *Altero vero nona Olympiadis anno, quo Messenius Xenodochus de studio victor renunciatus, cum Athenis nondum sorte annui magistratus ducerentur, quod scilicet civitas ea Melanthi posteroi, qui sunt Medontida adpellati, primum quidem in ordinem redactis æquo jure ἔ legibus magistratum gerere iussit: deinde cavet, ne ultra annos decem imperium continuarent.* Schegk.

5. *Post duos ἔ viginti annos.*] Ex hoc loco colligunt, Velleium Palilia Varropana sequi, quæ conditum Urbis rejiciunt in VI. Olympiadis annum III. Unde & statim sic edi video: *A quo tempore ad vos viginti sunt anni DCCXXXI: cum tamen in editione principis fuerit, DCCCXXXI.* Sed ego hic positus







<sup>1</sup> Asylo factō inter duos lucos, auxit. Hic centum homines electos <sup>2</sup> appellatosque Patres, instar habuit consilii publici. hanc originem nomen Patriciorum habet. <sup>3</sup> Raptus virginum Sabinarum.

\* \* \* \*

9<sup>4</sup> quam timuerat hostis, expetit. nam <sup>1</sup> biennio adeo varia for-

tespiciam. Simplicius ergo fuerit retinere verba librorum, & quam ultro suggerunt, mentem: *Romuli potentiam ab initio exiguam fuisse, donec eam postea commentus Asylum auxerit.* Boecler.

1. *Asylo factō.*] Quæ de asylo hic dicuntur; item, de patribus institutis, ubique obvia & in promptu sunt apud Scriptores Latinos Græcosque. è quibus *ὁς πολιτείας* & ad civilem prudentiam accommodatissima descriptio hæc talia exequitur *Dionysius*. Boeclerus.

2. *Appellatosque patres.*] *Centum creat senatores, sive quia is numerus futurus sive quia soli centum erant, qui ceteros patres* (ita apud Livium legendum, etiam absque Sigonii rationibus nimium quantum infirmis, contextus & alibi ipse Livius suadet) *possent.* Eleganter Suidas patricios primordio Reipub. Romanæ populi patres dictos autumat: postea Imperatores, ut senatum demerere (omnem enim potestatem dignitatemque sibi vindicaverant) patricios sibi quoque patres majorum gentium elegisse. Hinc Justinianus Institutionibus lib. 1. cap. 12. ait: *Quis patiarum Imperatoriam celsitudinem non valere cum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate.* & Claudianus lib. 11. in Eutropium:

— genitorque vocatur Principis.  
hujus mentio apud Apollinarem. Formulam Patriciatu capies à Cassiodoro. Schegkius.

3. *Raptus virginum Sab.*] Plerique è margine in textum irrepisse ista verba

statuunt. Deplorant hoc loco *Rbenanus*, & alii, ingentem hiatus operis Velleiani: nec immerito. videtur enim pulcherrima pars suavissimæ scriptiois periisse. *Lipsius*, amplius etiam voluminum distinctionem, ex modo amissorum, in dubium vocat, neque verisimile, ait, tantum rerum uno prior volumine à Velleio comprehensum fuisse. Nolim firmare magni Viri suspensionem. Boeclerus.

4. *Quam timuerat hostis, expetit.*] Defectus clarus, & aliis jam notatus. Scito autem deesse Romanos omnes reges, Romanos omnes consules Tribunosque militum, usque ad annum DCLXXXI. id est, plus dimidia parte scripti Velleiani. Et aliquis credit conjecta hæc omnia in libellum unum priorem fuisse? non qui attender. Sed in his ipsis verbis, quid narratum, aut quæ sententia? de Perse rege Macedonum fuit: quem ait graviorem multo hostem fuisse, quam expectassent. Itaque legam, *existit*, non *expetit*: quasi fuisset, *gravior quam timuerat, hostis existit.* Timuerat autem, nempe Populus Romanus. *Lipsius*.

5. *Biennio.*] Biennio tantum? at quadriennio tenuit hoc bellum. Sed rectè tamen Biennium: quia priores duo anni saltem in fortunâ variâ, reliqui magis prosperi Romanis. *Lipsius*. *Biennio.*] Bellum cum Rege Macedonum Perse scripsit *Florus* 2, 12. & quos ibi *Camers* annotavit. quibus adde *Pausan. Achaic. Diodor. Sic.* 31. *excerpt. que vulgo habentur.* præter quæ, reperies aliqua

fortuna cum consulibus conflixerat, ut plerumque <sup>1</sup> superior fuerit, magnamque partem Græciæ in societatem suam perduceret. Quin <sup>2</sup> Rhodii quoque, fidelissimi ante Romam

aliqua in iis *excerpt. Diod.* quæ *Constant. Porphyrog.* collegit, & *Henn. Valesius* publicavit. *Zonar.* t. 2. *Boecler.*

1. *Superior fuerit.*] *Gruterus* delerit illud fuerit (ad quod nimirum non admodum quadrat, *perduceret*, quod sequitur) copulamque expungit: ut *pl. superior magnam p. G. i. f. f. p.* *Acidalius* legit, *foret pro fuerit.* *Boecler.*

2. *Rhodii.*] Exemplum valde memorabile, de sequenda aut vitanda partium in bello societate, Rhodiorum civitas hic suppeditat. Ultraque pars eam sibi studebat adungere. *Rhodii* enim, inquit *Livius* 42, *maximi ad omnia momenti habebantur, quia non favere tantum, sed adjuvare etiam viribus suis bellum poterant.* accedit, quod majorum auctoritatem, minores ferme civitates sequuntur. Itaque nec *Perseus*, nec Romani concessuri videbantur, ut bello Rhodii abstinerent. Illum novæ amicitiae gratia, hos veteris fides commendabat. Invitabant & commoda belli & minabantur incommoda: quibus tam propinquo discrimine exemit esse non poterant. Quid ergo factu optimum? primum consilium non parum sapientiae nomine laudaverim. Ita se gerebant, ut Romanis nihil negare, *Perseo* nihil promittere viderentur. Ita præferabant amicitiam Romanorum, ut adversus *Perseum*, non nisi invitati hostilia ausuri viderentur. Romanis non statim suspecti, *Perseo* non penitus volebant fieri formidabiles. Hac media via, cum aliquantisper rem gessissent, anxia cepit magis & sollicitior fieri suspensio tam arduis momentis prudentia: cujus radio aliquid audendum existimabant, quo à bello partes deterrerent, se autem à periculo belli vindicarent, Legatos Romam mit-

tunt, qui præfati de amicitia antebellum cum *Perseo* inita, de belli damnis non diutius tolerandis, postea adjece- runt: legatos alios ad *Perseum* in Macedonia missos, qui ei denuntiarent, *Rhodios* placere, pacem cum componere cum Romanis, se Romanam eadem nuntiatum missos: per quos stetit, & quo minus belli finis fieret, adversus eos quid sibi faciendum esset, *Rhodios* confidraturos esse. *Liv.* 44, 14. Peccatum in eo varie. primo enim fiducia potentiae & auctoritatis nimia inflaverat *Rhodios*, ut Romanorum animos, qui toti propemodum orbi erant terribiles, suis frangere minis posse crederent. deinde, imprudentius factum, quod non animadvertunt, sibi à neutra parte gratiam, sed ab alterutra certum esse periculum expectandum, ob eam legationem. porro, ipse cum Romanis & *Perseo* agendi modus nec officio amicitiae conveniebat, nec ei amicitiae generi, quo *Rhodii* amicos quidem Romanos, sed cum respectu eminentiae, amicos venerabiles habebant. Applicandum hic venit, quod *Velleius Nestor* de Massiliensi negotio judicat: *principalium armorum arbitria illi captare debent, non patientem coercere possunt.* 2, 50. Equidem si quietos se præstare *Rhodii* & mediis partibus perseverassent, non quidem admodum grata erat futura partibus illa *adæquositas* (proprio enim quodam fato invisus est, qui partium studium detrectat) sed fallor, am innoxia & minus periculosa civitati fuisset. Longe autem aliud est, *neutrius partis esse*; & arbitria pacis bellique inter partes sibi sumere. Illud prudentia aliquando & necessitatis: hoc non nisi ingentis potentiae opus est. *Boeclerus.*



Romanis, tum dubia fide, speculati fortunam, <sup>1</sup>proniores regis partibus fuisse visi sunt: & rex Eumenes in eo bello <sup>2</sup>medius fuit animo, neque fratris iniitiis, neque suæ respondit consuetudini. Tum senatus populisque Romanus L. Æmilium Paullum, <sup>3</sup> qui & prætor & consul triumphaverat, virum in tantum laudandum, in quantum intelligi virtus potest, consulem creavit: filium ejus Paulli, qui ad Cannas <sup>4</sup>quam tergiverfante perniciosam reip. pugnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat. is <sup>5</sup>Perseum \* ingenti prælio apud urbem nomine Pyd-

nam

1. *Proniores.*] Ita quidem rumor distulerat, eos Romanorum amicitiam simulare, sed per occulta & magis fida in Regem inclinare: fatenturque in apologia sua legati Rhodiorum (apud Liv. 45, 23.) quosdam improbos cives Regis amicitiam optasse, nullo publico consilio aut consensu civitatis. Interim ista communis est partium in medios suspicio: *credunt Romani, Rhodios Persei studiosiores; Perseus existimat, Romanis eos magis favere.* Boeclerus.

2. *Medius fuit.*] Mirifice delector simulum collatione locorum in scriptoribus, neque indelectari elegantium literarum studiosos alios opinor. Itaque hujus notabo interdum aliqua, quæ memoria suggeret, inter legendum minus quam curiose mihi observata. *Medium esse* re quæpiam, valde placita nostro formula. Infra, de Cn. Pompeio: *medius eloquentia.* Item: *ita se dubium mediumque partibus præstitit.* Propius finem, de Tiberio: *Agebatque medium, plurima dissimulantis, aliqua inhihentis.* A cidal. *Medius.*] Livius lib. 44. 25. ejus consilia disertè exponit.

3. *Qui & Prætor & consul.*] Ab Antiquariis nostris (Sigonio & Manutio) erroris damnatur Velleius, aut exscriptor: nec unquam in Præturâ triumphasse Paullum. Ergo corrigunt: *Paullum qui & priore consulatu triumph-*

phaverat. sed ipsi corrigendi. Ego rectè & verè a Velleio ita scriptum, Lapis Romæ:

L. ÆMILIUS L. F. PAULLUS  
COS. II. GENS. AUGUR  
TRIUMPHAVIT. TER

Si ter triumphavit Paullus, quando primum nisi in Præturâ? Nam duo alii triumphi manifestò in consulatu utroque intervenerunt: prior de Liguribus, hic de Perse. Triumphasse autem in Præturâ etiam Plutarchus satis argumento est: qui ait, missum Paullum adhuc prætorem in Hispaniam Proconsulari imperio, cum fuscibus duodecim, ibi cecidisse ad xxx. 00. hostium. in Livio XVII. 1. millia legas, libro xxxvi, sed nempe de solis Lusitanis. Si autem tot millia cæsa, nonne debitus triumphus? Imo & delatus, quod ex Livio ibidem colligas, qui mox addit *decretam supplicationem, ob res ab Æmilio in Hispaniâ gestas:* at ea semper ferè dux triumphi. Sed & idem Livius de triumpho indicat in Epitomâ XLVI. Triumphavit ergo, & marmoræ a Velleio hoc credamus. Adde & Suidam in *Αδύκω*. Lipsius.

4. *Quam tergiverfante.*] Vide Liv. 22, 44 & 45, & ceteros, qui hanc pugnam scribere. Verba nostri Auctoris rectè se habent, neque correctione indigent. Boeclerus.

5. *Perseum.*] Primogenia editio, Per-

fata.

nam in Macedonia, fufum fugatumque castris exiit, deletisque ejus copiis, destitutum omni spe cœgit e Macedonia profugere. quam ille linquens, in insulam <sup>1</sup>Samothraciam profugit, <sup>2</sup>templique se religioni supplicem credidit. Ad eum Cn. Octavius prætor, qui classi præerat, pervenit; & <sup>3</sup>ratione magis quam vi persuasit, ut se Romanorum fidei committeret. Ita Paullus maximum nobilissimumque regem in triumpho duxit. Quo anno & <sup>4</sup>Octavii prætoris, navalis; & Anicii, regem Illyriorum

sam. Malo, *Perfen.* Ita postea etiam ejusdem editionis auctoritate scribendum est. *Vossius.*

\* *Ingenti prælio.*] Hoc prælium finem attulit regno Macedonia: in ditionem Romanorum redactò: *Iustin.* 33, 2. 6. *cum inde à morte Alexandri distrahitur in multa regna, à summo culmine fortune ad ultimum finem stetit ceteranos,* ut *Livius* putat 45. *Strabo* excerpt. lib. 7. *ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ Πύδης πέδιλος Ῥωμαίων Περσέα καὶ ἄλλοι λαμπεροὶ βασιλεῖς, καὶ βέλων τῶν Μακεδόνων βασιλείων.* Boeclerus.

1. *Samothraciam.*] Inclita religionibus insula, nocentiumque asylum certum. Plutarchus in Camillo. Hanc Servius, in illud Poëtæ:

*Dardanus Idæas Phrygia penetravit ad urbes;*

contra illusterrimum & omnia doctissimum virum à Samo distinguit. *Dardanus*, ait, *profectus ad Phrygiam Ilium condidit: Iasius vero Thraciam tenuit, ubi est Samos, quam & Samothraciam nominavit. nam alia est insula Samos, Junonis. Insulam Samum, prodit Varro apud Lactantium lib. 1. cap. 17. prius Partheniam nominatam, quod ibi Juno adolevit, ibique Jovi nupsit. itaque nobilissimum templum ejus est Sami & simulacrum in habitu nubentis figuratum, & sacra ejus amiversaria nuptiarum ritu celebrantur. hinc Augustino*

lib. 6. de civitate Dei, *Diis Junonis insula nominata.* In Samothracia; quam Strabo & Diodorus lib. 4. describit; tres aræ, quæ Trinis Diis (quas sustulisse & secum portasse Æneam firmat Servius) parent, *MAGNIS. POTENTIBUS. VALENTIBUS.* de quibus Varro & Macrobius lib. 3. Lapis Murtæ in Hispania, *Di magni CASTOR & POLLUX.* Schegkius.

2. *Templique se religioni.*] *Quasi templum & aræ possent defendere, quem nec montes sui nec arma potuissent,* inquit Florus 2, 12, 9. non sine panegyrica figura, & quaesita inventionis occasione. omnino alias *hæc insula sacra & augusti tota atque inviolati soli erat* (verbis Liv. 45, 5.) servato præterea universum gentilibus more, *supplicibus templorum parcendi, id est, propter templa hominibus incolumitatem dandi.* Boeclerus.

3. *Ratione magis.*] *Lipso* placebat, oratione. Nulla autem fortasse fuerit causa sublituendæ alterius voculæ. Consilium Octavii, siue ratio in eo est: quod modo minis, modo spe conatus est regem perlicere, ut se traderet; quod postea regis pueros, proposita incolumitate ad se traduxit, eoque transfugio nudatum regem recepit, ut legere est apud *Livium.* Boeclerus.

4. *Octavii prætoris.*] Eadem pene Livius lib. xlv. Qui etiam addit: *Is triumphus sine captivis fuit, sine hostiis.* *Vossius.*



rum Gentium ante currum agentis, <sup>1</sup> triumphi fuere celebres. Quam sit assidua eminentis fortunæ comes <sup>2</sup> invidia, altissimisque adhæreat, etiam hoc colligi potest: quod, cum Anicii Octaviique triumphum nemo interpellaret, fuere, qui Paulli impedire obniterent: cujus tantum priores excessit, vel magnitudine regis Persei, vel specie <sup>3</sup> simulacrorum, vel modo pecuniæ, ut <sup>4</sup> bis millies centies H. S. ærario contulerit, & <sup>5</sup> omnium ante  
 10 actorum comparationem <sup>6</sup> amplitudine vicerit. Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis <sup>7</sup> Olympi-

picum

1. *Triumphis.*] De his triumphis consulendus Sigonius comment. in Just. & triumph. Rom. ad an. DCCCVI. de bello Illyrico contra Gentium, Flor. 2, 23, & quos ibi nominavit Camers. item Zonar. 2. pag. 109. Boetler.

2. *Invidia.*] Tale suæ narrationi iudicium etiam Livius præmittit 45, 35: intacta invidia media sunt, ad summam fere tendit. Nec de Anicii, nec de Octavii triumpho dubitatum est. Paulum, cui ipsi quoque se comparare erubuisse, obtruncatio carpsit. corrumpente nimium populi iudicia Sulpitio Galba tribuno mil. privatum imperatori inimico, criminanteque virum optimum, ut imperiosum ducem (ob disciplinæ militaris observantiam) & malignum, ob prædam parciis, quam insatiabilis militum cupiditas speraverat, dispersitiam. Boetlerus.

3. *Simulacrorum.*] Nam præter spolia ac manubias, etiam urbium devictarum, montium, fluminumque simulachra in triumphis præferbantur.

4. *Bis millies.*] Si ad usum nostratis pecuniæ ratio subducatur, erunt sexages ter centena scutariorum millia. aliter Antias apud Livium lib. xiv. Plutarchus totam summam non definit. Plinius lib. xxxi. cap. 3. non cetero mendo videtur, cum ait: Intulit & Paulus Emilia, Perso, rege Macedonico, de viclo, prædam pondo trium mil-

lium: à quo tempore populus R. tributum pendere desit. Nam, Pondo trium millium, longe distat à Bis millies centies H. S. Cicero de Officiis opinor, lib. ii. prædæ magnitudinem significat, modum non exprimit. *Manus.*

5. *Omnium ante actorem.*] Quippe, cujus spectaculo triduum impleverit. Prima dies signa tabulasque; sequens, arma pecuniaque transfexit; tertius captivos, ipsumque regem attonitum ad huc, et tanquam subito malo stupentem. Florus lib. ii. cap. 12. Schegkiius.

6. *Amplitudine.*] Quapropter in exemplum declarandæ rei triumphalis typisque æneis effigiandæ delectus est à diligentissimo Antiquitatis Romanæ vindice, Onuphrio, libello de triumph. Boetlerus.

7. *Olympicum.*] Mavult vir doctus, Frid. Sylburgius, Olympieum, motus auctoritate Paulianæ in Atticis. vide & Fabrum in Semestr. 3. Schegkiius. *Olympicam.*] Somniavit profecto Popma, cum de eodem Olympico Diodorum lib. xx. locutum scripsit. Ille enim agit de certamine ab Antigono Antigoniæ instituto: noster, de templo Jovis Olympici ab Antiocho Athenis exstructo. Meminerat verò ejus Polybius; ut ex Athenæi v. videretur est. Polybium, ut solet, securus est Livius fragmento, quod habes lib. xxi. Magnificentia vero in Deos, vel Jovis

Olym-

picum inchoavit, <sup>1</sup> tum rex Syriæ, Ptolemæum puerum Alexandriæ obsideret; missus est ad eum legatus <sup>2</sup> M. Popillius Lænas, qui juberet incepto desistere. mandataque exposuit; & regem, deliberaturum se dicentem, circumscriptis virgula, iussitque, prius responsum reddere, quam egrederetur finito arenæ circulo. sic <sup>3</sup> cogitationem regiam Romana disjecit constantia; obeditumque imperio.

*Olympici, templum Athenis, unum in terris inchoatum, pro magnitudine Dei potest testis esse. Sed & Delon maris insignibus, statuarumque copia, exornavit. Ubi emendo, aris insignibus. Etsi sciam, Polybium unum tantum aræ mentionem injicere. Sed vehementer fallitur, qui Livium adeo religiosum Polybii ioret pretem puer, ut ejus verbis ubique se adtrinxerit. Templi hujus etiam meminit Pausanias in Atticis, ac Vitruvius lib. iii. cap. i. his verbis: Hujus autem exemplar Romæ non est, sed Athenis octastylus est in templo Jovis Olympici. Ita scripsit. Vulgo editur: sed Athenis octastylus & in templo, &c. Possis tamen id & inducere: quod Philandro visum. Postius.*

1. *Tum rex Syriæ.*] Vulgo, Regem Syriæ. Rex Ægypti fuit Ptolemæus, Syriæ autem Antiochus: quod historie significant. Itaque rex, non, regem, omnino legendum. quod Livii indicat epitome lib. xiv. Ptolemæus autem hic est, cui Philometori cognomen fuit. Et C. Popillium, qui virgula Antiochum circumscriptis, non Marcum, Livius nominat. *Manus.*

2. *M. Popillius.*] Dissensus est auctorum in legati nomine. C. Octavium Plinius nominat, lib. 34. cap. 6. cujus verba adducere, alii occuparunt. C. Popillium Cicero Philipp. 8. Pro Diis immortales, ubi est ille mos virtusque majorum? C. Popil. apud majores nostros, cum ad Antiochum regem legatus missus esset, & verbis Senatus denunciasset, ut ab Alexandria discederet, quam obside-

bat: cum tempus ille differret, virgula stantem circumscriptis, dixitque se non ante renunciaturum Senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptio excederet. Ubi emendatim obiter: Ubi est ille animus virtusque majorum? quod videtur magis accommodatum. Justinus l. 34. de Popillio affirmat, sed sine prænomine: qui rem tamen plenius aliquanto narrat. Prologoque Senatus decreto & tradito, cum cunctari eum videret, consultationemque ad amicos referret; ibi Popillius virga, quam in manu gerebat, amplo circulo inclusum, ut & amicos caperet, consulere jubet; nec prius inde exire, quam responsum Senatui daret, aut pacem aut bellum cum Romanis habiturum. Acidalius. M. Popillius Lænas.] Plinius errat, qui hunc C. Octavium appellat, & historiam sive facta duplicia miscet ac confundit. Non nemo qui Plinium recensuit & adnotavit, frustra est in viro defendendo. Tu, si voles, santem ipsum erroris ejus reperies in Ciceronis Philippica Nonâ. Lipsius. M. Popillium Lænas.] Imo, C. Popillius. Quod suadet Polybius, Cicero, Livius, Valerius. Zonaras tamen M. Popillium etiam nominat. Sed errorem ejus redarguunt facile testes, quos dixi, omni exceptione majores. Postius.

3. *Cogitationem.*] Non negabis aptius esse: cogitationem regiam. Tardabat enim respondere, & deliberaturum se dixerat. Lipsius.



perio. Lucio autem Paullo, magnæ victoriæ compoti, quattuor filii fuere. ex iis duos, natu majores, unum P. Scipioni, P. Africani filio, nihil ex paterna maiestate, præter speciem nominis, vigoremque eloquentiæ, retinenti in adoptionem dederat; alterum Fabio Maximo: duos minores natu, <sup>1</sup> prætextatos, quo tempore victoriam adeptus est, habuit. Is cum <sup>2</sup> in concione <sup>3</sup> extra urbem, more majorum, ante triumphi diem, ordinem actorum suorum commemoraret, Deos immortales precatus est, ut, si quis eorum invideret operibus ac fortunæ suæ, in ipsum potius sævirent, quam in remp. quæ vox, veluti oraculo emissa, magna parte eum spoliavit sanguinis sui. nam alterum ex his, quos in familia retinuerat, liberis, <sup>4</sup> ante paucos triumphi; alterum post pauciores amisit dies. Aspera circa hæc tempora censura Fulvii Flacci & Postumii Albinii fuit. quippe Fulvii censoris frater, <sup>5</sup> & quidem consors, Cn. Fulvius, <sup>6</sup> senatu motus est ab iis censoribus. Post victum captumque Perseum, qui quadriennio post in <sup>7</sup> libera custodia Albæ decessit,

1. *Prætextatos.*] Gruterus, *prætextatos* istud glossematium adjectum, ideoque tollendum censet. Potuisse omiti fateor, sed Velleius non abhorret à talibus adjectivis. Boeclerus. *Prætexta* autem pueri nobiles induti erant usque ad 17. annum, tum togam virilem assumebant.

2. *In concione.*] De his rebus erudite tractat Onuphrius, *lib. de triumph. supra laudato.* Boeclerus.

3. *Extra urbem.*] Ad Bellonæ, juratus. Schegkiius.

4. *Ante paucos.*] Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphi curru conspectus, post diem tertium exspiravit. Valerius, Livius, Seneca 4. declamat. Plutarchus. Ejus votum eleganter apud Livium & Valerium. apud

quem pro *τὸ προventu felicitatis*, in Vett. *προεβήναι felicitatis.* Schegkiius.

5. *Et quidem consors.*] Placebat legere, *consors.* sed desino, cum in Livio quoque legam libro XLII. *Frater Germanus, & ut Valerius Antias tradit, consors etiam consors erat.* Consortem autem hic interpretor, cum Glossis præsis *ἑσπέρσιος*, ejusdem mensæ ejusdemque tecti. Lipsius.

6. *Senatu motus est.*] Quia legionem, in qua tribunus militum erat, injussu consulis dimiserat. Frontinus lib. 4. Cicero in Verrinis, Plinius lib. 7. Livius lib. 41. Schegkiius.

7. *Libera custodia.*] Credo sic dictam, sive quod intra certos terminos libera ambulatione permissa; sive ad discrimen carceris; quia in hunc scelera, flagitia, atque servilia pœna dignissima

fæx

cessit, <sup>1</sup> Pseudophilippus, à mendacio simulatæ originis appellatus, qui se Philippum, regiæque stirpis ferebat, <sup>2</sup> cum esset ultimæ, armis occupata Macedonia, <sup>3</sup> assumtis regni insignibus, brevi temeritatis pœnas dedit. quippe Q. Metellus prætor, cui ex virtute Macedonici nomen inditum, præclara victoria ipsum gentemque superavit, & immani etiam Achæos rebellare incipientes fudit acie. Hic est Metellus Macedonicus, qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus <sup>4</sup> sine inscriptione positis, quæ nunc Octaviæ porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc <sup>5</sup> turmam statuarum equestrium, quæ frontem æ-

dium

fæx conjiciebatur; in illam non nisi qui alicujus dignationis liberalique pœna digni; Senatores nimirum vel duces captivi. colligitur ex Ciceronis Bruto: *Domi, ait, teneamus eam septimam liberali custodia; & Sallusti Catilinario.* Plura notavit ad Tacitum, vir nunquam satis laudatus, & cujus causa, corculum illud Caro hæresin suam migraret, Justus Lipsius. Schegkiius. *Libera custodia.*] Liberis custodiis Romæ quidem magistratuum, aut senatorum domus adhibitæ: sed & munitioribus oppidis per Italiam captivi honoratos sæpe servabantur. Livius 45. *Patres censuerunt, ut Quintus Cassius Persæ regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret. Bitis regis Thracum filius cum obsidibus in custodia Carseos est missus. Ceteros captivos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condidit.* adde c. 43. De *Alba* etiam lib. 30. c. 17., exemplum habemus: ubi capto Syphace, *consulti patres, regem in custodiam Albam mittendum.* Ratio apud Strabon. 5. duplex redditur, *quoniam in penetrabilis regionis sita Alba, & præterea probe munita esset.* De libera custodia egit Lips. ad Tac. G. A. 3. 4. & Savaro ad Sidon. l. I. epist. 7. Boeclerus.

1. *Pseudophilippus.*] Ob oris similitudinem, qui & *Andriscus.* Florus, Schegkiius.

2. *Cum esset ultima.*] *Floro est: vir ultimæ sortis Andriscus, dubium liber an servus, mercenarius certe.* Ammian. Marcellin. 14, 40, & Lucianus *ὄψις ἀπαιδῶν*, in *fulonio* natum dicunt. Zonaras t. 2. p. 114. qui satis copiose hæc historiam scribit, cum Marcellino patriam exprimit *Adramitenum* vocans. Boeclerus.

3. *Assumtis.*] Ita recte emendavit Burerius. Vulgo *adsumptis.*

4. *Sine inscriptione.*] Plinius de hisdem: *Neque Sauron & Batrachum oblitari convenit, qui fecere templa Octaviæ porticibus inclusa.* Sed an Ædes eæ sine inscriptione? asserit Velleius: negat idem Plinius, qui sic l. xxxvi. c. v. *Intra Octaviæ porticus in Junonis æde, Esculapius ac Diana.* Et eodem capite sub *flumine*, alterum templum inscribit *Jovi.* Quid nos dicimus? Velleium de aliâ inscriptione sensisse; non numinis, sed hominis, ejusque qui dedicavit. Lips. *Sine inscriptione.*] Vide de his porticibus *Andrææ Fulvii Sabini antiq. Rom. l. 4.* Boecler.

5. *Turmam.*] An de istâ Plinius capiendus, lib. xxxi v? *Alexandrum amiconæque ejus imagines summâ omnium simi-*



dium spectant, hodieque maximum ornamentum ejus loci, ex Macedonia detulit. cujus turmæ hanc causam referunt: <sup>1</sup> Magnum Alexandrum impetrasse à Lysippo, singulari talium auctore operum, ut eorum equitum, qui ex ipsius turma apud <sup>2</sup> Granicum flumen ceciderant, expressa similitudine figurarum, faceret statuas, & ipsius quoque iis interponeret. Hic idem, primus omnium Romæ <sup>3</sup> ædem ex marmore in iis ipsis monumentis moli-

similitudine Lysippus expressit. *Hæc Metellus, Macedonia subactâ, transfulit Romam.* Apparet. turbat tamen quoddam Amicos appellat, qui aliis non nisi milites sunt, atque ad eum Atriano sociales. Ipse ita libro 1. Μακεδόνων δὲ τῶν ἐπιπέδων ἀμφὶ τῆς εἰρήσεως κεντε τῆ ἀσπίδι ἀποβολῆ ἀπέδωρον, καὶ τετραὴν ἡλικίαν εἰσέγεσεν ἐν Δίῳ ἐπέδων, Ἀλεξάνδρου κελύδωνος. Ἀδύσπρον ποιήσασθαι: E Macedonibus civitatem virginis quinque primæ aggrissione ceciderunt, eorumque ænea imagines in Divi opido posite, Alexandro jubente à Lysippo eas fieri. Similia in Alexandro Plutarchus. Sed Plinius in opinione fuisse, quæ Vellejus, videtur: qui scribit hos equites ex ipsius (Alexandri) turmâ apud Granicum cecidisse. Si e turma regia; profecto assidue apud eum, aliis digniores, & quasi amici. Quod autem Arrianus notat Statuas eas in Dio positas: alii Jovis templum verterunt. nec valde repugnet, nisi quod de Dio opido magis signatæ & probabiliter ceperis, quoniam Livius (Lib. XLIII.) prodidit hanc urbem exornatam publicis locis & multitudine statuarum. Est in Macedonia, regione Pieria. Lipsius. Turmam.] Plinius lib. 34. & 35. causam colliges ex Curtio, Arriano, & Plutarcho in Alexandro. Schægkiius. Turmam.] De statu equestribus earumque origine ac honore videndus Hermann. Hug. de mil. 19. 5, 1. Boeclerus.

1. Magnum Alexandrum.] Arrian. 1. Justin. 11, 6, 13. Pro impetrasse à Lysippo, Cl. Freinshemius Noster ad Curt. 3, 21, 27. legit, imperasse Lysip. Lysippi ars passim laudata, & in exemplum excellentiæ memorata. Nam ad veritatem Lysippum & Praxitelem accessisse optime (i. e. ad vivum omnia expressisse) affirmant. Quintil. 12. instit. orat. 10. Boeclerus.

2. Granicum.] Fluvius hic Mysiæ minoris, ubi memorabilis Alexandri magni pugna. Vid. Curtium lib. 4. c. 1. & 10.

3. Ædem ex marmore.] Quid intelligit? Utrumne marmoream ædem primitus à Metello in urbe Româ structam; an potius, urbis ipsius Romæ templum? Nam cultam eam ut Divam, ac templa araque passim positas alibi (In Com. ad Tacit.) à nobis doctum. Si hæc mens, (ut puto): notabile sanè principium adorationis hujus sive adulationis. Quod Smyrnæi apud Tacitum 111. Annal. gloriantur se primos templum urbis Romæ statuisse: à sententiâ nos non demovet, quoniam de primis provincialium hoc capiendum est. At si prior sententia cuiquam placeat; illi expediendum est quæ sit ista Ædes, & cui Deo? cur non nominet? Nam de privata ipsius Metelli (ut omittam, quod Ædes, eo sensu magis scripsisset) non potes capere: quia in marmo seriis adhibuit ad ædificia privatorum. Plinius vide, qui tamen originem primam marmoris quaerit

tus, vel magnificentiæ vel luxuriæ princeps fuit. Vix ullius gentis, ætatis, ordinis hominem inveneris, <sup>1</sup> cujus felicitatem fortunæ Metelli compares, nam præter <sup>2</sup> excellentes triumphos, honoresque amplissimos, & principale in rep. fastigium, extentumque vitæ spatium, & acres innocentisque pro rep. <sup>3</sup> cum inimicis contentiones, <sup>4</sup> quattuor filios sustulit, omnes adultæ ætatis vidit, omnes reliquit superstites & honoratissimos, mortui ejus lectum pro

quaerit magis, quam invenit. Eo magis Velleii hæc notanda. Lipsius. Ædem ex marmore.] Meo judicio, locus iste nullo potest modo accipi, tamquam Metellus ipsi Romæ, veluti Dextem-plum extruxerit. fuerit enim præter decorum id auspicari Romanos ipsos. Orta illa divinitas primum à provincialium adulatione. At si de alterius Dei Deæve templo verba intelligenda sunt, cur id non nominavit auctor? quia satis indicarat expetito loco, in quo templum illud positum erat, dum inquit: in iis ipsis monumentis molitus. Sic Livius libro 45. cap. 15. Eodem anno C. Cicereius ædem in Albano dedicavit, quinquennio postquam vorit. Gruterus.

1. Cujus felicitatem.] Magnifice, ut solet, tam prolixum fortunæ favorem extollit Val. Max. 7, 1, 2, & Plin. 7, 44, Cic. 5. de fin. 78. It. 1. Tusc. 35. Boeclerus.

2. Excellentes triumphos.] Pluries ergo Metellus hic triumphavit: non invenio: imò semel, & de Macedonia tantum. Itaque Valerius de hac ipsa ejus felicitate, l. VII. Speciosissimi triumphi prætextam largita est. Unum ecce agnoscit. Rescribi velim: præter excellentem triumphum. Lipsius. Excellentes triumphos.] Lipsius ex historia repositum cupiebat, excellentem triumphum: sed recte se habet judicium Gruteri; qui pro singulari numero pluralium hic usurpari existimat. Loquitur

enim hic Vellejus ἐγκρατατικός, neque enumerat tantum membra collectione, sed granditate sermonis illustrat. Boeclerus.

3. Cum inimicis.] Scipione Africano, quas inter calamitates Metelli dicit Plinius. Cicero in Officiis, sine acerbitate diffensionem. Valerius, graves testatasque vocant. Recte testatas, quasi quæ litterarum testimonio signatæ, moris ex simplici & antiqua recepti vita, qua publicæ, qua privatim inimicitias denunciare: de quo litterarum decus ad Tacitum. hoc addi velim, amicitiam qui renuntiabat, etiam interdicebat domo. Tacitus lib. 5. Sed Caesar missis ad Senatam litteris, differuit morem fuisse majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdiceret domo, cum finem gratiæ ponere. Et ut publicè Fecialis, ita quandoque privatim præco. Clemens Alexandrinus, Amicitiam, quam diu coluerat, missis præcone renunciavit, non quod pœniteret, sed quod fortuna statim perimefecerit. Schægkiius.

4. Quattuor filios sustulit.] Emendandus igitur Plinius Natur. Hist. lib. XII. I. cap. XI. I. ubi vulgo ita legitur: Q. Metellus Macedonicus, cum vi. liberis reliqueret, XI. nepotes reliquit. Reponendum, IV. liberis. Ita etiam ipsi Plinius eisdem libri cap. XII. IV. ut Valerius Maximum, Aurelium Victoris, & alios, mittam. Est tamen apud B. Augustinum lib. II. cap. XXI. I. de civitate



pro<sup>1</sup> Roftris fustulerunt<sup>2</sup> quattuor filii. unus confularis, & censorius; alter confularis, tertius consul, quartus<sup>3</sup> candidatus confularatus: quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis, feliciter de vita migrare, quam mori.

12 Univerfa deinde, ut prædiximus, instincta in bellum Achaia, cujus pars magna ejusdem Metelli Macedonici virtute armisque fracta erat, maxime Corinthiis in arma, cum<sup>4</sup> gravibus etiam in Romanos contumeliis, instigantibus, destinata ei bello gerendo consul Mummius. Et sub idem tempus, magis, quia volebant Romani, quicquid de Carthaginensibus diceretur, credere, quam quia credenda afferebantur, statuit senatus Carthaginem exci-

civitate Dei: Metellus Romanorum laudatissimus, qui habuit v. filios confularis, etiam rerum temporalium felix fuit. Sed hic quoque reponendum arbitror IV. Nulla menda crebriora, quam circa numeros. *Vossius.*

1. *Roftris.*] More majorum, quem & graphice Polybius lib. 6. exprimit: Si quando apud eos quispiam ex illustribus viris ex hac vita decesserit, elato funere portatur cum reliqua pompa ad rostra, sic dicta, in forum: & nunc stans conspicuus, nunc obvolutus, idque raro, universa plebe circumstante, rostra ascendit: si quidem filius adultus supersit, ac præsens existat; sin vero alius quispiam ex ipsius genere, ac demortui virtutes, & quæ in vita præclare gessit, deprædicent. Et statim: Ubi autem præclarus aliquis ex domesticis ultimam diem obiit, instituant funæriæ elationem, & circumfusi, qui simillimi, magnitudine & reliqua statua videntur, vestitum usurpant, si vel consul, vel Imperator fuerit, purpura circumdatum, si censor purpureum: si triumphum egit vel tale quid perfecerit, auro contextum. igitur illi curru incedunt, fasces vero & securæ, ac reliqua principatibus consuetæ secundum dignitatem cuiusque præcedunt, quæ dum in vivis esset in Rep. emittit,

ubi ad rostra veniunt, canctis ex ordine sellis elephantinis sedent, quo spectacula haud facile poterit spectari pulchrius. Primum Poplicola supremè Brutum laudavit, quo deinde ad feminas, & Imperatorum ævo ad juvenes progressum. Suetonius, Dio. Schegkius.

2. *Quattuor filii.*] Uno prætorè, tribus confularibus, duobus triumphalibus, uno censorio. Plinius lib. 7. Adi auctorem virorum Illustrium. Schegkius.

3. *Candidatus.*] Qui enim ambiabant magistratum, candidis vestibus utebantur.

4. *Gravibus in Romanos contumeliis.*] Justin. 34, 1, 9. legatos quoque ipsos Romanorum violassent, nisi audito tumultu, trepidi fugissent. Flor. 2, 16, 3. oratione violatos ait. Cicero pro leg. Man. 5. ob legatos superbius appellatos everfam Corinthum testatur. Sed nimirum speciosè sonabat in auribus hominum, causa belli in violationem legatorum rejecta: quippe quo nomine iuste suscipi bella communiter existimabant: quamvis non alia, quam quæ mox Carthaginem dicitur oppressisse, invidia Romanos impulit, ut caussas belli quaererent adversum Corinthios, & quia quaerebant, invenirent. Boeclerus.

1. *Adopta-*

excidere. Ita eodem tempore P. Scipio Æmilianus, vir avitis P. Africani paternisque L. Paulli virtutibus simillimus, omnibus belli ac togæ dotibus, ingeniique ac studiorum eminentissimus sæculi sui, qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit aut dixit ac sensit; quem, Paulo genitum, adoptatum à Scipione Africani filio diximus, ædilitatem petens<sup>2</sup> consul creatus est. Bellum Carthagini, jam ante biennium à prioribus consulibus illatum majore vi intulit; cum ante in Hispania<sup>4</sup> murali corona, in Africa<sup>5</sup> obsidionali donatus esset; in Hispania vero etiam<sup>6</sup> ex provocatione, ipse modicus virum, immanis magnitudinis hostem interemisset. Eamque urbem, magis invidia imperii, quam ullis ejus<sup>8</sup> temporis noxis invifam

1. *Adoptatum à Scipione.*] Cum Velleio facit Livius l. 44. c. 44. P. Scipio, Africanus & ipse postea deleta Carthagine appellatus, naturalis consulis Paulli, adoptione Africani nepos. Et Valerius, 3, 7, 5. Aviti spiritus egregius successor Scipio Æmilianus vocatur, itemque Florus 2, 15, 12. Hunc, inquit, Paulo Macedonico procreatum Africani illius magni filius, in decus gentis assumserat. Themistius orat. 5. de pace ad Valent. Σκιπίων ὁ ὀψέως ἐκείνου, ὁ ἔργον πατρὸς Σκιπίωνος· vidēs, &c. Quanquam nescio, cur doctissimo Rema veterè placuerit: Magnus ille Scipio, Maximus illius Scipionis adoptivus filius. cum vel ex Pollac. 3, 2. constet vidēs nepotem significare. nisi fors Vir Magnus illis adhibuit fidem, qui ab ipso Africano adoptatum Æmilianum credidere. Boeclerus.

2. *Consul creatus est.*] Adnitente Cato, qui dicebat; Reliquos qui in Africa militarent, umbras militare, Scipionem vigere. Epitome Livii, Appianus Punicis, Valerius lib. 8. Schegkius.

3. *Cum ante in Hispania.*] Vid. Liv. epist. 48. & 49. Victor. 58. Plin. 37, 1. Boeclerus.

4. *Murali corona.*] De coronis Gellius lib. 5. Noct. Att. cap. 6. Has autem recenter triumphalem, obsidionalem, civicam, muralem, castrensem, & navalem. Corona obsidionalis erat graminea, civica ex quercu, muralis veluti muri, castrensis valli figura in apice insigniebatur. Vide Stewechii comment. ad Veget. p. 102.

5. *Obsidionali.*] Propter octo cohortes obsidione vallatas consilio & virtute servatas. Scriptor virorum Illustr. Schegkius.

6. *Ex provocatione.*] Apud Intercaiam à rege provocatus, opima spolia retulit, quod notabis. Florus, Appianus Hispanicis, Epitome Livii, alii. Schegkius.

7. *Ipse modicus virum.*] Ita loqui amant boni auctores. Sallustius historiarum lib. 3. Ingens ipse virum atque animi. Dubius consilii: & lib. 4. Anxius, impotens, nimium animi. & infra sæpe nosser. Schegkius.

8. *Temporis noxis.*] Editio prima: quam ullius ejus temporis noxis. Hinc fecerim: quam ullis ejus temporis noxis. Non enim vult nunquam



vifam Romano nomini, funditus fustulit, fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Carthago diruta est, cum stetit annis DCLXVII, abhinc annos CLXXVI, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummius Coss. Hunc finem habuit Romani imperii Carthago æmula; cum qua bellare majores nostri cœpere Claudio & Fulvio consulibus, ante annos CCCXCVI, quam tu, M. Vinici, consulatum inires. ita per annos CXV, aut bellum inter eos populos, aut belli præparatio, aut infida pax fuit. neque se Roma, jam terrarum orbe superato, securam speravit fore, si nomen usquam stantis maneret Carthaginis. adeo odium, certaminibus ortum,

ultra

eos peccasse aut nocuisse, sed non illo tempore, eum decretum. Idque verum est. *Lipsius. Ullis ejus temporis noxia.* ] Recepti in textum correctionem *Lipsianam*. quamquam enim nullo modo credam, *Vellejum* ita scripsisse, videbatur tamen facilius, quam illud alterum, in codicibus repertum: *quam ullius ejus temporis noxia*. Possunt quidem illa verba pendere ab, *invidia*: Sed id durius videtur, quam ut facilitatem Vellejanam referat. Multo minus subaudiverim per Hellenismum, *caussa*, quod contextus (ad cujus simpliciter competentiamque) plurimum attendendum arbitror) prorsus repudiare videtur. Nil dubito, *veram lectionem, ut in corrupto loco, ignorari*. qualibus locis, nemini vel insulandum vel applaudendum judico. *Bœcl.*

1. *Carthago diruta.* ] In censura Horatii lib. 4. Carmin. Od. 8. *Non incendia Carthaginis impia, Ejus, qui domita nomen ab Africa Lucratius rediit, clavius indicant Laudes, quam Calabra Pierides:* Et libro Epodon Od. septima: *Non ut superbas invida Carthaginis, Romanus arceis ureret.* Et Florus lib. 2. cap. 15. per conti-

nus decem & septem dies vix potuisse incendium extinguere tradit. Et ararum passa. Modestinus J.C. l. si usus fructus. D. quibus modis usus fructus amittitur: *Si usus fructus civitati legatur, ararum in eam inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago.* Schægkiius.

2. *Annis DCLXVII.* ] Abit à se Vellejus, si scriptura sincera. Supra enim monuit LXXV. an. Carthaginem ante urbem conditam. igitur exactius constaret cum Eutropio, qui DCLXX. annos exprimit. Pugna quoque de tempore hujus secundi belli Punici. Livii Epitoma cum Orofio & Eutropio initium ponit alterum & sexcentimum annum V.C. Et intra quintum postquam ceptum, consummatum. Dissentiunt Fasti, quibus V. C. ann. DCV. Hæc curatius tractare Fastographorum est. Schægkiius.

3. *Ante annos CCXCVI.* ] Justa computatio, CCXCVI. Paulo ante etiam, CCLXXIV. *Lipsius.*

4. *Si nomen usquam.* ] Ita legit *Lipsius*: *Si nomen usquam stantis maneret Carthaginis (adeo odium certaminibus ortum ultra metum durat, & ne in victis quidem deponitur) neque ante invisum esse desit, quam esse desit.*

1. Invisum

ultra metum durat, & ne victis quidem deponitur, neque ante invisum esse desinit, quam esse desit. Ante triennium, quam Carthago deleteretur, M. Cato, perpetuus diruendæ ejus auctor, L. Censorino, M. Manlio Coss. mortem obiit. Eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum, post annos DCCCCLII, quam ab Alete Hippotis filio erat condita, funditus eruit. uterque imperator, devictæ à se gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus est Achaicus. nec quisquam ex novis hominibus prior Mummius cognomen virtute partum vindicavit. Diversi imperatoribus mores, diversa fuere studia. quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ & auctor & admirator fuit, ut Polybium, Panætiumque præ-

1. *Invisum.* ] Non est necesse hæc avellere à gnoma superiore, si modo invisum interpreteris ac si neutri esset generis, notaretque rem invisum. Gruter. 2. *M. Manlio.* ] M. Manlio ex Fastis Capitolinis, & universa historia (ita & Sigon.) *Manutius.*

3. *L. Mummius.* ] Ita recte legit B. Rhenanus, cum ante legeretur *A. Mummius.*

4. *Novis.* ] Nobiles erant, quorum majores imagines habebant: Novi, qui suas tantum, non majorum imagines ex virtute partas habebant. *Novis.* ] Ecce disertum inter novos homines Mummius ponit Vellejus. Atqui Valerius Maximus lib. VI. cap. IV, ut nobilem, ita enervis vicia, dicit. Sed non dubium mihi est, quin apud eum, ignobilem referri debeat. *Vossius.*

5. *Auctor.* ] Hic ego nihil mutare: est enim auctor, quasi causa, quia primus ipse & pauci præterea doctrinas in urbem Romam induxerunt *Manut. Auctor.* ] Nimia pro Scipione laus, fuisse doctrinæ omnium auctorem. Scribo, *favor*: & id Principi ac militari viro convenit. *Lipsius. Auctor.* ] Quod

*Lipsius*, malit *favor*, primo, non opus erat; cum admiratio jam favorem includat: deinde nimium de Scipione elogium videri non debet, ad quem *Terenatii scripta* (id est, luculentissimum & incomparabile elegantioris doctrinæ monumentum) referantur à veteribus, teste *Fabio* 10, r. Licet enim hanc opinionem impugnet *Donatus*, probat ea tamen satis evidenter judicium antiquitatis de doctrina Scipionis. neque res exemplis caret, si *Iulium, Octavianum, Annibalem* aliosque cogitemus. *Boeclerus.*

6. *Polybium.* ] Qui Scipionis socius fuit in expeditione. *Ammian. Marcell.* 25, 7: *Legebat* (Julianus) *Emilianum Scipionem, cum historiarum conditore Polybio Megalopolitano Arcade, & triginta militibus, portam Carthaginis impetu simili subfodisse.* unde facileprehendimus, præcipuorum Scipionis operum socium & adiutorem fuisse Polybium. cujus equidem prudentia gerendarumque rerum peritia, cum præcellente ingenio veluti certat in gravissimo Historiarum opere. quod singulari instituto politiciæ informationis



cellentes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit. neque enim quisquam hoc Scipione <sup>1</sup> elegantius intervalla negotiorum otio <sup>2</sup> dispunxit, semperque aut belli aut pacis servit artibus: semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis aut animum disciplinis exercuit. Mummius tam rudis fuit, ut <sup>3</sup> capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas, in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddi-turos. Non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro rep. fuerit, manere adhuc rudem <sup>4</sup> Corinthiorum intel-

lectionis atque disciplinæ, omnium inter Græcos industriam superat. post ipsum, Dionem video hanc viam præclare institisse. nam & hunc respectu *παιδιδόσιως παρὰ γυμνασίου*, accuratorem & profecti civis viri accomodatorem ceteris judico. Polybianæ Historiæ præstantiam, ante illustrem Casauboni operam, paucis in mentem venit suspicari, cui propterea plurimum debent prudentiæ solidioris studia. vid. *Præfat. operi præfixam: & Ger. Io. Voss. de Græc. Hist. 1,9. Boecl.*

\* Panætiumque.] Tullio 4. de fin. 9. vocatur homo imprimis ingenius & gravis, dignus illa familiaritate Scipionis & Lælii Panætii. Felicem tantis amicis Scipionerum quorum convictio non modo prudentiæ, sed virtutis eximia potuit exempla suppeditare. Non enim ex acutis & callidis ad vasa mentis consultoribus fuere, quales hodie in deliciis & honore habentur: sed qui nihil utile nisi quod honestum esset, crederent, sicut Panætium disertè Cicero; Polybium, sua satis superque commendat historia; gravis scilicet & perpetua non virtutis minus generosæ, quam gravioris sapientiæ insignis. Boecler.

1. Elegantius.] Erit forte, qui diligentius malit. Ego pro hoc idem istuc esse ajo. idque attestabitur mihi, qui paulò

diligentior fuit Gelli lector. Et verò elegantèr quid est, nisi cum electo seu delecto? quis elegans, nisi qui eligit, diligit, lectaque amat & usurpat? *Acid.*  
2. Dispunxit.] Verbum sollemne Numulariorum, & qui medium Janum adfident. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 31. *Apud mensuræ acceptorum, expensorumque rationes dispunguntur.* Hinc Tertulliano, *Deus meritorum iudex & dispunctor.* Liberalia verò Scipionis studia ex historicorum, & passim Ciceronis libris abundè in mundo, de quo fertur, dixisse; *Nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus; nec minus solum, quam cum solus:* magnifica vox & magno viro ac sapiente digna. Schregkii.

3. Capta Corintho.] Ann. III. Olympiadis CLVI. Plinius lib. 34. cap. 1. Paulanias Olymp. CLX. propter legatos Romanos, dubium an & manu, certe oratione violatos. Florus lib. 2. c. 16. Cicero pro L. Manilia, Paulanias, Zonaras tom. 2. Æris Corinthiaci originem, mixturam, nobilitatem graphicè Plinius, Florus, & elegantissimus Murætus Variar. 1. 7. c. 5. describunt. Idem.

4. Corinthiorum.] Nimiam Corinthiorum affirmationem, quam hic perstringit Vellejus, furorem vocat Seneca de brev. vit. 12. Boeclerus.

I. Quin

lectum, quam in tantum ea intelligi; & <sup>1</sup> quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior. Cum facilius cuiusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inbæreat; statui <sup>2</sup> priorem hujus voluminis, posterioremque partem, non inutili rerum notitia in artum contracta, distinguere: atque huic loco inferere, quæ quoque tempore post Romam, à Gallis captam, <sup>3</sup> deducta sit colonia jussu senatus. nam <sup>4</sup> militarium & causæ & auctores & ipsa-

1. Quin hac prudentia.] Burrelius legit, quia hac prudentia.

2. Priorem hujus voluminis.] Mirum, quantopere hic hæsitavit summus vir Justus Lipsius. Desiderare se ait priorem illam partem, ubi auctor noster similiter colonias enumeraverit, quæ ante Romam à Gallis captam sint deductæ. Statuit igitur, Velleji historiam olim in plures, quam duos fuisse libros divisam. Ego plane ab ejus sententia recedo. Et faciunt pro me hæc ipsa Velleji verba, è quibus ille se explicare non potuit. Sensus est: Statui hic abrumpere priorem partem operis mei, ordiri que posteriorem, ubi infererem quædam de temporibus Coloniarum. Unde ipse postea Vellejus ait, particulam hanc operis formam propositi excedere. Itaque vere ἐκβασις, sive excursus dixeris, quæ hinc usque ad initium libri posterioris sequuntur. Vossius. Priorem hujus voluminis.] Digressio nobilis de coloniarum deductione & civitatum propagatione: cui similis est ea, quæ legitur posteriore voluminis parte (volumen enim hoc loco notat totum opus Velleji) id est, 2, 28. & 39. de Provinciæ origine. Quærat autem forte aliquis, quomodo brevitati Vellejane conveniant ista & cetera, majoris divertiçia operis? Quomodo istam ad hujus loci institutum provinciæ coloniarum recensio? Spectanda enim in di-

gressionibus hæc talia ostendit (l. Vossius de art. Hist. 22. De cohesione ut hic aliquid comminiscamur, non videtur opus esse: cum Vellejus ipse utilitatem potius τὸ ἀξιωματικὸν τοῦ hujus notitiæ, quam ἀνακρίσειν sibi propositum significet. quæ ratio vel sola apud æquos judices ad veniam & laudem valere potest. Sicut nec commendatiæ unius omnia generis æstimanda, uniusque legis rigore constringenda sunt. Est enim hoc opusculum Vellejanum exiis, quæ in minore quidem ambitu, omnem tamen majoris & pragmatici operis artem moremque retinent. Boeclerus.

3. Deducta sit colonia.] Totam hanc egressionem Vellejanam veluti antiquiorum illustravit Sigonius de antiq. jur. Ital. lib. 2. Sicur, quæ de militariis mox dicuntur lib. 3. ubi & supplet, quam Vellejo præterire placuit, militarium coloniarum recensio. Et hoc Scriptore & Pighii Fastis petantur ea, quæ explicando Nostro idonea huc transferenda neutiquam judicavimus. Boeclerus.

4. Militarium.] De coloniis verò militaribus erudite disserit Sigonius, lib. III. cap. IV. de Antiquo Jure Italiæ. Ut nihil habeam, quod addam: nisi quod earundem etiam, mentio fit in monumento Ancyranum, Vossius.

D 2

7. Civis



ipſarum præfulgent nomina. huic rei per idem tempus civitates propagatas, actumque Romanum nomen communione juris, haud intempeſtively ſubtexturi videmur. Poſt ſeptem annos, quam Galli urbem ceperunt, <sup>2</sup> Sutrium deducta colonia eſt, & poſt annum <sup>3</sup> Setina, novemque interjectis annis <sup>4</sup> Nepe; deinde, interpoſitis duobus & triginta, Aricini in civitatem recepti. <sup>5</sup> abhinc annos autem ccccl., Sp. Poſtumo, Veturio Calvino Coſſ. <sup>6</sup> Campanis data eſt civitas, partiq; Samnitium, ſine ſuffragio: & eodem anno Cales deducta colonia. <sup>7</sup> Interjecto deinde triennio Fundani & Formiani in civitatem rece-

1. *Civitates propagatas.*] Quas civitates? logi & flocci. Scribe, *civitatem propagatam*, ſingulari numero: & accipe de Romanâ. Ego, inquit, colonias recenſebo: & eadem operâ, communicatam cum finitimis civitatem. Utrumque enim ad ampliacionem imperii ſpectat: ſive cum miſi in exteros è civibus coloni, ſive cum exteri admiſſi in cives. Clarum hoc ex ipſo contextu Velleji, cui paſſim inſeritur, *Aricini in civitatem recepti.* item: *Acerania civitas data.* & plura tu vide. *Lipſ. Civitates propagatas.*] *Lipſius* voluit *civitatem propag.* ſcilicet *de jure civitatis dato*, ſicuti paſſim ſequitur. Videtur tamen idem ſenſus è lectione uſitata (quam non temere mutare debemus) prodire. quidni enim *propagantur civitates, dum communione juris Romani civitates denique quaſi ſunt: id eſt, tales, ſive Romano jure gaudentes?* Boecler.

2. *Sutrium.*] De ſequentibus coloniis vide Cluv. Ital. Ant. *Sutrium.*] *Sutrium* Livius, Pliniusque nominant: Silius tamen *Sutrium* agnoſcit, l. 1, 18.

— *Sabatia quinque*

*Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria teſta.*

In antiqua quoque inſcriptione *Sutria* colonia nominatur. Diſſentit à Livio, & alii, Vellejus in annorum ratio-

ne: ſiquis tempora diſtinguit ordine conſulum, qui à Vellejo nominantur. *Manutius.*

3. *Setina.*] *Manutius* legit, *Setia.*

4. *Nepe.*] *Lego, Neper.* Ita ſcribendum ejus urbis nomen, docent Charifius, ac Prifcianus. Nec aliter apud Livium, aut Plinium, legas. Ptolemao eſt *Νεπτα*. Interim, ut hoc dubitem, facit Procopius lib. 15. rerum Goth. cui urbs hæc *Νεπτα* vocatur. Imo & ſimiliter *colonia Neperſis* dicitur Frontino. Nam à *Neper*, ſit *Neperſis*. Voſſius.

5. *Abhinc annos.*] Videatur ad hunc locum omnis antiquitatis condus promus, Stephanus Pighius in factis ſuis. *Gruterus.*

6. *Campanis data eſt civitas.*] Imò antè data ſi Livio fides, lib. viii. *Campanis equitibus, honoris cauſâ, quiarebellare cum Latinis noluiſſent, ſine ſuffragio civitas data.* Id ipſe refert in Conſules L. Furium, C. Mævium: eſſetque quadriennium antè Velleji notam. Sed enim Livius ibi ſignatè de equitibus tantum commemorat, noſter de Campanis univerſis. Illi ergo beneficio hoc priores affecti. *Lipſius. Civitas.*] De jure civitatis & ſuffragii vide Sigonium.

7. *Interjecto.*] Conſule & ad hunc locum

recepti, eo ipſo anno, quo <sup>1</sup> Alexandria condita. inſequentibusque conſulibus à Sp. Poſtumo, Philone Publilio cenſoribus Acerranis data civitas, & poſt triennium <sup>2</sup> Tarracinam deducta colonia interpoſitoque quadriennio, <sup>3</sup> Luceria; ac deinde, interjecto triennio, Sueſſa Aurunca; & Saticula, Interamnaque poſt biennium. Decem deinde hoc munere anni vacaverunt. tunc Sora atque Alba deductæ coloniæ, & Carſeoli poſt biennium. <sup>4</sup> at quintum Fabio, <sup>5</sup> Decio Mure quartum Coſſ. quo anno Pyrrhus regnare cœpit, Sinueſſam, Minturnasque miſſi coloni; poſt quadriennium Venuſiam. interjectoque binnio, M. Curio & Ruſino Cornelio Coſſ. Sabinis ſine ſuffragio data civitas. id actum ante annos ferme <sup>6</sup> cccxx. at <sup>7</sup> Coſſam & Pæſtum abhinc annos ferme \*ccc, Fabio

cum amiciffimi Pighii elaboratiſſimos Faſtorum libros; quos cum morte præventus non abſolverit, manebit perpetuò impetfecta Venus illa hiſtorica. *Gruterus.*

1. *Alexandria.*] Idem Patavinus conditam vult C. Pœtilio, L. Papirio Curſore Coſſ. & Solinus cum eo, cap. xxxv. itemque Caſſiodorus. Hoc eſſet quadriennio ferius, quam pro Velleji calculo. *Lipſius.*

2. *Tarracinam.*] *Lipſius Tarracina:* monet Raphael. in Var. Lcct.

3. *Luceria.*] Decennio toto Livius diſſentit. Quid iſta fatidioſè colligam? Commentarius proprius huic rei inſtituendis ſit: quam tamen ſatis induſtriè libarunt Sigonius & Onuſtrius boni vindices rerum Romanarum. *Lipſ.*

4. *At quintum.*] Vulgo, ad. *At quintum.*] E. V. ſic habet: *ad quintum Fabioque Decio Mure quarto CON S. quo anno, &c.* Locum hunc verè ac genuinè leſioni ſux ſic reſtituendum puro. qui aliquando veterum exemplaria evolverunt, ſæpiculè, imo ſerè ſemper, & ubique; *pro d,* & ruruſum, *d pro t,* legerunt; ut *bant* pro *band*;

*apud pro apud;* & *at pro ad,* multaque hujusmodi. noverunt item pleraque veterum exemplaria ſine majuſculis literis, ſine punctis; demum etiam ſine omni ſententiarum diſcrimine ſcripta. *Burrerius.*

5. *Decio Mure.*] Legendum. juxta Urſinum P. *Decio Mure*, non ut vulgo, *Q. Decio*, cui & aſtipulatur *Lipſius.*

6. *cccxx.*] Ita emendat *Burrerius* ex vctulo exempli. Antea erat *cccxxx.* Verior ſupputatio *cccxx.* & paullo poſt pro *Coſſam* malim *Coſam.*

7. *Coſſam.*] In MS. fuit *Coſa.* *Lego, Coſam.* Et ita hujus urbis nomen etiam ſcribunt Virgilius, Suetonius, Rutilius, Antoninus, Martianus Capella, alique. Forſan & ipſe Vellejus lib. xi. ubi tamen prior leſtio fuerit, *Coſſam.* Plerique alii *Coſſam* nominant; quod tantumdem eſt, ut alibi monemus. Apud Obſequentem mendose legitur, *Coſſa.* Errori forſan locum dedit Hirpinorum *Coſſa.* Idem tamen nomen etiam obtinet apud Epitomatores Livii lib. xii. Sed recte quoque illic Sigonius, ac Cluverius, *Coſſa* emendant. *Voſſius.*



Fabio Dorfone & Claudio Canina Coss. interjecto quin-  
quennio, Sempronio Sopho & Appio Cæci filio Coss.  
Ariminum, <sup>1</sup> Beneventum coloni missi; & suffragii fe-  
rendi jus Sabinis datum. at initio primi belli Punici Fir-  
mum & Castrum colonis occupata. & post annum Æfer-  
nia, postque <sup>2</sup> XXI I. annos Æsulum & Alsum; <sup>3</sup> Fregel-  
læque post biennium; proximoque anno, Torquato  
Sempronioque Coss. Brundisium, & post triennium Spo-  
letium; quo anno <sup>4</sup> Floralia ludorum factum est ini-  
tium. postque biennium deducta Valentia, & sub ad-  
ventum in Italiam Hannibalis, Cremona atque Placen-  
tia. Deinde, neque dum Hannibal in Italia moratur, ne-  
que proximis post excessum ejus annis, vacavit Romanis  
colonias condere; cum esset in bello conquirendo po-  
tius

\* ccc.] Jure hic illud *sermè* repetit,  
cùm desint tres anni ad justum nume-  
rum ecc. supplendum.

1. Beneventum.] Colonia cùm *dedu-  
ceretur adpellari captum melioris ominis  
caussa. namque eam urbem antea *ε-  
λόνιος* adpellarunt. Festus & ibi divi-  
ne Scaliger. Schegkius.*

2. XXI I.] Manutius legit, XVII.

3. Fregellæque.] Car. Sigonius *Fre-  
genæque.*

4. Floralia ludorum.] *Florales* ludi  
mensè Aprili instituti, hoc est, 4. Cal.  
Maji. Anno ab U. C. 516. idque ex  
Sibyllæ oraculis, ut omnia deflorescerent  
bene, in quorum jocis Ædiles,  
teste Porphyrione, spargebant populo  
cicer & fabam, & eodem spectante  
nudabantur mulieres: trahunt nomen  
à Flora muliere, quæ cum magnas o-  
pes meretricio quæstuaquisivisset, popu-  
lum Romanum hæredem reliquit  
cum magna pecuniæ vi, ex cujus sce-  
nore suus dies natalis celebraretur edi-  
tione ludorum, quos Floralia dix-  
erunt: Sed quod Senatui flagitiosum id  
videbatur, ut scribit Lactantius, ab  
ipso nomine argumentum sumi pla-

cuit, ut pudendæ rei quædam dignitas  
adderetur, Deamque esse finxerunt,  
quæ floribus præflet, eamque oport-  
ere placari, ut fruges cum arboribus  
aut vitibus beneflorent. Eum colorem  
secutus Ovidius in Fastis, non  
ignobilem nympham fuisse canit, cui  
nomen fuerit Chloris, quæ, Zephyro  
collocata in matrimonium, dotis loco  
id muneris à marito accepit, ut om-  
nium florum potestatem haberet.  
Digna quoque Poetæ verba, quæ sub-  
texantur:

*Chloris eram (inquit) quæ Flora vocor,  
corrupta Latino*

*Nominis est nostri littera Græca sono.  
Chloris eram Nymphæ campi felicitis, ubi  
audis*

*Rem fortunatis ante fuisse viris.*

Et postea:

*Est mihi secundus dotalibus hortus in  
agris:*

*Aura fovet, liquida fonte rigatur  
aqua.*

*Hunc meus implevis generoso flore mar-  
ritus,*

*Atque ait: Arbitrium tu Dea floris  
habe. Fungerus.*

1. A. Lu.

tius miles quam dimittendus; & post bellum vires refo-  
vendæ magis, quam spargendæ. Cnæo autem Manlio  
Volsone, M. Fulvio Nobiliore Coss. Bononia deducta  
colonia, abhinc annos ferme CCXVII. & post qua-  
driennium, Pisaurum ac Potentia; interjectoque trien-  
nio, Aquileia & Gravisca, & post quadriennium Luca.  
Eodem temporum tractu, quamquam apud quosdam  
ambigitur, Puteolos, Salernumque & Buxentum missi  
coloni. Auximum autem in Picenum, abhinc annos  
ferme CLXXXVII, ante triennium, quam Cassius cen-  
sor, <sup>1</sup> à Lupercali in Palatium versus, <sup>2</sup> theatrum facere  
instituit. <sup>3</sup> cui in demoliendo exinia civitatis severitas &  
consul

1. A. Lupercali.] Servius dicit fuisse spe-  
luncam sub monte Palatino, in qua ca-  
pra luebatur, id est, sacrificabatur. à  
Lupa nutrice Romuli nomen accepisse  
Ovidius voluit. Temp'i hujus sacer-  
dotes Luperci appellantur. vide Valer.  
lib. 2. & Marlian. Topogr. Rom. l. 2.  
c. 12.

2. Theatrum facere.] Lapidum, cum  
antea tumultuarium ex ligno, ajunt  
docti viri, extrueretur. quibus non  
adsentio. Valerius ecce, cum Livio  
lib. 48. Orofio lib. 4. cap. 21. Augu-  
stino lib. 1. De civitat. Dei, c. 31. tra-  
dit excogitatam & inchoatam hanc  
rem ab his censoribus: ceterum au-  
ctore Scipione Senatusconsulto cau-  
tum, ne quis in urbe propius ac mille  
passus subsellia posuisset, sedensve lu-  
dos spectare vellet. Et absque his, vel  
forte argumentum, quo inter omnes  
constat L. Mummius principem tem-  
porarium è ligno extruxisset theatrum.  
moventur doctissimi viri auctoritate  
Aufonii, cujus versus propter elegan-  
tiam, & quia clara lux huic loco, ad-  
scribo:

— & Atticis quoque,  
Quibus theatrum curia præbet vicem  
Nostris negociis sua loca sortito data.  
Campus comitiis, ut conscriptis curia,

Forum atq; rostrum separat jus civium.  
Una est Athenis, atque in omni Græcia  
Ad consulendum publici sedes loci.

Quam in urbe nostra sero luxu condi-  
dit.

Ædilis olim scenam tabulatam dabat,  
Subito excitata nulla mole faxea.  
Murana sic & Gallus, nota eloquor:  
Postquam potentes nec verentes sum-  
tum

Nomen perenne crediderunt, si semel  
Constructa moles saxeo fundamine,  
In omne tempus conderet ludis locum:  
Cuneata crevit hæc theatri immanitas,  
Pompejus hanc, & Balbus & Cæsar  
dedit

Ostavianus, concertantes sumptibus.  
Non pugnat hic locus, magis à nobis,  
ante illa theatra fuisse negamus, non  
post illa; quæ Aufonius aperto sensu  
intelligit. & de quibus, ut statim post  
ludos destruerentur, leges latas Ter-  
tullianus in Apologerico docet. Vide &  
Scal. Aufon. Lect. lib. 2. c. 11. Schegk.

3. Cui in demoliendo.] In demoliendo,  
dixit, pro ut demoliretur. Vel lege,  
moliendo. ut sit: Molienti theatrum Cas-  
sio consul Scipio, civitatisque summa se-  
veritas restitit. historia patet ex Vale-  
rio, Appiano, Epitome Liviana, Augu-  
stino de civitate Dei, Orofio. Quod



consul <sup>1</sup> Scipio restitere. quod ego inter clarissima publica voluntatis argumenta numeraverim. Cassio autem Longino & <sup>2</sup> Sextio Calvino, qui <sup>3</sup> Sallues apud Aquas, que ab

tamen Scipioni consuli (sic enim legendum puto, non Capioni) Vellejus, & Appianus tribuunt, id ex Epitome, & Fastis Capitolinis, post consulatum esse factum, plane constat. *Manutius. Cui in demoliendo.*] Sententia clamat legendum, emolendo. Cœperat moliri theatrum: emoliri non potuit, civitate & Scipione resistente. *Lipsius. Cui in demoliendo.*] *Lipsius*, emolendo substituebat. *Acidalius*, cui in demolendo. *Gruterus* illa verba in demolendo, plane abiecit. Sed fortasse simplicissime demoliri pro moliri accipimus. *Boetius. Cui in demoliendo.*] Derivatum, pro primo, molendo. Sic, *Deamo te*, *Syre*, pro, amo, Terent. *Heaut. Act. iv. Sc. vi. Detexere*, pro texere, *Virgilio Eclog. II. & Sulpitiz in Satyra*. Ita etiam, partum non deformatum, pro, non formatum dixit *Sulpitius Hist. Sac. lib. I. Qualia passim apud auctores obvia*. Unum jam modo *Livii* exemplum producam, quod viros eruditos hactenus vexavit. *Libro XXI. de pugna ad Thrasymenum: Id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit: à tergo, ac super caput detecta insidie*. *Glareanus*, cum monuisset *detecta*, positum pro simplici *detecta*, hominum doctissimorum cavillos effugere non potuit. At ne quid ei posthac ogganniant, audiant ipsum *Livium* eodem libro loquentem, *Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiosus: quia non modo sylvestre quicquam, sed ne veribus quidem vestitam habebat: ve ipsa natus detegendis insidiis*, &c. *Vossius*.

1. *Scipio.*] Vulgo *Capio*. Scribendum, *Scipio*; idque certum est: sed antunc *Consul*? Consularem cum fuisse & jam abiiisse honore illo, Epitoma *Livii* & *Fasti* evincunt. Nam de Scipio-

ne *Nasica* sermo est, qui *Consul* secundum fuit, biennio ante *Valerium Messallam* & *Cassium Longinum* Censores. Quomodo ergo *Consul* id impeditur? tamen haut temere in *Vellejo* mutem, qui tempora fortassis *Censuræ* hujus aliter digessit. præsertim cum *Appianus* pro eo *I. Civil. τὸ ἴδιον ἀπὸ τῆς ἑξῆς*, inquit, *Σκίπριον ὑπᾶρξεν καὶ ἐπὶ τῷ θεῷ, & Ἀδελφῷ Καίσιον ἕρπετ*: Eodem tempore *Scipio Consul* diruit theatrum, quod cœperat *Luctus Cassius*. *Lips. Scipio.*] *Rhen. & COS. Capio*. Quis acti pectore, non videt legendum; & consularis *Scipio*, non animadverterunt *docti viri, τὸ COS. veteri* libtario, *Consulem, Consularem, Consulatum* denotare. *Clarum exemplis*. infra, *Merula* autem qui se sub adventum *Cinna* *Cos.* abdicaverat. *Hic vir doctus male, consulem*, cum flagitante historia, *consulatu* legendum. Et de *Lucullo*; *Qui ante sepeem annos ex Cos. forissus Asiæ*. vera scriptura, *consulatus*, non *consule*, ut quidam. De *Dolabella*, atque insignia corripuisse *Cos.* legend. *consularia*, ut recte edidit *Manutius*, non *consul*, ut *Gryph.* Dixit in demoliendo, derivatum pro primavo, veteribus *Grammaticis* notatum genus. *Schægkii*.

2. *Sextio Calvino.*] Vulgo, *Sestio. Sestio Calvino.*] Scribendum, *Sex. Calvino*. nam *Sexius* familiar nomen est, non prænomen. *Sex.* autem *Domitius Calvinius* Consul fuit cum *C. Cassio Longino*. *A. P. R. C. D. DCXXX. Urbin.*

3. *Sallues.*] *Gryphii* liber, *Sallues. nos Salyes*, & *Strabone* lib. *IV.* & *Obsequente*. *Plinius* tamen lib. *III. c. 4. Salyos* nominat; *Florus*, & epitoma *Liviana Salyis*. *Manut.*

ab eo *Sextiæ* appellantur, devicit, *consulibus*, *Fabrateria* deducta est, abhinc annos ferme <sup>1</sup> CLVII. & post annum, *Scylacium*, *Minervium*, *Tarentum*, *Neptunia*, *Carthago*que in *Africa* prima, <sup>2</sup> ut prædiximus, extra *Italiam*, colonia condita est. de *Dertona* ambigitur; <sup>3</sup> *Narbo* autem *Martius* in *Gallia*, *M. Porcio*, *Q. Marcio* *Coss.* abhinc annos circiter <sup>4</sup> CLIII. deducta colonia est. post <sup>5</sup> tres & viginti annos in <sup>6</sup> *Vagiennis* *Eporædia*, *Mario* *sexies*, *Valerio*que *Flacco* *Coss.* Neque facile memoriam mandaverim, quæ, <sup>7</sup> nisi *militaris*, post hoc tempus deducta sit. Cum hæc particula operis velut formam propositi excesserit, quamquam intelligo, mihi in hac tam præcipiti festinatione, quæ me rotat <sup>8</sup> pronive gurgitis ac <sup>9</sup> verticis modo nusquam patitur consistere, pæne magis necessaria prætereunda, quam supervacua amplectenda: nequeo tamen temperare mihi, quin rem sæpe agitatam animo meo, neque <sup>10</sup> ad liquidum ratione perdu-

ctam,

1. *CLVII.*] Emenda cum *Lipso*, *CLIII.*

2. *Ut prædiximus.*] Nec dixit, nec opportunitatem dicendi ullam supra habuit: nisi vocem *prædiximus* ad originem *Carthaginis*, non ad coloniam referamus.

3. *Narbo Martius.*] *Vetus Marmor* apud *Ortelium: NARB. MART.* extollitur ab *Ausonio* *Carthago* illustrium urbium, & *Sidon.* *Apoll. Schægk.*

4. *CLIII.*] *Lips.* credit leg. *CLVII.*

5. *Tres & viginti.*] *Legge*, *XII.* *Tres & viginti.*] *Alii*, duo de viginti, non, duo & viginti. Quod monuerat etiam *Pighius* in *Annalibus Romanorum*, & *Philippus Cluverius* in *Italia Antiqua*. Ab iis igitur fundamentum hujus *lectionis* petatur. *Vossius*.

6. *Vagiennis.*] Exemplar vetus *Babriani*.

7. *Nisi militaris.*] Videtur ergo duo genera *Coloniæ* facere, *Civilem* & *Militarem*. Illam dicere, quæ ex ci-

vibus togatis & miscellis deducta: hanc, quæ de legionibus cohortibusve, cum militiâ scilicet defunctâ collocabantur in opidis & agris, & id quasi præmium habebant sanguinis pro repulsi. Sed tamen *Vellejus*, quidquid excuset, ne *Togatas* quidem illas cum curâ satis enumeravit: Video omittas in hoc recensu colonias ad *XIX.* & quasdam ex iis vel maxime illustres. *E Livio* discas. *Lipsius*.

8. *Pronive*] *Rapidi*.

9. *Verticis.*] *Quintil. lib. 8. c. 2.* verticem esse dicit contortam in se aquam, vel quicquid aliud similiter vertitur.

10. *Ad liquidum.*] Verbum elegans & non è vulgo. *Livius* lib. 35. *Et si quid novi adferret, argui posset, donec ad liquidum veritas explorata esset.* Hinc bonis auctoribus; *Liquido jurare. Indicibus, formula*; *N. L. Jurisconsultis*; *ad liquidum diem & consulem* exquirere. *Schægkii*.







ætate nituerunt. <sup>1</sup>Historicos (ut Livium quoque priorum ætati adstruas) præter Catonem, & quosdam veteres & obscuros, minus LXXX annis circumdatum ævum tulit: ut nec poetarum in antiquius citeriusve processit ubertas. At oratio, ac vis forensis perfectumque profæ eloquentiæ decus, ut idem separetur Cato <sup>2</sup> (pace P. Crassi Scipionisque & Lælii & Gracchorum, & Fannii & Ser. Galbæ dixerim) ita universa sub principe operis sui erupit <sup>3</sup> Tullio: ut delectari ante eum paucissimis, mirari vero neminem possis, nisi aut ab illo visum, aut qui illum viderit. <sup>4</sup>Hoc idem evenisse grammaticis, <sup>5</sup>plasticis, pictoribus, scalptoribus, quisquis temporum institerit notis reperiet, & eminentia cujusque operis artissimis temporum claustris circumdata. Hujus ergo, præcedentisque sæculi, ingeniorum similitudines congruentis & in studium par, & <sup>6</sup>in emolumentum, causas cum semper requiro, numquam reperio, quas esse veras confidam, sed fortasse verisimiles: inter quas has maxime. Alit æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio

det *Lipsius*: factum hoc ætatis respectu, quo Plautus paulo ab his remotior erat. *Borcler*.

<sup>\*</sup> *Sub pari ætate*.] *Lipsius*, *suppari*, legit: ut & *Rutgersius* loco jam adducto, & *Acidalius*. Bene. *Boecler*. *Sub pari ætate*.] Scribe junctim, *suppari ætate*. Nam intervallo aliquanto consecuti sunt, & ut noster alibi loquitur, gradibus quibusdam ætatis fuerunt dirempti. *Acidal.*

1. *Historicos*.] Vide *Voss*. de *Histor. Roman.*

2. *Pace P. Crassi, &c.*] De quibus *Tullius* in *Bruto*, id est, in *Critico Oratorio*, eximia judicia pronuntiat. *Boecl.*

3. *Tullio*.] Idem *Quintilianii* judicium esse *12. inspit. orat. 10.* Et cujus non? Esset enim hoc in clarissimum solem mortale lumen inferre, si quis auderet Ciceronis supremam in dicen-

do gloriam demonstrare. *Boeclerus*.

4. *Hoc idem evenisse*.] De quibus *rursum Quintil. 12, 10.* differit. *Idem*.

5. *Plasticis*.] Intelligere autem videtur statuarios, nam alias ex quinque statuarie speciebus, *Plastice* vocatur quæ argillam tractat.

6. *In emolumentum*.] Inspicienti legendum mecum videbitur, *emolumentum*. Nam hoc ait, *Ingenia* congregari à quoque sæculo & ini dem studium, & in parem ferè effectum. Voluit idem, & idem ferè emoluntur. Tamen & vulgatum fero, ac capio. *Lipsius*. In *emolumentum*.] Non dubito, locum hunc corruptum esse; sed inter doctorum conjecturam hæc facilior visa est, quam expressimus, certe, pro *emolumento*, *emolimentum* (ab *emolendo*) hic substitui, nimis quam quæsitum apparet. *Boecler*.

miratio <sup>1</sup>incitationem accendit: <sup>2</sup>naturaque, quod summo studio petitum est, ascendit in summum: difficilisque in perfecto mora est; <sup>3</sup>naturaliterque, quod procedere non potest, recedit. & ut primo ad consequendos quos priores ducimus, accendimur: ita, ubi aut præteriri, aut æquari eos posse desperavimus, studium cum spe senescit; & quod assequi non potest, sequi desinit, & velut occupatam relinquens materiam, quærit novam: præteritoque eo, in quo eminere non possumus, aliquid in quo nitamur conquirimus: sequiturque, ut frequens ac mobilis transitus maximum <sup>4</sup>perfecti operis impedimentum sit. Transit admiratio <sup>\*</sup>ad conditionem

tem-

1. *Incitationem*.] *Acidalius* legit, *imitationem*. *Incitationem*.] Minima quidem mutatione feceris, *imitationem*: sed nihil ea necesse est. incitatur enim industria: modo rei pulcritudine, modo livore; cum aliquem sibi æquatum cernit prælatumve cui se parem sentit. *Gruter*.

2. *Naturaque*.] *Acidalius* legit, *naturaque*.

3. *Naturaliterque*.] Hæc ego, quæ de ingenio Vellejus, translata arbitror ex iis, quæ de Athletarum corpore scribit Hippocrates Aphorism. lib. 1. §. 11. Εἰ τοῖσι γυμναστικῶσι καὶ ἐπ' ἀκροῦ ἀσθεῖαι, σφαιλεραί, καὶ ἐν τῷ ἀγῶνι ἴσων, καὶ ἂν δύνανται μόνον ἐν τῷ ἀγῶνι, ἀδὲ ἀπειροί. Ἐπει δὲ σποκ ἀπέμεισαν, ἀδὲ πὶ δύνανται ἐπὶ τῷ βέλῳ ἐπιδιδόναι, λείπει ἐπὶ τῷ χιτῶνι. Athletarum boni habitus, ad summum progressi, periculosi, si exiremo constiterint. Neque enim possunt in eodem statu permanere, neque quiescere. Cum vero non quiescant, neque ultra possint in melius proficere; reliquum est, ut in deterius labantur. *Vossius*.

4. *Perfecti operis impedimentum sit*.] *Resisto*. Perfecti patriatque operis

quomodo aliquid impedimentum esse potest? nec Dii quidem, ut vetus verbum habuit, revocaverint aut impedierint facta. Vide num legendum, *indicamentum* sit. Velleii mens ita suadet, qui jam ante dixit *difficilem in perfecto moram esse*: & ingenia novæ laudis stimulo aliorum trahi, & quærere illibaram materiam. Itaque nunc addit: maximum hoc esse perfecti operis indicium, transiri vulgò ad aliud opus. *Lipsius*. *Perfecti operis impedimentum sit*.] *Lipsius*, *indicamentum* volebat: eo quod perfecti jam patriatque operis nullum possit esse impedimentum. Sed omnino non est tentanda hæc lectio, qua Vellejus nihil aliud, quam id exprimere studuit; dum homines, desperantes emulationem perfecti jam ab alio operis, alias sibi vias subinde quærunt, feri, ut perfectioris operis gloria hoc pacto relicta diuturna non sit: cum alias, si præclara ingenia perseverarent in eo eniti, in quo jam alios vident excelluisse, directa hæc ad perfectionem operis vel conservandam vel ornandam via foret. Est ergo impedimentum perfecti operis hoc loco, detrimentum, quo perfectio alicujus rei debilitatur, quo *ἀκμή* ad *ὑπερβολήν* incli-



temporum, & ad urbium. Una urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam univēsa Græcia, <sup>1</sup>uberiusque floruit; adeo ut corpora gentis illius <sup>2</sup>separata sint in alias civitates, ingenia vero solis Atheniensium muris clausa existimes. Neque ego hoc magis miratus sim, quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedæmonium oratorem aut dum vixit auctoritate, aut post mortem memoria dignum existimatum. <sup>3</sup>quæ urbes, & multæ aliæ, talium studiorum fuere steriles, ni Thebas unum os <sup>4</sup>Pindari illuminaret. <sup>5</sup>nam Alcmana Lacones falso sibi vindicant.

## C. VELL.

inclinatur, adeoque fastigium & præcellentia illa, quo minus æqualiter se & constanter habeat, impeditur. *Boeclerus.* [Adde quod nihil adeo perfectum, cui non aliquid addi possit.]

\* *Ad conditionem.* Lipsius & Schegkijus rescribunt: *Transit admiratio à conditione temporum & ad urb.* Boecl.

1. *Uberiusque.* Ita emendat Lipsius. Vulgo *operibusque*: per opera autem res gestas intelligit Acidalius.

2. *Separata sint.* Si abesset verbum substantivum, melius processuram sententiam *Gruterus* existimat. *Boecler.*

3. *Quæ urbes, & multæ aliæ.* Tristia hæc postrema verba ab alienâ manu esse arbitramur: eoque inducenda. *Lips.* *Quæ urbes, & multæ aliæ.* Non existimandum est, illa verba (& *multæ aliæ*) plane irreperitia esse. fuit enim in *msc.* & *in Italia*, ex quo non nemo fecit, &

*multæ aliæ.* Quæ conjectura licet nemini possit usquequaque probari, tamen nec illa parum difficultatis in sensu adfert, si retineamus: & *in Italia*: vel, & *in Ital.* Boecler.

4. *Pindari.* Qui tamen ferreas habet metaphoras, unde Horat. Carm. l. 1. v. Od. 11. illum inimitabilem esse dixit:

*Pindarum quisquis studet æmulari,  
Iule, ceratis ope Dædalea  
Nisiitur pennis, vitreo daturus*

*Nomina ponto.*

5. *Nam Alcmana Lacones.* Alii *Lydam* fecere. Quam litem dirimit *Cl. Salmastius* exerc. Plin. c. 40. principio *partis*, ex veteri epigrammate, quod apud *Plutarchum* & *Φυγίης* extat, unde patet *Lydium* origine, parentes Sardiibus oritundos habuisse, *Spartæ* educatum, eoque nomine *civem Spartæ* habitum fuisse. *Boeclerus.*

1. *Remoto*



C. VELLEII PATERCULI  
HISTORIÆ ROMANÆ,  
AD  
M. VINICIUM COS.

## LIBER. II.

POTENTIÆ Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior aperuit. quippe <sup>1</sup>remoto Carthaginis metu, sublataque imperii æmula, <sup>2</sup>non gradu, sed præcipiti cursu, à virtute descitum, <sup>3</sup>ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, nova inducta; in somnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium conversa civitas. <sup>4</sup>Tum Scipio Nafica in Capitolio porticus; tum quas prædiximus, <sup>5</sup>Me-

1. *Remoto Carthaginis metu.* Cicero enim contra Rullum 2. adfirmat, Romanos tantum Carthaginem, Capuam, & Corinthum in terris propter domicilium imperii, metuisse urbeis. *Schegk.*

2. *Non gradu, & c.* Ex quo tempore, ait Sallustius apud Augustinum de civitate Dei lib. 2. cap. 18. *Majorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo præcipitatis, adeo Juventus luxu atque avaritia corrupta est, ut merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati.* Totus in hoc idem in Catilina, Jugurtha, & historiarum 1. Recte igitur Florus lib. 4. *Pænorum hostium imminente metum disciplinam veterem continuisse scri-*

bit, hinc perpetuæ contentiones Scipionis cum Catone, diruendæ ejus auctore. *Schegk.*

3. *Ad vitia transcursum.* Gruterus jugulari mallet vocem ultimam. Cui non assentio. Nec enim Vellejo in animo fuisse conciso genere sermonis uti, arguit, quod nulla pagina occurat, ubi non plurimas voces ressecare potuisset. *Vossius.*

4. *Tum Scipio.* Quando? an eversa Carthagine? minime, sed remoto tamen ejus metu. Cum jaceret Carthago, insurgere luxus apud Romanos cœpit: & structa hæc, quæ dicit. Scipio quidem porticus hæc fecit Censor, ut ipse paullo post adnotat: hoc fuit decem circiter ante versam Carthaginem



<sup>1</sup> Metellus ; tum <sup>2</sup> in circo Cn. Octavius multo amœnissima moliti sunt ; publicamque magnificentiam secuta privata luxuria est. <sup>3</sup> Triste deinde , & contumeliosum bellum in Hispania , duce latronum Viriatho , secutum est : quod ita varia fortuna gestum est , ut sæpius Romanorum gereretur <sup>4</sup> adversa. sed interemto Viriatho , <sup>5</sup> fraude magis quam virtute Servilii Cæpionis , Numantinum gravius exarsit. hæc urbs <sup>6</sup> nunquam decem millibus plura , propriæ juventutis armavit : sed , vel ferocia ingenii , vel inscitia nostrorum ducum , vel fortunæ indulgentia , cum alios duces , tum <sup>7</sup> Pompejum magni nominis virum , <sup>8</sup> ad turpissima deduxit fœdera ( hic primus è Pompeiis consul fuit ) nec minus turpia ac detestabilia Mancinum Hostilium

nem annis. Simile de Metello , & de Octavio. Tum igitur , benignè interpretaberemur : & quasi dixisset , sub id tempus. Lipsius.

1. Metellus. ] Porticus Metelli ad finem circo Flamini. Varro , Vitruvius , Plinius lib. 34. Schegk.

2. In circo Cn. Octavius. ] Quæ à veteribus duobus appellata nominibus : Corinthia , à structura , Persei sive Macedonica , ob regem Persea devictum , & triumphum , in quo hæc talia ferebatur. Plinius in Flaminio ponit. meminit Cicero in officiis. Schegk.

3. Triste deinde. ] Flor. 2. 17. 15. quique ibi Cameria industria indicantur Scriptores : præsertim Appian. Hispan. Boecl.

4. Adversa. ] Visitæ prætoribus duobus M. Vellio , C. Plantio , & Cl. Unimano. Florus , Cicero 2. offic. Valerius lib. 6. Plinius lib. 8. Orosius , Eutropius , alii. Schegk.

5. Fraude magis. ] Merito perstringit Vellejus degenerem & illicitum Cæpionis fraudem in tollendo Viriatho. nam hæc talia non possunt jure armorum regi , sed inter flagitia belli numerari debent. Videndus H. Grotius de jur. Bell. & Pac. 3. 4. 18. cum annotatis in

novissima editione. Boecler.

6. Nunquam decem millibus. ] Aldus , ac Lipsius , transpositis verbis , legunt , Hæc urbs nunquam plura , quam x. propria juvenutis , armavit. Sed Vellejana ætatis potius postulat rō quam induci. Et ita jam ab Marneffio , ac Stephano , aliisque excusum video : idemque etiam probatur Ursinus ac Claudius Puteanus. Porro hunc numerum binis millibus minuit Appianus : Florus autem , & Orosius , plus demunt dimidio : nam de quaternis solum millibus loquuntur. Sed utrumque id virtuti suæ gentis dedisse crediderim. Vossius.

7. Pompejum. ] De hoc ipso Pompejo primo ejus nominis consule infra clarior , adhibita temporis luce. Sen duas seu tres Pompejorum fuere familias , primus ejus nominis ante annos sevecl. xviii. Pompejus cum Cn. Servilio consul fuit. Acidal.

8. Ad turpissima. ] Numantinum fœdus horrenda ignominia maculosum vocat Augustin. 3. de C. D. 21. Quintilianus etiam l. 3. 8. inter ea refert , quæ qui turpia esse dubitare non possunt , utilitatis specie ducti probent. Talia plura apud alios Auctores. Boecler.

I. Man-

Hostilium consulem. sed Pompejum gratia impunitum habuit , <sup>1</sup> Mancinum verecundia : quippe , non recusando perduxit huc , ut per <sup>2</sup> Feciales nudus ac post tergum religatis manibus , dederetur hostibus. quem illi recipere se negaverunt , sicut quondam Caudini fecerunt , dicentes , publicam violationem fidei non debere unius sui sanguine. Immanem deditio Mancini civitatis movit disensionem. <sup>3</sup> quippe Tib. Gracchus , Ti. Gracchi clarissimi atque eminentissimi viri filius , P. Africani ex filia nepos , quo quæstore & auctore id fœdus ictum erat , nunc graviter ferens aliquid à se factum infirmari , nunc similibus vel judicii vel pœnæ metuens discrimen , tribunus pl. creatus , vir alioqui vita innocentissimus , ingenio florentissimus , proposito sanctissimus , tantis denique adornatus virtutibus , quantas perfecta & natura & industria mortalis conditio recipit , P. Mucio Scævola , L. Calpurnio consulibus , abhinc annos CLXII descivit à bonis ;

1. Mancinum verecundia. ] Num Mancinus impunitus fuit , quem Romani nudum , ac manibus post tergum religatis , Numantinis tradidere ? atqui vel maxima ea pœna fuit. Ita igitur concipere hunc locum : Sed Pompejum gratia impunitum habuit. Mancinum verecundia , quippe non recusando , perduxit huc , &c. Inter alios , præcipue hoc firmat Cicero lib. III. Officiorum ; C. Mancinus (ait) ut Numantinis , quibus sciam sine senatus auctoritate fœdus fecerat , dederetur , rogationem suscipit eam , quam L. Furius , Sex. Atilius , strebant. Quæ accepta , eil hostibus deditus. Vossius. Mancinum verecundia. ] Si vellemus hunc locum distinctione quadam corrigere ( sed Pompejum gratia imp. habuit. Mancinum verecundia q. n. rec. huc perduxit , &c. ) in sensu quidem nihil erit incommodi , sed illud ( quippe non recusando ) valdè infecto maleque cum textu coherentis glossemata

ti comparandum erit. Posset itaque fortasse lectio usitata prorsus tolerari. At , inquis , quomodo impunitus diceretur , qui hostibus deditus est ? Quia 1. in illa deditio non receptus. 2. pristino honori restitutus. 3. ad novos honores admissus est. 4. adeo ut nec ipse pœnæ loco duceret eam deditioem contumeliam ; quippe qui eodem habitu sibi statum insinuit ; quo deditus est , annotante Plinio 34. 5. Verecundiam Mancini , quam Velleius vocat , id est , agnitionem culpæ & voluntariam susceptionem pœnæ , laudat ac explicat Cicero 3. offic. 30. loco superioris citato. Boecler.

2. Feciales. ] Qui bello , paci & conditionibus pangendis ; item deditio-nibus noxiarum prærant. vide Dionys. Halicarn.

3. Quippe Tib. Gracchus. ] De hac deditioe vid. Flor. 3. 14. nominatque à Cameria Auctores. Boecler.

E

I. Omnia



nis; pollicitusque toti Italix civitatem, simul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus statum concupiscentibus, summa imis miscuit; & in præruptum atque anceps periculum adduxit reimp. Octavioque collegæ, pro bono publico stanti imperium abrogavit: III viros agris dividendis coloniisque deducendis creavit se, socerumque suum consularem Appium, & Gracchum fratrem, admodum juvenem. Tum P. Scipio Nasica, ejus qui optimus vir à senatu judicatus erat, nepos; ejus qui cen-

for

1. *Omnibus statum concupiscentibus.*] Nobis hæc impura. Quid est concupiscere statum? aut quis sic è prisco Latio? Quid hoc etiam ad Gracchi leges? Emendo: omnium statum concupiscentibus. Et profectò verum est. Leges istæ Tiberii, inquit, omnium fortunæ & statum concutiebant. Quomodo? quia agros jamdiu possessos, alienatos, venditos, in dotem datos, iterum vindicabant in publicum, & auferebant dominis prisca. Itaque omnes in metu, & fortunæ plurimum incertæ. Appianus & Plutarchus pulchrè hoc diducunt: ille primo Civilium, hic in Gracchis. Tu vide. Quod ad phrasim, imò quod ad mentem, patitur Velleius infra de Caji legibus: Nihil immatum, nihil tranquillum, nihil denique in eodem statu sinebat. Lips. *Omnibus statum concupiscentibus.*] Status est conditio vitæ certa ac stabilis. Ita & infra: Quippe nullum habentibus statum, quilibet dux erat idoneus. Nemo enim, paullo humanior, Semproniam lege agros plebi communicatos nescit. De eadem hac lege Cicero in Sextiana: Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat: grata erat populo; fortunæ constitui tenuiorum videbantur. Non necessaria itaque emendatio Lipsii, omnium statum concutientibus. Vossius.

2. *Octavioque.*] Cujus Cicero modicam & Reipub. tolerabilem, & plebi necessariam largitionem vocat. adi-

Plutarchum in Gracchis, Eпитomen Livii. Schegk.

3. *Coloniisque deducendis.*] Colonias ergo deduxit Tiberius? Cave credas. Litterula ne te induxerit, quin magis tolle. Nam scripsit Velleius, colonisque. Intelligit autem hos quibus agri assignati, etique in eos deducendi futuri coloni eorum sive cultores. *χωρηγός* inquam, *ὄχη δαμίνος*. Lipsius. *Coloniisque deducendis.*] *Coloniisque ded.* legit ex fide historix Lipsius. Ita malim sane, quam cum Grævo hic colonias pro colonis, eodem sensu, accipere. Boetlerus.

4. *Scipio Nasica.*] Quid ergo sibi vult vetus Scholiastes *Juvenalis*, dum ad Sat. 3, 137.

*Da testem Roma tam sanctum, quam fuit hostes Numinis Idæi.*

ista annotat? Scipio Nasica, quem propter probitatem *vita senatus elegit*, ut simulacrum matris Deum de Phrygia allatum domi suæ haberet, dum ei templum fieret. Hic est Scipio, qui oppressit Tiberium Gracchum, leges agrarias ferre conantem. Certe non hic erat, sed ejus nepos, ut rectè Velleius. Boetler.

5. *Optimus.*] Liv. 29, 14. it. 36, 40. Et alibi. *elogium quod sibi quisque mallet, quam ulla imperia bonore sive suffragio seu patrum seu plebis delatos. fuit rectè judicatus idem scriptor.* Boetler.

I, P. Africani

for porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri, P. Africani patrum, privatusque & togatus, cum esset consobrino Tib. Gracchi, patriam cognationi præferens, & quidquid publice salutare non esset, privatim alienum existimans (ob eas virtutes primus omnium absens pontifex max. factus est) circumdata lævo brachio togæ lacinia, ex superiore parte Capi-

1. *P. Africani patrum.*] Vulgo *patruus*. Sed manifestum mendum. nam, si esset pronepos Cn. Scipionis qui cum Publio fratre, Africani majoris patre, Hadrubalis insidiis in Hispania oppressus interiit, non video, qui possit esse patruus P. Africani minoris: qui cum ab Africani majoris filio fuerit adoptatus, ita pronepos fuit P. Scipionis, quem in Hispania cæsum diximus, ut hic Nasica ejus Cn. Scipionis, qui cum fratre suo Publio occisus est. Puto igitur legendum: P. Africani patrum, is privatus, & togatus, &c. Ut intelligitur de Africano superiore: cujus patruus fuit Cn. Scipio, hic, qui à Velleio vir celeberrimus appellatur, abavus hujus Scipionis, quo auctore Ti. Gracchus est interfectus. *Manut. P. Africani patruus.*] Legendum *patrum*. Ita optime primus emendavit sive magnus Erasmus, sive alius, qui sexennio post ejus excessum, editionem Basileensem anni cIo Lxxlii, nomen Erasmi præferentem, procuravit. Et sane Cn. Scipionem Africani majoris patruum fuisse, ex Velleio infra, & aliis, constat. Hoc notandum fuit, quia Aludius id parum candide videtur dissimulasse. Vossius.

2. *Privatusque, & togatus, &c.*] Propinquus Ciceroni in Lælio. Si Canones auctorum juris sequeris, Sobrinus, non consobrino fuit. Sed hoc tralatitium his promissæ uti notavit doctissimus sui avi Junius in Nomenclatore ex Cicerone. Quod notandum propter largum peccatum eruditissi-

morum virorum in stirpe Scipionum. Deinde opponit togatum sive privatum, qui in magistratu est, vel fuit. infra: *Sed Hispani in triumphum & Pontificatum adurgeret, fieretque ex privato consularis.* Schegk.

3. *Circumdatus.*] Quod vulgo legitur, cum *dasa lævo brachio toge lacinia*, mendo non vacat. nec difficilis correctio videtur; ipsa enim sententia, circumdata, reponendum ostendit. Quod Valerii, lib. III. cap. 2. hanc historiam recitantis, confirmat auctoritas. *Manutius. Circumdatus.*] Non cum data: ut egregie emendabat Aldus. Moris enim fuit, ut in repentinis turbis imperator laciniam togæ, exerto dextro brachio, ita sinistrorum in tergum rejiceret, ut ea revocata illum cingeret. Atque hunc habitum cinctum Gabinum vocabant. Quæ colligere possis ex Servio ad vii. *Ancidos*, Ildoro lib. xix. cap. xxiv., ac veteri Scholiaste Perſii ad Satyam v. Utebantur etiam eo, qui sacris belli causa operabantur. Quod observatum Turnebo *Adversario* lib. xxxii., c. xx. Item, qui urbem essent condituri. Quod docuit me Cato apud Servium ad v. *Aineid. Condituri* (inquit) *civitates, taurum in dextra, vaccam in sinistra jungebant: & cincti ritu Gabino, id est, toga partem capitis velati, partem succincti, tenebans siveam obliquam, ut gleba omnes intrinsecus caderent, &c.* Ita locus hic scribendus est. Eodem habitus etiam indutus apud Corippum lib. iv. Justinus, cum de Senatoribus ditandis agitaret.



Capitolii, summis gradibus insistens, hortatus est, <sup>1</sup> qui salvam vellent remp. se sequerentur. Tum optimates, senatus, atque equestris ordinis pars melior & major, & intacta perniciosis consiliis plebs, inruere in Gracchum, stantem in area <sup>2</sup> cum catervis suis, & concientem pæne totius Italiæ frequentiam. is fugiens, decurrensque clivo Capitolino, fragmine subfellii ictus, vitam, quam gloriosissime degere potuerat, immatura morte finivit. Hoc initium in urbe Roma civilis sanguinis, gladiatorumque impunitatis fuit. inde jus vi obrutum, potentiorque habitus prior; discordiæque civium, antea <sup>3</sup> condicionibus sanari solitæ, ferro dijudicatæ; bellaque non caussis in-ita, sed prout eorum merces fuit. quod haud mirum est.

agitatet. Verba ejus ita constituenda sunt:

*Purpureos augens habitus, ritusque Gabinos:*

*Cruis Hydaspæis radiabat purpura gemmis.*

Corruptissime editum est:

*Cujus id aspicies radiabat purpura gemmis.*

Error ex eo, quia *Idaspæis* scriptum erat. *Vossius*. Circumdata.] Communi consensu doctorum valuit hæc emendatio, cum fuisset, cum data. causam hujus habitus reddit triplicem *Appian*. 1. bell. civ. sive quod voluerit multitudinem ad se hoc signo contrahere; sive pugna seu tesseram proferre, sive reverentia Deorum sua cæpta velut obtegere. Quattam ex *Plutarcho* colligas: ut facilius per obvios perirumpet hoc habitum, quo & ceteri eum sequebantur. *Boeclerus*.

1. Qui salvam vellent Remp.] De formula hac vide *Servium* ad initium VIII. Æneidos. *Vossius*. Qui salvam vellent Remp.] Haur dubie respicitur his verbis ad morem & solennia decernendi presentioris in ultimis casibus au-

xillii, nimirum ne quid resp. detrimenti caperet. quale decretum à ceteris senatoribus postulatum esse, diserte testatur *Valerius*: cunctis sententibus, ut Consul armis temp. tueretur (eadem enim vis est hujus sententiæ, ac si dixisset, vidret consul, ne quid resp. detrimenti caperet, confer *Sallust*. *Catil*. 29. *Cæsar*. 1. bell. civ. *Cicer*. *orat*. *Catil*. 1. c. 1. & 2. *Dion*. 48.) negavit *Scævola* se quidquam vi esse asurum. *Boecler*.

2. Cum catervis suis.] Nam *Gracchus* domo cum proficere vult, nunquam minus terna, aut quaterna millia hominum sequebantur. *Afello* apud *Agellium* lib. 2. cap. 13. *Schegk*.

3. Conditionibus.] Pactionibus & conventionibus. Conditionem desinit *Donatus* in *Andria*, esse pactionem in se certam legem continentem. non tamen dissimulo scripturam *Boithom*. conditionibus. etiam non male. Condicere enim veteribus denunciare. Hinc *Festo*, Conditio in diem certam ejus rei de qua agitur denuntiatio; & Duodecim tabulis, conditio dies, iudicii causa constitutus. Uti *Plautus* *Curculione*, *Apuleius*, *Cic*. 1. offic. *Schegk*.

I. Non

est. <sup>1</sup> non enim ibi consistunt exempla, unde cœperunt; sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt: & ubi semel recto deerratum est, in præceps pervenitur: nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Interim dum hæc in Italia geruntur, <sup>2</sup> *Aristonicus*, mortuo rege *Attalo*, à quo Asia populo Romano <sup>3</sup> hereditate relicta erat, sicut relicta postea est à *Nicomede* *Bithynia*, mentitus regiæ stirpis originem, armis eam occupat. is victus à <sup>4</sup> *M. Perperna*, ductusque in triumpho; sed <sup>5</sup> *M. Aquillio* capite pœnas

1. Non consistunt exempla.] Pertinet hic eximius locus ex oratione *Cæsaris* apud *Sallust*. *Catil*. 5 1. omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt: sed ubi imperium ad ignaros, aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab alienis & idoneis ad indignos & non idoneos transferitur. Vide omnino, quæ sequuntur, ubi exemplis illustrat, exempla non consistere ibi, unde cœpere; sicut *Noster* loquitur. *Boecler*.

2. *Aristonicus*.] Non justo matrimonio, sed ex pellice *Ephesia* *Citharista* cujusdam filia genitus. *Justinus* l. 36. *Florus*, *Livius* & *Strabo* l. 14. *Schegk*. *Aristonicus*.] *Flor*. 2, 20, 4. regii sanguinis juvenem vocat. Quod de origine extra conjugium, adeoque de filio naturali *Eumenis* accipiendum est. nam *Velleius* de legitima & civili ratione stirpis sentiens, merito mentitum ait regiam stirpem, ut *Asiam*, veluti paternum regnum invaderet natus ex pellice. vide *Lustin*. 36, 4, 6. *Boecler*.

3. Hereditate.] Romanos doli mali in audenda hereditate *Attali* insimulat *Mithridates* apud *Sallustium*, & *Horatius* *Oda* 18. *Carm*. 2.

— neque *Attali* Ignotus heres regiam occupari. *Schegk*. *Hereditate*.] Itaque *Romani* se iustissimo titulo possidere *Asiam* gloriabantur. Et sane, alienari quædam imperia posse exemplis compluribus (inter quæ

etiam hæc nostra) ostendit *H. Grotius* *de jur. bell. & pac.* partim 1, 3, 12., partim in *Annotatis* ad illum locum. *Boeclerus*.

4. *M. Perperna*.] Qui consul ante quam civis, *Valerius* lib. 3. cap. 4. Et quem triumphasse cum nostro, si vulgatum sequimur, innuere videtur contra mentem reliquorum auctororum, qui in provincia mortuum relinquunt. *Schegk*.

5. *M*.] Recte. Non *M*. ut vulgo. sane *Manius* dicitur non solum *Val. Maximo*, sed & in *Fastis*. Atque ita etiam apud *Strabonem* lib. xiv. in editis olim exemplaribus legebatur. Quod non bene in sua editione mutavit *Maximus* *Causaubonus*. Apud *Justinum* tamen lib. xxxvi. *Marcus Aquillius* dicitur. Sed *Manius* rescribendum. *Voss*. Sed *M. Aquilio*.] Sed à *M. Aquillio* legendum è *Strabone* lib. xiv. *Val. Max.* & *Justin* lib. xxxvii. *Manutius*. [Ut ita distinguatur, ductusque in triumpho, sed à *M. Aquilio*, & c. *Ursinus* sed delet.] Sed *M. Aquillio*.] *Scriptor* *Velleius*, *Aristonicum* à *Perperna* victum: desiderabatur, ut de eodem triumphasse illum diceret. Id falsum erat, quia *Perperna* in provincia erat mortuus. Sed cum ei succensor esset datus *M. Aquillius*, is reliquis belli confectis, egit triumphum, quem *Perperna* meruerat. Ob hanc causam



pœnas dedit; cum initio belli <sup>1</sup> Crassum Mucianum, virum juris scientissimum, decedentem ex Asia proconsulem interemisset. <sup>2</sup> Et P. Scipio Africanus Æmilianus, qui Carthaginem deleverat, post tot acceptas circa Numantiam clades, creatus iterum consul, missusque in Hispaniam, fortunæ virtutisque expertæ in Africa, respondit in Hispania; & intra annum ac tres menses, quam eo venerat, circumdatam operibus Numantiam excisamque æquavit solo. nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ. quippe, excisa Carthagine ac Numantia ab alterius nos metu, alterius vindicavit

CON-

τὸ *sed* adjectum. Reticitur vero <sup>1</sup>, frequenti Velleio more. Ita infra: *expulsum civitate L. Saturnino*; & deinde, *cum proxima regio castris Pompejo retinere*; item; *proruto vallo militibus receptus est*; posteaque, *hoc M. Antonio casu illis legionibus salutis fuit*. Nisi tamen dandi casu hæc intelligere malis. Et hoc verius. Illud verò, *capite pœnas dedit*, nequaquam ad Aquillium referri debet. Nam Aristonicus, ut Eutropius, Orosiusque, referunt, senatus iussu in carcere est strangulatus. Ceterum τὸ *cum* strangulationis illius causam reddit. Quæ non monuisse, nisi locus hic vehementer viros doctos vexasset, atque acriter etiam ab iis esset vexatus. *Vossius*. Hæc tamen lectio, quæ in textu est, etiam retineri potest: M. enim Aquillio triumphanti iussu senatus capite pœnas dedit.

1. *Crassum Mucianum*.] Apud Agellium, sive A. Gellius est; ait Sempromius A. Sellio, quinque habuisse reum bonarum maxima, & præcipua; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod Iuriconsultissimus, quod Pontifex maximus. Hunc consulem missum Cicero 2. Philipp. Justinus, Orosius, Livius, & fe-

quentibus consulis, hoc est, proconsulem interemtum, noster cum Obsequente narrant. in eo variat Florus lib. 2. cap. 20. qui non occisum, sed captum vult. *Schegk*. *Crassum Mucianum*.] Dissentiunt auctores super morte huius Crassi. Strabo lib. xiv., epitomator Livii lib. lxx., Eutropius l. v., prælio victum, & interemtum, narrant. Valerius lib. lxx. cap. iv., Florus lib. ii. cap. ultimo, Orosius lib. v. cap. x., tradunt, à Thrace (quorum maximus numerus erat inter præsidia Aristonici) occisum. Neutiquam vero ita super dignitate eius pugnant auctores, ut ad Florum Vinetum, ad Justipium lib. xxxvi. arbitratum Bongarsius. Nam Strabo, epitomator Livii, Justinus, Orosius, loquuntur de profectioe eius in Asiam, cum consulem vocant. At Velleium de reducto eius loqui, constat. Nam addit, *decedentem ex Asia proconsulem*. Itaque consulatus tempus sine dubio expiraverat. Et sic etiam capiendus Florus, qui prætores dicit. Nam prætoris, & proconsulis appellatio promiscue sumi solet. *Vossius*.

2. *Et*.] Deleo *et*, repetitum est verbi præcedentis ultima syllaba, *intermissis*. *Acidalius*.

I. Tribuno

contumeliis. Hic, eum interrogante <sup>1</sup> tribuno Carbone quid de Tib. Gracchi cæde sentiret? respondit: si is occupandæ reip. animum habuisset, <sup>2</sup> jure cæsum. Et, cum

omnis

1. *Tribuno Carbone*.] Homine eloquentissimo, & stellionis ad modum perverse nequam. Cicero in Bruto: *Utinam in Tiberio Graccho, Cajoque Carbone, talis mens ad Rempubl. gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit; profectio nemo his viris gloria præstiterit*. De contentione cum Africano idem in Miloniana, & lib. 2. de Oratore. *Cum L. Opimii causam defendebat apud populum audiente me (Antonius loquitur) C. Carbo consul, nihil de C. Gracchi cæde negabat; sed id jure profalute patriæ factum esse dicebat; ut eidem Carboni Trib. pleb. alia cum mente Rempubl. capessenti, P. Africanus de Tib. Graccho interroganti responderet, jure cæsum videri*. & idem hunc cum C. Catone Gracchum secutum scribit. Por-nam itaque non effugit. accusatus à L. Crasso annos xix. nato, auctore Tacito de Oratoribus, Cantharidas sumnisse dicitur. Cicero Epistola ad Patrum. *Schegk*.

2. *Jure cæsum*.] Diserte hanc historiam exequitur *Val. Max.* 6. 2, 3. adde *Liv. epit.* 59. *Plutarch.* *apophth.* Quid autem; *jure cæsum Tib. Gracchus, sicut existimavit Scipio, qui & apud Numantiam statim cum inaudivisset de exitu Gracchi, Homerium illud protulit*:

ὦς δολοίγοις ἢ ἀλλοῖς ὄπῃ τοιαύτῃ γε βέροις;

Auctoritatis sanè non parum est in dicente, sive prudentiam ejus spectamus, sive cum Graccho necessitudinem, de qua *Valerius*. Unde *Martianus Capella lib. 5.* de argumentis agens, ab *audivitate* peti argumentum, nobili hoc exemplo monstrat; *Africanum dixisse, jure cæsum esse Tiberium Gracchum*. Dubitandi autem rationem suggerit *Plu-*

*tarchus, quod conspiratione divitum oppressus sit: & Noster Velleius, qui cap. præcedenti videtur deplorare hanc cædem tanquam initium civilis perturbationis; & Fab. Quintilianus, qui 5. 13. insit. orat. si Nafica post occisum Gracchum defendatur exemplo Halæ, à quo Melius est interfectus, dici posse monet, Melium regni affectatorem fuisse, à Graccho leges modo latas esse populares: Halam magistrum equatum fuisse, Naficam privatum esse. Excusatur tamen illa cædes & inter exempla præsentius vindicata; seditionis refertur à Politicis, magnificeque commendatur à *Val. Max.* 5., 3., 2. quippe cum de seditione Gracchi animo factoque dubitari profus nequeat: nisi quod hoc ipsum exemplum cautionem debet suppeditare circa seditiones compescendas: ubi in honorem salutis publicæ multa sanè severitas concessa existimanda est, sed severitas illa nec ab uno in rep. libera pendere debet, nec quovis modo adhibita proderit. Digna profectio morte commiserat Gracchus, atque illa mors, auctoritate supremæ legis, id est, salutis publicæ, citra obstaculum altarum legum, irrogari poterat: sed à Nafica, non expectato senatus decreto, spreto consulis contradictione, commissas in publica conicione civium manus esse, id non cariturum prava consequentia, ut loquuntur, multi prudentum, nec citra rationem, verebantur. Pro Scipione equidem est, quod senatores plerique armis tuendam remp. censuerant, quibus Consul resistere non videbatur debuisse: sed quædam remedia præsentiora sunt, quam ut illa capiat publicæ tranquillitatis & civilis societatis libertatisque teneritudo. *Boetler*.*

E 4

I. Novem-



omnis concio acclamasset: Hostium, inquit, armatorum totiens clamore non territus, qui possum vestro moveri, quorum <sup>1</sup> noverca est Italia? Reversus in urbem, intra breve tempus, M<sup>o</sup>. Aquillio, C. Sempronio Cos. <sup>2</sup> ab hinc annos CL, <sup>3</sup> post duos consulatus, duosque triumphos, & bis excisos terrores reip. mane in lectulo repositus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in ceruice reperirentur notæ. De tanti viri morte nulla habita est quæstio: ejusque corpus <sup>4</sup> velato capite elatum est, cujus opera super totum terrarum orbem Roma extulerat caput, seu fatalem, ut plures, seu <sup>5</sup> constatam insidiis, ut aliqui prodidere memoriæ, mortem obiit, vitam certe dignissimam egit, quæ nullius ad id temporis præterquam avito fulgore vinceretur. Decessit <sup>6</sup> anno ferme LVI. de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum

1. Noverca.] Non mater. Noverca.] Similiter Petronius in Eumolpiano carmine, quod vulgò inscribunt, De mutatione Reip. Rom.

Aut qui sunt, qui bella jubent? mercedibus emta,

Ac viles operæ: quorum est mea Roma noverca. Acidal,

2. Ab hinc annos CL.] CLIX. respondendum. Mannus.

3. Post duos consulatus.] Cur omittis Censuram & Auguratum? quæ utraque in prisco lapide:

P. CORNELIUS PAVLI F. SCIPIO AFRICANVS COS. II. CENS. AVGV. TRIVMPHAVIT, II. Lipsius.

4. Velato capite.] *Ayrel. Vict.* 58. obvoluto capite elatus est, ut livor in ore appareret. vide doctiss. Kirckm. de funerib. Rom. 2, 9. Addit Appianus:

ἡ δὲ δημοτικὴ πρῶτος ἦν ἡμεῖς, μέγιστος δὲ τῶν ἡγεμονῶν ἀφ' Ἀλεξάνδρου. ἡ τὰς ἡμεῖς αὐτῶν ὄργη τὴν πρώτην ἐποίησε ἐπιπλοῦσι. ἡ τὴν δὲ ἀντι-

λικῶν, οἷα πᾶσιν ἐπὶ τῇ Γαλικίᾳ ἐπὶ σὺν ὁμοῖσι (s. ne publice quidem fuerat) est vir, qui reipub. tantum profuerat. tanto plus valuit præsen indignatio quam præterita gratia, atque hoc quantumcumque fuit, auxiliarium seditionis Gracchanæ fuit. Boecler.

5. Constatam insidiis.] Variæ suspensiones de hujus obitu. Appianus lib. 1. Bellor. civil. Veneno sublatum testatur: Plutarchus in Falvium rejicit; Cicero Epistola ad Patrum in C. Carbonem: Plin. lib. 7. cap. 41. in Metellum Macedonicum: Livii Epitoma cum Cicerone in Somnio in Semproniam uxorem Gracchorum fororem. Schegk.

6. Anno ferme LVI.] Metz tempus, quas Velleius mox ponit, evincunt scripsisse cum XIV. Lipsius. Annos ferme LVI.] Lipsius emendat XIV. Antonius Eudinellus potius sequentia corrigat, & legit, in quem creatus est anno xxxvii. (pro xxxvi.), quod in libris erat) loc. contrav. 8. Boecler.

1. A. Bruti.]

latum ejus, in quem creatus est anno xxxvi: ita dubitare desint. Ante tempus excisæ Numantiæ, præclara <sup>5</sup> in Hispania militia <sup>1</sup> A. Bruti fuit: qui, penetratis omnibus Hispaniæ gentibus, ingenti vi hominum, urbiumque potitus numero, aditis quæ vix <sup>2</sup> audita erant, Gallici cognomen meruit. Et ante eum paucis annis tam severum illius Q. Macedonici in his gentibus imperium fuit, ut, cum urbem <sup>3</sup> Contrebiam nomine in Hispania oppugnaret, pulsas præcipiti loco quinque cohortes legionarias, eodem protinus subire juberet: facientibusque omnibus <sup>4</sup> in prociñtu testamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito, perse-

1. A. Bruti.] Is est, qui de Gallæcis, & Lusitanis ex ulteriore Hispania triumphavit, *Decimus*, non *Aulus*, à Cicerone, & aliis nominatus. Ut velendum sit hic in prænomine, vel adoptatus ab A. Postumio Albino, prænomem adoptantis, ex vetere consuetudine, sumpserit. quod nummus indicat argenteus patricii Veneti nobilissimi, *Andræx Lauretani*, sic inscriptus: A. POSTUMIUS ALBINUS. COS. BRUTI. F. Mannus. A. Bruti.] Omnino *D. Bruti* legendum est, non *A. Bruti*. nam A. Postumius Albinus Bruti filius, qui habetur in argenteo denario, non ad eum, de quo hic agit Velleius, sed ad D. Brutum, Cæsaris percussorem refertur, qui M. Bruti consanguineus fuit, & ab A. Postumio Albino Cos. ut videtur, adoptatus, BRUTI. F. ex adoptionis formula dictus est. Vide Plutarchum & Dionem. *Ursin*.

2. Audita.] Quidam libri, *adita* erant. de Gallæcis vide Strabonem lib. 3. Schegk.

3. Contrebiam.] Quæ Floro & Valerio Maximo est *Trebia*. Schegk.

4. In prociñtu.] Prociñctum militem dixerunt antiqui, cum exercitus in-

structus est. sic prociñta classis. prociñta autem ideo, quod togis incincti ad pugnam ire soliti fuerunt. Unde *Testamenta in prociñtu fieri dicta, quæ faciunt ad pugnam iurri, sicut colligitur ex fragmentis Festi.* adde Gell. 10. 15. *videt & Instit. Jur. lib. 2. tit. 10. & ibi Annotata Cl. Vinnii.* In prociñtu.] Vocabulum *Musum*, & variè veteribus usurpatum. Apud Agellium l. 10. cap. 15. *Fabius Pictor classium prociñtam*, interpretatur exercitum armatum. Et *Apuleium libro 11. prociñtus Pompæ*, adparatum Pompæ, denotat. Et, *Habere in prociñtu*, idem, quod *habere in mundo* sive promptu. *Quintilianus pro Milite*: *Neque in militiam gravissimo, asperissimoque bello ita venit, ut nescires sibi mortem in prociñtu habendam.* Seneca lib. 1. de *Clementia*, cap. 1. *Nemo non, cui alia desunt, hominis nomine apud me gratiosus est: severitatem abditam, clementiam in prociñtu* (vulgo in premitu, ut & notavit doctissimus Modius) habeo. Et, *reversus è prociñtu*, idem *Ammiano* libro XI. quod ex bello. Ad Ciceronem, lib. 1. de *Nat. Deor.* Agellium, *Festum*. Schegk.



severantia ducis, quem moriturum miserat, militem victorem recepit. tantum effecit mistus timori pudor, spesque desperatione quaesita. Hic virtute ac severitate facti; <sup>1</sup> at Fabius Æmilianus, Pauli exemplo, disciplinæ in Hispania fuit clarissimus. Decem deinde interpositis annis, qui Tib. Gracchum, idem Cajum, fratrem ejus occupavit furor, tam virtutibus ejus omnibus, quam huic errori similem, ingenio etiam <sup>2</sup> eloquentiaque longe præstantiorem: qui cum summa quiete animi, civitatis princeps esse posset, vel vindicandæ fraternæ mortis gratia, vel præmuniendæ regalis potentia, ejusdem exempli tribunatum ingressus, longe majora <sup>3</sup> & acriora repetens, dabat civitatem omnibus Italicis, extendebat eam pæne usque Alpes; dividebat agros; vetabat quemquam civem <sup>4</sup> plus d jugeribus habere: quod aliquando lege Licinia

1. At Fabius Æmilianus, Pauli exemplo, disciplinæ in Hispania fuit clarissimus.] Noli audire Lipsium, qui sic malebat distingui: At Fabius Æmilianus Pauli, exemplo disciplinæ, &c. Pauli enim disciplina laudatur passim Livio, Plutarcho, & cui non? Vulgata præterea lectio multo magis ad gustum Velleii. Sic alibi, acer belli, munificentia effusissimus, lætus animi. Ita & Virgilius in 19. Æneidos, furens animi: & x, animi miserata: item Terentius Eunucho Act. 11, Sc. 111, falsus animi. Ubi hanc auctororum ἀντιπαράθεσιν notat etiam Donatus. Nec dubitem similiter, ex nostro optimæ notæ Ms. reponere apud Lucretium lib. 1. de Rerum Natura:

Nec me animi fallit Grajorum obscura reperta

Difficile inlastrare Latinis versibus esse. Ubi vulgo, animus fallit: quod perpetram retinet Gifanius. Quibus adde, ut ad Velleii verba revertar, quod nemo veterum facile in prosa oratione didicurus fuerit, Fabius Æmilianus Pauli,

pro Pauli filius. Quamvis non ignorem, hellenismo hoc Poetas aliquando usos. Vossius.

2. Eloquentiaque.] Contra omnium tamen sententiam Tiberium fratrem facile principem eloquentiæ laudat Florus. Schegkiius.

3. Et acriora.] Acutius veriusque, & acrior repetens. Ipse, inquit, Cajus majora molitus est quam frater, & eodem illo acrior. Ita est. vis ingenii & oris apud Cajum multo major. Lipsius. Et acriora.] Lipsius maluit acrior, approbante Gronovio, sed fortasse nulla ratio est, cur potius id nobis placere debeat, quam acriora: sicut intuenti planum existimo esse. Boecler.

4. Plus d jugeribus.] Idem tradunt Plutarchus, Appianus, Aurelius Victor, aliique. Atque ita etiam apud epitomatores Livii legendum esse, docuerunt Sigonius, & Antonius Augustinus. Sine dubio itaque in mendocubatur Sicalus Flaccus de conditione agrorum: Gracchus (inquit) legem tulit, ne quis in Italia amplius, quam duocenta

cinia cautum erat: nova constituebat portoria; novis coloniis replebat provincias; <sup>1</sup> judicia à senatu transferebat ad equites; frumentum plebi dare instituerat; nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat: quin alterum etiam continuavit tribunatum. <sup>2</sup> hunc L. Opimius consul, qui prætor Fregellas exciderat, persecutus armis, <sup>3</sup> unaque Fulvium Flaccum, consularem ac triumphalem virum, æque prava cupientem, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris III virum nominaverat, eumque socium regalis assumerat potentia, morte afficit. Id unum nefarie ab Opimio proditum, quod capitis, non dicam Gracchi, sed civis Romani pretium se daturum, idque auro repensurum proposuit. Flaccus in Aventino armatos ad pugnam

centa jugera possideret, &c. Omnino legendum est: quingenta jugera. Hinc quoque apparet, corruptam esse Columellæ lectionem lib. 1. de R. R. cap. 111. ubi ait: Criminofum tamen senatori fuit, supra quinquaginta jugera possidisse. Suique lege C. Licinius damnatus est, quod agrum modum, quem in magistratu rogatione tribunitia promulgaverat, immodica possidendi libidine transcendisset. Nam & hic similiter rescribendum, quingenta. Vossius.

1. Judicia à senatu.] Fufe historiam præter Valerium lib. 5. Plinium l. 33. Augustinum lib. 3. De civit. D. Appianus & Plutarchus. De iudiciis trigahic discordantium opinionum. Epitome Livii lib. 60. sexcentos equites, trecentis senatoribus admistos adfirmat. Plutarchus trecentis senatoribus, trecentos equites ait adscriptos, hoc est, inter utrosque communicata iudicia. Verior, & majoribus tibicinibus nixa opinio, qui cum nostro à senatoribus ad equites translata prodere insistant. Varro, Cicero, Appianus, Pædianus. Schegk.

2. Hunc L. Opimius, &c.] Facto sc. Scro, quo jubebatur Cos. Opimius σώζειν τὴν πόλιν ὅπως δύναιτο, καὶ ἠγαθολύειν τὰς τρυφὰς, sive, ut Latini essent, videre ne quid vest. detrimenti capiat. quæ potestas Discretoria est, ut recte animadvertit Plutarchus in Gracch. & explicat Sallust. Catil. 29. primum consulti tum concessa, & vice Dictaturæ postea usurpata, nisi quod aliquando ad plures magistratus, quam ad Cos. pertinebat, sicut ex Iul. Cas. 1. bell. civ. intelligimus. Quod consilium veluti arcanum tuendæ adversum seditiosos publicæ majestatis, laudat Cic. 1. Catil. 2. Boecler.

3. Unaque Fulvium Flaccum.] Epitome Livii & Appianus, Fulvium Flaccum, & C. Carbonem creatos agro dividendo product. Cicero prætor C. Carbonem & C. Catonem (si libri non mendosi) Tiberium secutum dicit. apud Plutarchum solius Fulvii mentio. De Carbonem mirum. novimus enim Opimium à Q. Decio postulatam Carbonem hoc defendente absolutum. Schegkiius.



ciens, cum filio majore jugulatus est. Gracchus profugiens, cum jam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miserat, cervicem <sup>1</sup> Euporo servo præbuit, qui non segnus se ipse interemit, quam domino succurrerat. Quo die singularis, <sup>2</sup> Pomponii equitis R. in Gracchum fides fuit, qui more <sup>3</sup> Coclitis, sustentatis in ponte hostibus, ejus gladio se transfixit. Ut Tiberii Gracchi antea corpus, ita Caii, <sup>4</sup> mira crudelitate victorum, in Tiberim dejectum est. Hunc Tib. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, <sup>5</sup> viva adhuc matre Cornelia, Africani filia, viri <sup>6</sup> optimis ingeniis male usi, vitæ mortisque habuere exitum. qui si civilem dignitatis concupissent modum, quidquid tumultuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset

1. Euporo.] Auctori vicorum Illustr. Euphorus. Plutarcho Philocrates, & Valerio Maximo dubium Euporus, an Philocrates vocitatus. Schlegel. Euporo.] Veterem de hoc nomine diffensionem esse, liquet ex Macrobio lib. 1. c. x1. Vossius.

2. Pomponii.] Lectorum huic comitem dant Valerius, Orosius, & Victor. Quem Plutarchus Licinium appellat mendose. Vossius.

3. Coclitis.] Horatius Cocles tempore belli Hetrusci cum rege Persena hostibus undique instantibus in ponte solus restitit, demum ponte reciso Tiberim transnavavit, neque arma dimisit. Coclites autem dicebantur veteribus monoculi.

4. Mira crudelitate.] Quam & Plutarchus perstringit. licet enim adversum perniciosos cives nihil crudeliter fieri posse videatur, tamen diligenter considerandum est, quid populi animos vel in præsens specie supplicii vel in posterum memoria nobilitatis & miseratione irritare possit. Ex temporis consideratione, ceterorumque momentorum ita loquor. Erant enim tum tanta publicæ lateque fuxæ con-

sternationis mala operienda potius moderatione, quam ostentanda terrore. Alias scimus in Majestate Reip. vindicanda non inutiliter usurpari acerbitatem suppliciorum & contumeliam. Boecler.

5. Viva adhuc matre Cornelia.] Non omitatur ob raritatem, exemplum feminei roboris. Seneca de Consol. ad Martiam: Ex una tibi familia duas Cornelias dabo. Primam Scipionis filiam, Gracchorum matrem: duodecim illa parvulus totidem funeribus recognovit. Et de ceteris facile est, quos nec castos nec amissos civitas sensit: Tiberium Gracchum & Cajum, quos etiam qui bonos viros negaverit, magnos fatebitur, & occisos vidit & insipulos. Consolantibus tamen miseramque dicentibus, Numquam inquit, non felicem me dicam, quæ Gracchos peperit. Lipsius.

6. Optimis ingeniis male usi.] Sallustius tamen in Jugurtha, Gracchos veteram gloriam injusta potentia anteposuisse adfirmare videtur. & Cicero 2. in Rullum, Gracchorum consiliis & sapientia multas Reipub. partes constitutas non negat. Schlegel.

lisset resp. Huic atrocitati adjectum <sup>1</sup> scelus unicum. quippe juvenis, specie excellens, nec dum duodevicesimum transgressus annum, immunisque delictorum paternorum, Fulvii Flacci filius, <sup>2</sup> quem pater legatum de conditionibus miserat, ab Opimio interemptus est. quem cum <sup>3</sup> haruspex Tuscus, amicus, flentem in vincula duci vidisset, <sup>4</sup> Quin tu hoc potius, inquit, facis? protinusque illi capite in postem lapideum januæ carceris, effusaque cerebro exspiravit. Crudelesque mox quaestiones, in amicos clientesque Gracchorum habitæ sunt. sed Opimium, virum alioqui sanctum & gravem, <sup>5</sup> damnatum postea

1. Scelus unicum.] Acidalius pro summo & unico exempli scelere habet. Mihi rectius videtur Villium ex Villio interpretari, atque hunc locum cum simili & sensu & negotio comparare, de quo 2, 6, 5. Id unum nefarie ab Opimio proditum, &c. ut enim ibi laxatum pretio caput Gracchi; ita hic innocentis adolescentis supplicium sceleris nomine damna: Cetera utrobique asperere quidem & crudeliter, ut loquitur, non tamen stultissime gissa intelligens. unice cavuit concordia Cicero, valde præcipue 2, 48, 2. Boecler.

2. Quem pater legatum.] Et quidem altera vice: cum demum Opimius in vincula eum dedit. Alias rectissime respondet Opimius primæ legationi: Non per legatos debere ipsos cum senatu egere, sed ut cives venire ad satisfaciendum senatui & dicendam causam. Argumento vere pragmatico, negabat convenire iis jus mittendi legatos nuntiosque ad senatum; quorum tractationem si admisisset, jam de Majestate publica aliquid imminutum esset, cui ad parendum se sistere ut *ἵνα ἴδωμεν* & πολιτῆς, non occurrere ad paciscendum debet, quisquis inter cives & membra civitatis cupit haberi. sicut nec ex diverso ad tumultuantes cives legatos mittere decorum est Reip. sed

nec tales legationes hoc nomine, si proprie loquamur, appellandæ sunt. Egregius est locus apud Dion. in orat. Cicer. adversus Anton. lib. 45. πῶς ἔοικε τὰ αὐτῶν κήρυξι μὲν καὶ περιστοίαις αὐτῶν τὸς πολιτῶν ἕξειν; τῶν δὲ γὰρ ἀλλοφύλων καὶ ἐπικαρπυδῶν καὶ ἀπεριστοίαις δὲ ἀσπτεροῦ καὶ ἀναστασίου ἐστὶν τοῖς δὲ δὴ πολιτῶν τοῖς ἀδικῶσι τε, παροτρυνόμενοι τῶν πτωχῶν ἐπαγγῆν, ἀνὴρ μὲν ὑπὸ τοῖς ψήφοις αὐτῶν λαβήσῃ, δικάζων; ἀνδρὲς τοῖς ὁπλοῖς, πολέμιους. & quæ sequuntur. Quomodo non sit turpis, præconibus nos & legatis uti ad cives? Nam cum extraneis quidem per nuntios ante omnia legatosque agi par est ac necessarium: Civibus autem nuntiaris præna statim instiganda est; judicio quidem, si sententias ferre integrum est: sin vero ad arma confugerunt, bello persequendi sunt. Boecler.

3. Haruspex Tuscus.] Vulgo, Fuscus. Haruspex Tuscus.] Herennius Siculus. Sed aliter Valerius lib. 1x. cap. 12. Manutius.

4. Quin tu hoc potius.] Hæc verba cum gestu & demonstratione intelligenda.

5. Damnatum postea publico judicio.] Ob acceptas à Jugurtha pecunias. Sed indi-



postea iudicio publico, memoria ipsius sævitæ, nulla civilis persecuta est misericordia. Eadem Rutilium Popiliumque, qui consules asperrime in Tiberii Gracchi amicos sævierant, postea iudiciorum publicorum merito oppressit invidia. Rei tantæ<sup>1</sup> parum ad notitiam pertinens interponetur. Hic est Opimius, à quo consule celeberrimum vini<sup>2</sup> Opimiani nomen: quod jam nullum esse, spatium annorum colligi potest; cum ab eo sint ad te, M. Vinici, consulem, <sup>4</sup> anni C. L. I. Factum Opimii, quod inimicitiarum quæsitæ erat ultio, minor secuta auctoritas: & <sup>5</sup> visa ultio <sup>6</sup> privato odio magis, quam publicæ vindictæ data.

Sub-

indigne. Cicero pro Sextio : Unus in hac civitate, quem quidem ego possum dicere, præclare vir de Republ. meritis, I. Opimius indignissime occidit. cuius monumentum celeberrimum est in foro, sepulchrum desertissimum in litore Dyrachino relicum est. atque hunc tamen flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi semper ipse P. R. periculo liberavit, alia quadam civem egregium iniqui iudicii procellis pervertit. In ejsdem laudibus sæpe in Bruto, de Legib. & in Pisonem. Schegg.

1. Parum.] Lipsius legit, parva.

2. Opimiani.] Vini, pro vici, repositi. quam mihi conjecturam attulit antiquitatis observatio. nam Cicero in Bruto, Si quis, inquit, Falerio vino delebitur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita vetere, ut Opimium, aut Anicium consulem quærat. Accedit Plinii testimonium his verbis, lib. xv. cap. 4. I. Opimio consule ea cali temperies fuisse, quam coluram vocant, solis opere, natali urbis dcxxxiii. durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in speciem redacta mellis asperi: (etenim hæc natura vinis in vetustate est) nec potari per se queant, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem carie indomitæ. Et eodem libro, cap. 14. Apothecæ

fuisse, & diffundi vina solita anno m cxxxiii. urbis, apparet indubitate Opimiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italia; nondum tamen ita genera in claritate erant. itaque omnia, tunc genita, unum habent consulis nomen. Vide & Plutarchum in C. Graccho. Manut.

3. Quod jam nullum esse.] Testatur tamen Plinius Nat. Hist. lib. xv. c. iv. Opimiana vina suo ævo adhuc durare: Martialis etiam ea passim laudat. Mittere itaque, virorum doctorum iudicio, hic fallitur Vellecius. Sed illi mihi mentem Velleii, etsi minime obscuram, non adsecuti videntur. Hæc enim est ejus sententia: seculo suo esse, qui Opimiano vino se lætent: sed ingens temporum intervallum facile arguere, id non esse ex illo veteri. Probabilis sane argumento usus est. Et quidni credamus, impositum Plinio, Martiali, aliisque, qui tanto post Paterculum florere spatio? Ego non aliter existimo. Vossius.

4. Anni c. l. i.] Lege, c. l. Manut.

5. Visa ultio.] Vox ultio inconcinnè repetitur: me arbitro, delenda. faciendæque: & visum privato odio m. q. p. vindictæ datum. Quid visum: factum nempe Opimii. Lipsius.

6. Privato odio magis.] Non tam res ipsa

Subinde Porcio Marcioq; Coss. deducta colonia, Narbo Marcus. Mandetur deinde memoriæ severitas iudiciorum. quippe C. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africanus fororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus est; cum lis ejus<sup>3</sup> quater millibus æstimaretur. ad eo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quam modum: factaque ad consilium dirigebant, & quid, non in quantum, admissum foret, æstimabant. Circa eadem tempora<sup>5</sup> Metelli fratres uno die triumphaverunt. <sup>6</sup> Non minus clarum exemplum, & adhuc uni-

cum

ipsa & vindicta Gracchani furoris, quam modus vindicandi, quæque accessere, citra vindictæ necessitatem usumque, toto hoc capite perstringuntur. Ita ferme Sallustius Jugurth. 16. [L. Opimius Cos. C. Graccho & M. Fulvio interfectis, æverim vindictam nobilitatis in plebem exercuerat.] vindictam nobilitatis vocat & odium in plebem innuit. Debet autem omnis animadversio, non ad ejus qui punit aliquem, sed ad reip. utilitatem referri, inquit Cic. 1. off. 25. itaque affectus privati vel maxime hic compescendi sunt. Boecler.

1. Narbo Marcus.] Vide Annotationes ad Sallustium p. 504 &amp; 505.

2. Cato consularis.] Gryphii liber, M. Cato cons. C. Cato cons. ex Ciceronis in Verrem actionis v. lib. iv. &amp; ex Bruto. Gessit consulatum cum M. Acilio Balbo, anno V. dcxxxix. Manut.

3. Quater millibus.] Non grandis omnino hæc multa judiciaria, uti feris &amp; scopus indicat Velleiani sermonis. Tamen Franc. Horomanno visa iusto minor, rescribitque: quadringentis millibus. Non assentior. Quid? Cicero duobus locis an pari fiducia corrigitur, qui minoris summa auctor? Ille sic III. in Verrem: Quæ in civitate C. Carboni clarissimo homini H. S. S. xviii. cc. lis æstimata sit. Iterum IV. in eandem: Quo damnato (Catonem

cum cum severa iudicia fiebant, H. S. S. xviii. millibus lis æstimata est. Si quid ergo hic mutandum (& certè opinor) Ciceronis numeri obtineant, & rependantur. Lipsius. Quater millibus.] Legendum: xlix. ex Ciceronis Philipp. III. & IV. Quod alii jam monuerunt Vossius.

4. Factaque ad consilium.] Sensus iste: quæ quisque fecisset, ad consilium &amp; accipere (v. facientis, tanquam ad regulam referentur, delictique æstimatio non ex modo pretii ac rerum, sed ex voluntatis ad peccandum determinatione, sic dicam, constituebatur. quid, ad speciem delicti; in quantum, ad modum rei, pretiique pertinet. Boecler.

5. Metelli fratres.] Vulgo M. Metelli. Metelli fratres.] Fœdum mendum sententiam contaminavit, qui enim antiquas notas, II. quibus, duo, significatur, ignorarunt, M. reposuere. Duos porro Metellos fratres simul triumphasse, Marcum de Sardis post annum, quam consul fuerat; Cajum, cui Caprario cognomen fuit, ex Thracia in consulatu, testatur Eutropius, his verbis: C. Cæcilio Metello, &amp; Cn. Carbone Coss. duo Metelli fratres triumpharunt, alter ex Sardinia, alter ex Thracia. Manutius. Metelli fratres.] Legit Pighius: M. &amp; C. Metelli. Voss.

6. Non minus clarum exemplum.] An fratrum



cum Fulvii Flacci, ejus qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius in adoptionem dati, <sup>1</sup> in collegio consulum fuit. adoptivus in <sup>2</sup> Acidini Manlii familiam datus. nam censura Metellorum, patruelium non germanorum fratrum fuit: quod solis contigerat Scipionibus. Tum <sup>4</sup> Cimbri & Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris suisque cladibus nobiles. Per eadem tempora clarus ejus <sup>7</sup> Minucii, qui porticus, quæ hodieque celebres <sup>9</sup> sunt, molitus est, <sup>6</sup> Scordiscis triumphus fuit. Eodem tractu

*fratribus in eodem aditum, prætorum, consulumve aut aliorum magistratum collegio apud Romanos esse liceret, disquirunt & postea negat Langlaus semestr. 7, 3. nam quod personis, e. g. in gratiam Scipionum concessum sit, in exemplum non trahi, nec ad alias personas produci debere: Et cum Velleius notanter limitet, (in verb. sed alterius in adoptionem dati) satis planum esse, non ejusdem amplius familiaris censendum, qui adoptione in aliam transierat. Mutiorum prætorum diversa jurisdictio absolvere videtur. Ceterum Clapmar. 2. 12. inter arcana Aristocratica hoc refert, ne duo ex una familia, viro utroque non solum magistratus sint, sed ne quidem uno tempore in senatu. Boeclerus.*

1. In collegio consulum. Fasti Capitolini huc mirè conferunt: L. MANLIUS. L. E. L. N. ACIDINVS FVLVIANVS Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS. HEI FRATRES GERMANI FVERVNT. Schægk.

2. Acidini. Vulgo, Acidiani. Acidini, legendum videt, quicumque sit paullo humanior. Quod etiam Fasti Capitolini declarant, anno V. DLXXIV. Manutius.

3. Quod solis contigerat Scipionibus. An, ut fratres germani duo Scipiones censuram simul gererent, quod proxima videntur indicare superiora verba? nulla mentio, nullum omnino vesti-

gium in historiis. Quid igitur? hoc fortasse. Cum Velleius colligat fratres eundem simul honorem assecutos, fieri potest, ut, quemadmodum de triumphantibus Metellis, consulibus Q. Fulvii filiis, censoribus rursus Metellis, postremo narrationem suam concludat, exemplo duorum fratrum germanorum, qui ædilitatem, eodem anno administrarint, hi fuerit, P. Scipio, qui postea Hannibalem devicit, & Lucius ejus frater. quod Polybius initio lib. x. plane declarat. Hoc notandum putavi, falsa quorundam admonitio conjectura, qui, Capionibus, legendum existimant, quorum fratrum alter ante Metellos, alter post, censuram gessit: cum Velleius eos commemoret, qui eodem anno simul honorem eundem adepti sunt. Manutius. Quod solis contigerat Scipionibus. Sed postea etiam Lucullorum exemplum habemus in Plutarchi Lucull. Boecler.

4. Cimbri & Teutoni. Vide Annotationes ad Salustium p. 190.

5. Minucii, & c. Signon. comment. in fast. & triumph. Rom. ad an. DCX LIII. Boeclerus.

6. Scordiscis. Scordisci, Σαρδισκοί Ptolemæo Pannoniæ Inferioris populi, quos Strabo etiam Scordiscas vocat, & Scordisæ Sex. Rufus, qui eos in Thracia vicina regione ponit. Strabo eos Illyricis & Thracibus permixtos scribit. Rasiæm eis attribuit hodie Ca-

staldus 3

tractu temporum nituerunt oratores Scipio Æmilianus, Læliusque, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius, Carbo Papius. Nec prætereundus Metellus Numidicus, & Scaurus, & ante omnes L. Crassus & M. Antonius. Quorum ætati ingeniique succedere C. Cæsar Strabo, P. Sulpicius. <sup>1</sup> namque Mucius juris scientia, quam propriæ eloquentiæ nomine, celebrior fuit. Clara etiam per idem ævi spatium fuere ingenia, in <sup>2</sup> Togatis Afranii, in Tragædiis Pacuvii atque Attii, usque in Græcorum ingeniorum comparationem evecti, magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum; adeo quidem, ut in illis limæ, in hoc pæne plus videatur fuisse sanguinis. Celebre & Lucilii nomen fuit, qui sub P. Africano, Numantino bello eques militaverat. quo quidem tempore juvenis

staldus: Ipsi se vocant nunc *Bosnachi*, inquit Dom. Niger: hoc est, *Bosfen* Germanicè. Scordiscorum etymologiam lege in Britannia Humfredi Lhuyni. *Cordisca* 1990 dicitur, sunt male apud Athenæum lib. 6. qui Galatas ex iis facit, qui cum Brenno Delphicum templum spoliaverant. Scordiscos Gallos nominat Posidonius, apud Strabonem, qui eos duplices facit, cis & ultra Istrum incolentes. Hos novit quoque Trogus 32. Vide tabulam Ptolemæi in Europa quintam. Ortelius. Scordiscis. De his ita Florus lib. 3, cap. 4. *Sevissimi omnium Thracum Scordiscis fuere, sed calliditas quoque ac rabies cum ingenio consentiebant. Itaque non fatus modo ab his aut fugatus, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato. Didius usque & libera populatione diffusos, intra suam repulit Thraciam. Drusus ulterius egit, & vetuit transire Danubium. Minucius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum per perfidum glacie flumen equitatus. Gens ori-*

ginis Gallicæ Epit. Liv. 63. & Justin. 23.

1. Namque Mucius. Erratum hoc illud recte, Nam Q. Mucius. Manu. Namque Mucius. Non omnem ei laudem dicendi omnes detrahunt: quem Tullius quidem in Bruto *jurisperitorum eloquentissimum* satis quam magnificè prædicat: oratorum tamen in numero non collocat. Sed quid propria eloquentia heic sonat? Forte verius legerim, *juris scientia* prope quam eloquentia nomine celebrior. Fostè, posui. nam nunc jam video, sic me posse interpretari: ut eloquentiæ studium, sic laudem minus illi propriam, quam juris scientiæ fuisse. Quod ut sit, ut est quidem certè, non deero tamen eadem trajectione, nulla alia mutatione, sic rescribere: *juris scientia propria, quam eloquentia nominat*. Denique si nihil velis mutare, saltem *scientia legere* sustineas, ut curque de cetero statuas. Acidalius.

2. Togatis. Comœdiis, à Romana actorum toga, sicut palliæ Græcorum erant.

F

1. Hist.



nis adhuc Jugurtha ac Marius, sub eodem Africano militantes, in iisdem castris didicere, quæ postea in contrariis facerent. Historiarum auctor jam tum Sisenna erat juvenis, sed opus belli civilis Sullani post aliquot annos ab eo seniore editum est. Vetusior Sisenna fuit Cælius; æqualis Sisennæ Rutilius, Claudiusque Quadrigarius, & Valerius Antias. Sane non ignoremus, eadem ætate fuisse Pomponium, sensibus celebrem, verbis rudem, & novitate inventi à se operis commendabilem. Persequamur notam severitatem censorum, Cassii Longini, Cæpionisque, qui abhinc annos CLVII, Lepidum Æmiliū augurem, quod sex millibus ædes conduxisset, adesse iusserunt. at nunc, si quis tantum habitet,

1. *Historiarum auctor.*] Videndus *Vossius* de Lat. *Histor.*

2. *Rutilius.*] An iste Rutilius, qui historiam Romanam Græcâ conscripsit linguâ, auctore Athenæo lib. 4. ? annuit vir litteratus in Emendationum libris. Vereor, ut largiter erret. is enim, de quo Athenæus lib. 4. vixit tempore Apicii, cujus operâ & in exilium missus. at Apicii ævum quis ignorat? Verius igitur Phoenix Jurisconsultorum Cujacius lib. 2. Observat. c. 27. eum intelligit, qui Aconio Quæstor, sive legatus Mucii Scævola profectus. Asia fuit, & quem noster infra damnatum repetundarum tradit. De historicorum choro, eos vide, qui fragmenta sedulo & laboriosè acquisiverunt. Schægkiius. *Rutilius.*] Fallitur vehementer Schægkiius, qui asserere conatur, alium hunc esse ab illo, quem historiam Romanam Græcè scripsisse lib. quarto restatur Athenæus. Contrarium verum esse, iam docuit patens lib. 1. de Historicis Græcis cap. XXI. *Vossius.*

3. *Pomponium.*] Falluntur vehementer, qui putant, à Velleio Pomponium ferri inter historicos, quia historicorum nomina sint, quæ præcelsere. Nam

alius est scopus Velleio, qui temporum potius quam studiorum, spectat similitudinem: ut manifestum ex eo, quod dicat novitate inventi à se operis commendabilem. Ubi Atellanæ cum intelligere, clarum est. *Voss.* Pomponium.] *Scil. Atellanarum scriptorem.* itaque præmittit: sanè non ignoremus, q. d. dum in his temporibus signandis versor, non omittebam est Pompeius diverforum quidem studiorum, sed eisdem ætatis scriptor. *Eusth. Chron.* de iisdem temporibus: *L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor clarus habetur.* Boecler.

4. *Abhinc annos CLVII.*] Lege. CLV.

5. *Lepidum Æmiliū.*] Male vulgo Ælium. Lepidum.] Cui dubium est, Æmia gentis, non Ælie cognomen Lepidum fuisse? *Manut.*

6. *Adesse.*] Verbum solenne Censorium: quo notatur citatio ad censores. Boeclerus.

7. *Si quis tanti habitet.*] Livius lib. 45. Et eos, qui prædium prædiave russica pluris sesterium xxx. habent, censendi jus factum est. Et Cicero pro Cælio: Tringina millibus dixit is eum habitare. adjuuge de Crasso & Domitio Plinii

locum

bitet, vix ut senator agnoscitur. adeo mature à rectis in vitia, à vitiis in prava, à pravis in præcipitia pervenitur. Eodem tractu temporum & Domitii ex Arvernus, & Fabii ex Allobrogibus victoria fuit nobilis. Fabio Paulli nepoti, ex victoria cognomen Allobrogico inditum. Notetur Domitiæ familiæ peculiaris quædam, & ut clarissima, ita artata numero felicitas, IV ante hunc, nobilissimæ

locum lib. 17. cap. 1. qui tamen in mendo cubat. Schægk.

1. *Domitii ex Arvernus.*] Ille Bituntium sive Berulium regem eorum perfide vinxit, Valerio si fides lib. 9. c. 6. hic, cum isto felicis pugnavit. Vide Cæsarem lib. 1. Belli Gall. Et quod noster Domitium ex Arvernus, Fabium ex Allobrogibus tradit, dissentiunt Strabo lib. 4. Orosius lib. 3. cap. 13. Florus lib. 3. cap. 2. De cognomine *Allobrogis*, Padianus. Schægk.

2. *Arvernus.*] *Arverni* Ἄρβεροι, Cæsari & Ptolemæo sunt Galliæ populi. *Arverni* Ἄρβεροι, Stephano. Hodie *Auvergne* nominatur eorum regio. Horum agri descriptionem lege apud Sidonium 4. ad Aprum suum. *Ortel.*

3. *Allobrogibus.*] Glossarium Isidori vocis etymon innuere videtur. Nam habet: *Allobroga, Gallus rusus.* Cui consonat & vetus Commentator Horatii ad istum in Epodis versum:

*Novisque velus infidelis Allobrox.*  
Ait ibi: *Allobroges sunt Galli rufi & Sequanici dicti, incolentes illum trajectum Alpium, qui est à Vesontio in Germaniam, qui vehementer res novas afferant, unde & ducebunt suis raro fidem servant, habentque flavum præcipue capitulum.*

4. *IV. ante hunc.*] Vulgo uti ante hunc. *IV. ante hunc.*] Locus quem haud temere transeam, à verbis corruptum, ab historia involutum. Quid illud *Uti* ? corrigunt VII. [Manutium intelligit.] & receptum id jam in libris, quasi certum. Ego miror. Nam

ad vestigia scripturæ haud improbum hoc fateor: quid tamen ad Velleii mentem, aut historicam fidem? Ecce Velleius ait, peculiaris quædam artata numero felicitatem Domitiæ familia se notare. Ubi ea hic? quod nec septem in eæ consules? nam illos referunt. Ridiculum. ego triginta gentes Romanas dabo, in quâ longe plures: dabo unam Claudiam, in quâ viginti octo. Denique quomodo fides constabit, de septem triumphis? nam hoc additur, omnes panè ad triumphis insignia pervenisse. Atqui volve revolve Annales, duos modo Triumphos in Domitiâ gentem reperies, quod Suetonius notat diligens & fidus observator talium rerum. Hæc incommoda in istâ correctione sunt. Nos ergo legimus: *IV. ante hunc*, id est, quatuor, istâ mente. In unâ familiâ fuisse quatuor singulis parentibus genitos, ipsosque singulos (nam hoc illud rarum quod intelligit, ex unicus unicos semper natos:) & eos omnes ad consulatum pervenisse, ad Triumphum panè omnes. Velim igitur etiam scribi: *singulis parentibus geniti*, clarius ad hanc sententiam exprimentandam, non, *singulis*. Quod tamen si retines, eodem trahe. Ab hac nostrâ correctione Velleii verba sunt, artata numero felicitas: & de paucis ostendit se loqui. Etiam Suetonii Domitianum stemma, quod initio Neronis legis. Ibi enumerat ab Domitio Allobrogico, quatuor parentibus suis unicos, ad Domitium usque patrem Neronis: qui est iste ipse



lissimæ simplicitatis juvenem, Cn. Domitium, fuere singulis omnino parentibus geniti, sed omnes ad consulatum sacerdotiaque, ad triumphum autem pæne omnes pervenerunt insignia. Bellum deinde Jugurthinum gestum est per Q. Metellum, nulli secundum sæculi sui. hujus legatus fuit C. Marius, quem prædiximus, <sup>1</sup> natus equestri loco, hirtus atque horridus, vitæ sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriæ, insatiabilis, impotens, semperque inquietus. hic per publicanos aliosque in Africa negotiantes, criminatus Metelli lentitudinem, trahentis jam in tertium annum bellum, & naturalem nobilitatis superbiam, morandique in imperiis cupiditatem, effecit, ut cum, comite petito, Romam venisset, consul crearetur, bellique pæne patrati à Metello, qui bis Jugurtham acie fuderat,

Velleianus nobilissimæ simplicitatis juvenis. Hæc ergo liquent: & omnes isti consules. Sed de Triumpho quid? ubi quattuor? Nego esse debere. nam dixit Velleius (cujus verba jure pensito) pæne omnes. Ergo pervenerint uno minus. Sed hos ipsos tres quomodo expedito? Ex eodem Velleio: qui dixit non Triumphos, sed Triumphum insignia. Ergo sunt duo triumphus, alter Domitii Allobrigici notus, alter Domitii Calvini de Hispanis, anni DCXXI. Tertius autem Domitius, avus Neronis, donatus est sub Augusto ornamentis triumphalibus, ex Germanico bello. Suetonius auctor. Jamne tenebrosæ notulæ lux facta? mihi videtur. Lipsius.

1. Natus equestri loco.] Alii originem vilioem Mario tribuunt, ut auctor de viris illustribus: qui ait, humilis loco natus. Ut Plutarchus qui scribit Ἰσοκράτους γένεσιν πατρὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ τῆς ἑστῆς: natum parentibus planè ignotis, & operariis atque pauperibus. Et Juvenalis:

— Volsorum in monte solebat

Pescere mercedes alieno lassus aratro.

Lipsius. Natus equestri loco.] Fonte: natus agris loco. Sane ipse Paterculus sub finem voluminis ait, Marius, obscuro loco natus. Plinius vero lib. xxxviii. cap. xi. aratorem Arpinatem nominat. Cum quo consentit Juvenalis Sat. vii. Item Julius Celsus, qui eum rusticana, ac ne Romana quidem originis, fuisse asserit. Denique Valerius Maximus, Plutarchus, omnesque alii vilissimæ ei originem assignant. Vosius. Natus equestri loco.] Alii perique obscuram originem tribuunt. ipse se hominem novum vocat apud Sallust. 85. in qua eadem oratione cum de fiducia generis, quæ nobilibus adesset, præmississet, addit: mihi spes omnes in meo sita: quas necesse est & virtute & innocentia tutari. Hinc etiam videret, illud odium invidiæ Nobilitatis in Marium, rursusque Marii vehementia adversum Nobiles, originem habere. Boecler.

I. Triumv

derat, summa committeretur sibi. Metelli tamen & triumphus fuit clarissimus <sup>2</sup> & meritum; virtutisque cognomen Numidici inditum. Ut paullo ante Domitiæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo est: quippe intra xii. ferme annos hujus temporis consules fuere Metelli, aut censores, aut triumpharunt <sup>3</sup> amplius xii. ut appareat, quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire. <sup>4</sup> At <sup>12</sup> Cajus Marius L. Sullam, jam tunc, <sup>5</sup> ut præcaventibus fati, copulatum sibi quæstorem habuit, & per eum missum ad regem Bocchum, Jugurtha rege, abhinc annos ferme <sup>6</sup> cxxxix. potitus est. designatusque iterum consul, in urbem reversus, secundi <sup>7</sup> consulatus initio Kalendis

1. Triumphus.] Vide Sigon. comment. fast. & triumph. Rom. ad ann. DCXLIV.

2. Et meritum, virtutisque, &c.] Inducta copula que, sententiam patrefacit. Manutius.

3. Amplius xii.] Iterum in observatione ista hæremus. Si verba, ut posita scriptaque, accipis: falsa sunt. Non enim profecto intra tot annos, amplius xii. Consules aut Censores aut Triumphales fuere. Quid si notulas detrahās, scribasque, amplius x? Id certe verum sit: & reperio ab anno DCXXXIII. ad annum DCXLVI. (qui sunt anni xii.) reperio inquam in gente Cæciliæ Consules quinque, Censores duos, Triumphales quattuor. Ergo undecim, nisi quid in vestigando me fugit. Corrige me, non corripue, si ita est. Lipsius.

4. At C. Marius.] Consule Sallustium in Jugurtha.

5. Ut præcaventibus fati.] Tentabam: patriæ caventibus fati: quasi compendioso scriptum verbum fuisset. nec nunc pœniter. Hæc autem referenda ad necessitudinem, quæ more prisco inter Consulem & Quæstorem est, qualis

inter patrem filiumque. Cicero non uno loco. Lipsius. Ut præcaventibus fati.] Satis obscura est hæc ἐπιπεσόλη, quomodoconque accipiamus. Si enim accipias, fati jam tum illa inter præsidem & quæstorem necessitudine velut præcavere voluisse futuræ discordiæ & bella civilia: sive, Lipsiana correctio (patriæ caventibus fati) eodem sensu, aut consulendi significatu, & ita explicetur, quasi illis rerum Marci ope gestarum præludiis veluti ad majorem Cimbrici belli fortunam ac reip. liberationem consultum Romanis fata voluerint, sicut in descript. bell. civil. Florus, adnumerat, inquit, missi Marius illi sæculo contigisses (quod tamen durius erit concinniusque) non satis apte hærebunt textui illa verba. Boeclerus.

6. cxxxix.] Lege, cxxxiv. Manut.

7. Consulatus initio.] Rectè initio. stante Republic. designatus consul inibat consulatum more majorum Kal. Januar. qui, subsecuro Imperatorum ævo, Ordinarius dicebatur; quia ex tunc in singulos annos plures Consules creati inoleverat. Cassiodorus & Apollinaris. Schegkhus.

F 3

1. Cimbris



dis Januariis eum in triumpho duxit. Effusa, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen <sup>1</sup> Cimbris ac Teutonis erat, cum Cæpionem <sup>2</sup> Manliumque consulem, & ante Carbonem Silanumque fu-  
dissent fugassentque in Galliis, & exuissent exercitu; <sup>3</sup> Scaurumque Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus R. non alium repellendis tantis hostibus magis idoneum imperatorem, quam Marium est ratus. Tum multiplicati consulatus ejus. Tertius in apparatu belli consumtus: quo anno Cn. Domitius tribunus pl. legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegæ sufficiebant, <sup>4</sup> populus crearet. Quarto trans al-

pes

1. Cimbris ac Teutonis.] Nota Ciceronem de provinciis Consul. & Sallustum in Jugurtha hos Gallorum generali nomine concelebrare. Schægkiius. Cimbris.] Gallos appellavit Sallustius, forte quod teste Orofio & Eutropio Cimbris atque Teutonis etiam Tigurini atque Ambrones se miscuerint: vel quod Gallorum (vel potius Celtarum) nomine & Gallos & Germanos antiqui intellexerint. Vide Annotat. ad Sallustum p. 371.

2. Manliumque.] Manilium, repono, ex Cassiodoro, & Obsequente. Manu. Manliumque.] Nihil muta si lapis. Tacitus in Germania: At Germani Carbone & Cassio & Scavo Aurelio, & Servilio Capione; M. quoque Manlio fuisse vel captis, quinque simul consulareis exercitus populo Romano. facit Epitoma Livii 67. Sallustius Jugurtha, Orofius lib. 5. cap. 16. Cassiodorus. aliis Malium aridet. Sciant hoc Græcum, illud Latinum. In prænomine dissensus. Salustio & Tacito Marcus, Livio & Orofio Cæjus; aliis Cneus. Schægk.

3. Scaurumque Aurelium Cos.] Legatum fuisse, cum captus & occisus est, M. Scaurum, ostendit Epitome Liviana. Itaque legendum puto, consularem. triennio enim ante consulatum

gesserunt, anno V. d. c. xlv. Et Orofius, In ea, inquit, pugna M. Aurelius consularis captus, atque interfectus est. Manucius.

4. Populus crearet.] Advocando minorem ejus partem. Cicero in Rullum, abrogavit postmodum Sulla, restituit Labienus, Dio lib. 27. De collegio Cicero in Epistola 10. ad Appium: Amplissimi sacerdotis collegium; in quo non modo amicitiam violari apud majores nostros fas non erat, sed ne cooptare quidem sacerdotem licebat, qui cuicumque ex collegio esset inimicus. Schægk. Populus crearet.] Pontifex maximus, & rex sacrisculus & flamines à populo creati, pontifex quidem tribus comitiis, rex centuriatis, flamines curiatis, tum cum reliquis sacerdotes à collegio cooptarentur. quos omnes postea Cn. Domitius ad comitia populi tribuita transulit anno v. c. l. i, Mario & Oreste Cæso. quam legem post à Sylla sublata, & iterum à T. Labieno tr. pl. Cicerone Cos. relata, iterum M. Antonius Cos. post Cæsaris Dictatoria necem abrogavit. quæ insequenti anno una cum ceteris Antonianis legibus Sc. sublata, res rursus ad populi comitia rediit. Libuit hæc ex Sægon. I. de antiq. jur. civ. Rom. 19. adscribere. Boetler.

I. Aquila

pes circa <sup>1</sup> Aquas Sextias cum Teutonis confligit; <sup>2</sup> amplius CL millibus hostium, priore ac postero die ab eo trucidatis; gensque excisa Teutonum. Quinto, citra Alpes in campis, quibus <sup>3</sup> nomen erat Raudiis, ipse consul & proconsul Q. Lutatius Catulus fortunatissimo <sup>4</sup> decertare prælio: cæsa aut capta amplius <sup>5</sup> CM hominum. Hac victoria videtur meruisse Marius, ne ejus nati reimp. pœniteret, <sup>6</sup> ac bona malis repensasse. Sextus consulatus veluti præmium ei meritorum datus. Non tamen hujus consulatus fraudetur gloria; quo Servilii Glauiciæ, Saturnique Appuleii furem, continuatis honoribus reimp. lacerantium, & gladiis quoque & cæde comitia discutientium, <sup>7</sup> consul armis compescuit; hominesque exitiabiles <sup>8</sup> in Hostilia curia morte multavit. Deinde inter- 13  
jectis

1. Aquas Sextias.] In Gallia. Vulgo Aix. neque incelebre hac tempestate oppidum censetur, conditumque olim à Sextio, ita dictum ob aquas & scaturigines, quæ juxta sunt calentes.

2. Amplius CL. millibus hostium.] Bonè postero die: & tunc iterum pugnatum. Plutarchus aliique consensu tradiderunt. Orofio quid visum dissentire, sic scribenti? Quarto die rursus productæ utrimque in campum acies, usque ad meridiem panè pari pugnare discriminem. Non potest, ut hæc res fuit, de quarto die. Audacter emendo: Orto die. Lipsius.

3. Nomen erat Raudiis.] Florus Claudium: veteres eruditissimi Vineti Raudiam, nec numerus caesorum convenit. vide Livium, Orofium, Eusebium, Florum. Schægk. Victor, in campo Caudio.

4. Decertare prælio.] Vir doctus existimabat, deesse, cum Cimbris. Cui non adsentio. Vera lectio haud alia, ac vulgata. Nec periculum fuit, ne de aliis, quam Cimbris, hæc caperentur. Nam Cimbro solum, & Teutonos, sedibus suis egressos, narravit

Vellejus. Teutonorum autem gens jam excisa erat, ut paullo ante memoratum. Satis clarum itaque, ad Cimbro hoc referendum, etiamvis nomen eorum non exprimat. Vossius.

5. C. M. hominum.] Ut alii summas caesorum captorumque concipiunt, videatur geminanda centenaria hic nota: CC. hominum. Lipsius.

6. Ac bona malis repensasse.] Fortasse facilius legeres: mala bonis repensasse, sicut alii loquuntur. quamquam hunc sensum etiam usitata lectio sustinere potest. Magnum oppido & reip. periclitanti salutare comprimis facinus: sed quæ merita possunt contra ultimam turbatæ patriæ impietatem nominari? Et si recte rem putamus, plus est quod nocuit patriæ Marius, quam quod profuit. Boetler.

7. Consul.] Acidalius legit consularibus. putatque ex decurtatione vocis Cos. postmodum consul substitutum esse.

8. In Hostilia curia.] De Curii, & quomodo per augures constituta esse debent, vide Marlian. lib. 2. c. x.



jectis paucis annis, tribunatum inivit <sup>1</sup> M. Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque, quam fortuna usus. qui cum senatui priscum restituere cuperet decus, & judicia ab equitibus ad eum transferre ordinem; (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus, cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros sævisissent, tum <sup>2</sup> P. Rutilium, virum non seculi sui, sed omnium ævi optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu civitatis, damnaverant) <sup>3</sup> in iis ipsis, quæ pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium: non intelligentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti inescandæ illicitæque multitudinis causa fieri, <sup>4</sup> ut minoribus perceptis majora permitteret. Denique ea fortuna Drusi fuit, ut malefacta collegarum, quam

1. *M. Livius Drusus.*] Cicero pro Milone, Plutarchus Catone. Non fuit ille, ut nuper quidam ad Orationem pro Milone falso putavit, qui C. Gracchi pernitiosis conatibus restitit, cujus mentio apud Plutarchum, Suetonium, Appianum, Ciceronem De finibus, sed ejus filius, de quo C. Carbo apud Ciceronem in Oratore: *O Marce Druse loquitur de patre tu dicere solebas, sacram esse rempub. quicumque eam violasset, ab omnibus ei esse pœnas persolutas. patris dictum sapiens, temeritas filii comprobavit.* De temeritate Valerius lib. 9. cap. 5. seditionis causam invenies in Epitoma 70. Flori lib. 3. Cicer. 2. de Oratore, aliis. Schegk.

2. *P. Rutilium.*] Rufum, Est ille ipse historicus, de quo supra, Consul cum Manlio vita Socraticum probavit. certatim in eo extollendo scriptores. Minutius in Octav. *Quod si mundus divina providentia & alicujus numinis auctoritate regeretur, numquam mereretur Phalaris & Dionysius regnum, numquam Rutilius, & Camillus exsilium, numquam*

*Socrates venenum.* Damnatu Smyrnæ commigravit litterarum studio. Ovidii lib. 1. de Ponto;

*Et grave magnanimum vobis mirare Rutili,*

*Non nisi reditus condicione datus,*

*Smyrna virum tenuit.* — Schegk.

3. *In iis ipsis, quæ pro senatu moliebatur.*] Notabilis est Sallustii locus orat. 2. de rep. ord. *M. Livio Druso sumper casualium fuit, in tribunatu summa operum pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi auctores ferent homines fastidiosi, quibus dolus atque militia fide cariora erant. Ubi intellexerunt, per unum hominem maximum beneficium multis mortalibus dari, videlicet & sibi quisque conficiis, malo atque infido animo esse, de M. Livio Druso juxta ac de se existimaverunt. Itaque metu, ut per tantam gratiam silus rerum potirentur, contra eum nixi, sua ipsius consilia distulbaverunt.* Boecler.

4. *Ut minoribus perceptis.*] Hæc verus lectio, non præceptis, ut volunt. Voss.

x. Ab

quam ejus optime <sup>1</sup> ab ipso cogitata, senatus probaret magis; & honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret; injurias, quæ ab aliis intendebantur, æquo animo reciperet; & hujus summæ gloriæ invideret; illorum modicam ferret. Tum conversus Drusi animus, quando bene <sup>14</sup> cœpta male cedebant, ad dandam civitatem Italiæ. quod cum moliens revertisset à foro, immensa illa & <sup>2</sup> incognita, quæ eum semper comitabatur, cinctus multitudine, in atrio domus suæ <sup>3</sup> cultello percussus, qui affixus lateri ejus relictus est, intra paucas horas decessit. Sed cum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium morientiumque frequentiam, effudit vocem convenientissimam conscientiæ suæ: *Ecquando, inquit, propinqui amicique similem mei civem habebit resp.?* Hunc finem clarissimus juvenis vitæ habuit. cujus morum minime omittatur argumentum. Cum ædificaret <sup>4</sup> domum in Palatio in eo loco, ubi est, quæ quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statilii Sisennæ est; promitteretque ei architectus, ita se eam ædificaturum, ut <sup>5</sup> libera à conspectu, immunis ab omnibus <sup>6</sup> arbitris esset, neque

1. *Ab ipso.*] Voces, *ab ipso*, superflue censet. Lipsius.

2. *Incognita.*] Possis legere *incondita*.

3. *Cultello percussus.*] A C. Vario. Cicero 3. de natura Deor. ambigunt tamen auctores. Senecam De brevitate vitæ consule, Pliniumque lib. xxxix. cap. 9. Leges ejus tanquam contra auspicia latæ consule Philippo referente uno SC. sublata. Pædianus, & Cicero 3. de Legib. Schegk. *Cultello percussus.*] Florus, quasi de fatali morte, Drusum, inquit, agrum rerum temere motarum matrua, ut in tali discernitur, mors absulit. Ceteri tamen percussoris manu (Ciceroni C. Varius, mox importunissimus, vocatur) periisse consentiunt. Senec. de brev. vit. 6. Disputatur, an ipse sibi manus attulerit. subito

enim vulnere per inguen accepto, collapsus est: aliquo dubitante an mors voluntaria esset, nullo, an tempestiva. Idem Consol. ad Marc. 16. intra penates intermentum, incerto cadis auctore memorat. Boecler.

4. *Domum.*] Vulgo, *templum*.

5. *Libera à conspectu.*] Quis non videt superfluere tanquam interpretamentum sequentis sermonis? *libera à conspectu*, itaque tollatur. *Gruter*, tolerari tamen potest.

6. *Arbitris.*] Vulgo *hominibus. Arbitris.*] Prima editio optime, ab omnibus arbitris. Arbitri sunt inspectores, censores, quique facta tua aut verba arbitrentur. Plautus:

— *Potare, amare quæ, ne qui sciat Neve arbitet sit.*



neque quisquam in eam despiciere posset: Tu vero, inquit, siquid in te artis est, ita compone domum meam, ut, quid-  
 15 quid agam, ab omnibus perspici possit. In legibus Gracchi inter perniciosissima numeraverim, quod extra Italiam colonias posuit. id majores (cum viderent tanto potentiorum Tyro Carthaginem, Massiliam Phocæa, Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Mileto, gentili solo) diligenter vitaverant, ut cives Romanos ad censendum ex provinciis in Italiam revocaverint. Prima autem extra Italiam colonia Carthago condita est. Mors Drusi jam pridem tumescens bellum excitavit Italicum. quippe L. Cæfare, P. Rutilio Coss. abhinc annos cxx, univ[er]sa Italia, cum id malum ab A[sc]ulanis ortum esset, (quippe

Iterum:

*Scede huc nunc jam si videtur procul, Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.*  
 Lipsius.

1. Neque quisquam in eam despiciere possit. Non ait idem, quod in præcedentibus, Vellejus. Nam despiciere valet, ab alto inspicere. Falluntur itaque, qui verba hæc pro glossæmate inducenda esse, contendunt. Vossius.

2. Ut quicquid agam. Vir verè antiquus Romanum ad morem. Nam, ut ait Cato, & in atrio & duobus ferulis epulabantur antiqui: Unde Juvenalis: — quasi ferula septem

Secreto cenavit avus?  
 Ibiq[ue] etiam pecuniam deponere, unde qui honoratiores servi erant, liminum custodes adhibebantur. & quæ sequuntur in Servio ad hoc Virgillii: — vocemque per amplâ volutant

Atria. —  
 Et Valerius lib. 2. cap. 5. Nam maximis viris prandere & cenare in propatulo, veterundia non erat: nec sanè ulla opulas habebant, quas populi oculis subjicere erubescerent. Schegk.

3. Quod extra Italiam colonias posuit. Sigon. de antiq. jur. provinc. 1, 2.

Est autem laudabili observatione hic à Vellejo animadversum & comparatione nobilium exemplorum veluti commentario illustratum, illud Romanorum de coloniis extra Italiam non deducendis arcanum, qui profundo consilio, ut in plerisque imperii artibus, sedem sui imperii majestatemque non parum hac ratione firmabant. Boecler.

4. Ad censendum. Ad censum instituentium.

5. Prima autem. Parum abest, quin totum hoc exturbandum dicam: totidem enim verbis lib. priori legitur. Vossius.

6. Mors Drusi. Flor. 3, 18. ibique Cæteri vidend. Sigon. de antiq. jur. Ital. 3, 1. Boecler.

7. Tumescens. Veluti cum tempore quadam erumpens.

8. Italicum. Sic dictum, quia caput imperii sui Corfinium legerant. Sociale Floro; Massicum Straboni: Scripserunt hoc bellum Appianus 1. bell. civil. Strabo lib. 5. Livius lib. 71. & 82. Plinius lib. 32. cap. 1. Eutropius, Orofius, Macrobius Saturnal. 1. Schegk.

9. Annos cxx. Lege, cxi. Manut.  
 10. Univ[er]sa Italia. Ita emendat Manutius,

(quippe Servium prætorem, Fonteiumque legatum occiderant) ac deinde à Marfis exceptum, in omnes penetrasset regiones, arma adversus Romanos cepit. quorum ut fortuna atrox, ita causa fuit justissima. petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur: per omnes annos atque omnia bella, duplici numero se militum equitumque fungi, neq[ue] in ejus civitatis jus recipi,

nurium, cum vulgo legeretur, cum id malum in univ[er]sa Italia ab A[sc]ulanis ortum esset. Univ[er]sa Italia. Ut illud, univ[er]sa Italia, ad illud referatur, quod pone sequitur, Arma adversus Romanos cepit. Quod alioqui, unde pendat, non habet, nec potest ipsum per se consistere. Hanc opinor Vellejo mentem fuisse: in verbis fortasse non nihil potuit à nostra conjectura dissentire. nec mihi, à veteribus libris destitutum, affirmare quidquam licet. tantum, quid sentiam, ostendo, studio, & propensione quadam animi ad litteras adjuvandas. Manutius. Univ[er]sa Italia. Florus lib. III. cap. XVIII. A[sc]ulo fuor omnis evipit. Belli ea origo fuit, quod A[sc]ulani cives Romanos intermiserint inter ludos. Julius Obsequens; A[sc]uli per ludos Romani evucidati. Ita lego. Pessimo, imo nullo sensu hæc tenus editum fuit, A[sc]ulo per ludos, &c. Una opera apud eundem paullo post reponimus, Rutilius Lupus: non, Lucilius, ut circumfertur. Vossius.

\* A[sc]ulanis. Picensium oppidum A[sc]ulum Ptolemæo, A[sc]oli hodie.

1. Servium Prætorem. Etiam Orofius C. Servium Prætorem appellat: At Livii Epitoma Q. Servilium Proconsulem, uti & Appianus. Lipsius.

2. Ita causa fuit justissima. Ita Florus 3, 18, 3. socios jus Civitatis quam viribus auceant, justissime postulasse, ait. sed ipse se explicat dum præmittit: Non minore flagitio socii intra Italiam, quam intra urbem cives rebellabant. &

3, 13, 2. cum de his causis loquitur, Inerat, inquit, omnibus species aequitatis. Ergo species aequitatis intelligenda est, non ipsa aequitas: sive, ut clarior dicam, aequitas erat aliqua in petitione. sed nulla aequitas in obtinenda petitionis modo. Boecler.

3. Duplici numero. Petrus Delbenius legend. putat, duplici munere. Manutius. Duplici numero. Frustrâ vexatur hic locus, qui valet. Tamen legendum aliquis censet duplici munere: ab imperitiâ aut certè incogitantia moris prisca, qui fuit, ut socii duplum militum ferè darent præ Romanis. Livius sæpe ingerit, ut lib. xxxvi. Decretum ut novorum militum tria millia duceret, & trecentos equites: ita ut in his duæ partes socium Latini nominis, tertia civium Romanorum esset. Libro xxxv. Imperatum L. Quinctio, uti duas legiones civium novas scriberet, & socium at Latini nominis viginti millia pedum, & equites octingentos. En, manifesto numero duplici: quoniam legiones tunc nondum sex millium factæ. Exempla plura observabis. Lipsius. Duplici numero. Liv. 22, 37. Milite, ait, & æque equite nisi Romano Latineque nominis non uti populum Rom. qui tamen postea mutavit, v. Herm. Hug. mil. equestr. 2, 2, usurpatur hic (quod observari debet) Miles pro pedite, ut apud Vellejum Nostrom milites equitesque dicuntur. Ad Sigon. de ant. jur. Ital. 1, 21. Boecler.

4. Militum equitumque. Ergo equites sejunctâ militibus? Ita, genere quodam



quæ per eos in ipsum pervenisset fastigium, per quod homines ejusdem & gentis & sanguinis, ut externos alienosque fastidire posset. Id bellum <sup>1</sup> amplius ccc. millia juventutis Italicæ abstulit. Clarissimi autem imperatores fuerunt Romani eo bello: Cn. Pompeius, Cn. Pompeii Magni pater, C. Marius, de quo prædiximus, L. Sulla, anno ante prætura functus, Q. Metellus, Numidici filius, qui meritum cognomen Pii consecutus erat. <sup>2</sup> quippe expulsum civitate à L. Saturnino tribuno pleb. quod solus <sup>3</sup> in leges ejus jurare noluerat, pietate sua, auctoritate senatus, <sup>4</sup> consensu reip. restituit patrem. Nec triumphis, honoribusque, quam aut causa exilii aut exilio aut re-  
16 ditu clarior fuit Numidicus. Italicorum autem fue-  
runt

dam loquendi. Nam Pedites, quia plurima & præcipua militiæ pars, *ἰεοχρ* quadam veniunt sæpe soli in Militum nomen. Cæsar 111. de Bello civili: *Cum ipsi numero militum equitumque præfuerent.* Hirtius in bello Africo: *Ad præfectum militum equitumque copias.* Et alibi quoque in iis libris. *Lipsius.*

1. *Amplius ccc. millia.*] Non dubito pro cladibus & cadibus quas passim lego. In Eutropio tamen minor multo numerus: qui de bello Sociali & Civili simul, libro v. scribit: *Consumserunt ultra c. m. hominum, viros consulares xxiv. Prætorios vii. Edilitios 1x. Senatores serè ccc.* Sed ego profecto ibi scribam adauctis notis, n. m. hominum. nec minus fuit in utroque illo bello. *Lipsius.*

2. *Quippe expulsum.*] *Val. Max. 2, 8, 4, & 5, 2, 7. Appian. bell. civ. Cic. pro Sext. 16. Flor. 3, 16, 2. Boecler.*

3. *In leges ejus jurare.*] Remoram hic injicit vir adprime has doctus literas. ait, *more majorum in leges jurari.* movetur hoc, & Dionis lib. 39. scriptoris virorum Illustr. Apuleii, & Dionysii lib. 6. locis. Sed errat tantum, ut hoc statuatur, ut mage contra-

rium. omnes videas penitius, & loqui præter Halicarnass. de perniciosarum rerum auctoribus sive tribunis, dabis, & hætenus facile concesserim. Cum enim suas leges firmare contra bonos & viros & cives legitimo modo non quiverint, huc, malo modo, nullo bonorum more descendisse quis negaverit? Halicarnassæi locus aperte de Legibus sacratis agit. Sed quid ad Livium lib. 31. *Quia Flamen Dialis erat, ait, jurare in leges non poterat.* Facile eludis istum. loquitur de Diali qui in magistratu. magistratum autem in suas leges jurasse, se servaturum neque violaturum æquum fuit. cur non Dialis? quia iis jurate omnino nefas. Agell. lib. 10. cap. 15. *Quid plura? hoc certum, non arbitrarium: in leges non juratum, nisi scito cautum jurare.* Schegkii.

4. *Consensu Reip.*] Nemo, vel mediocriter in Romanis rebus versatus, non intelligit, *consensu populi Romani,* legendum esse. Natus error ex litterarum similitudine, ut alibi quoque. nam *Resp.* sic, *R. P.* Populus autem Romanus, *P. R.* scribebatur. quod jam pueris quoque notum est. *Mann.*

I. Silo

runt celeberrimi duces, <sup>1</sup> Silo Poppædus, <sup>2</sup> Herius Asinius, <sup>3</sup> Insteius Cato, C. Pontidius, Telefinus Pontius, Marius Egnatius, <sup>4</sup> Papius Mutilus. Neque ego verecundia

1. *Silo Poppædus.*] Ita legi potest: *Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces, Silo Poppædus, Hirius Asinius, T. Vettius Cato, C. Pontius Telefinus, Marius Egnatius, Papius Mutilus.* Ita Appianus lib. 1. Bell. Civil. profert hæc nomina, & fortasse aliquanto emendatiora, quam nunc sunt in Velleii codicibus. Illud certe, quod est in libris vulgatis, *Insteius Cato*, penitus displicet, pro quo Cicero in Philippicis, & Appianus libro supra memorato habet, *T. Vettius Cato*, quod placet. *Ursinus. Silo Poppædus.*] Melius *Pompædus*: ex Diodoro, ac Orofio. Apud Appianum est, *Πομπαιδ*, aut *Πομπιδ*. Ita enim aliquos scribere video: in his Josephum Antiquit. Jud. lib. xix. cap. 1. Ubi tamen non hunc, sed alium posteriorem nominat. Dio quoque lib. xlviii. Antonii ducem quandam *Οοπίδιον Σιλων* appellat. Sed lego, *Πομπιδιον*. Apud Senecam patrem Declamatorum quidam mendose *Pompæus Silo* vocatur: ac ita quoque hujus nomen corruptum apud Obsequentem. Plutarcho in Apophtheg. hic *Πόμπει*, in Mario *Ποπιδ* dicitur. Utrobique scribendum *Πομπιδιον*, aut potius *Πομπαιδ*, ut apud eundem in Catone Minore. In hunc modum Florus, Livii epitomator, alique restituendi. Piget enim hæc pluribus prosequi. *Vossius.*

2. *Herius Asinius.*] Livio lib. 73. *Hirius Asinius Marrucinorum prætor.* *Insteii*, & *Istii Capitonis* mentio apud Tacitum lib. 13. *Annal.* & in lapide apud Cujacium lib. 9. Observat. c. 37. *Papius*; Orofio, *Papius Mutilus*; Diodoro, *Aponius Morylus*. Schegk.

3. *Insteius Cato.*] Ursinus legit, *Vettius Cato*; ex Appiano, & Ciceronis Phil. xi. Ego amplius deliberandum censeo. Nam unde *Insteius* nomen paucis notum hic irreperit? Itaque hæreo, an non *Insteius Capito* sit legendum, ex Taciti xiiii. *Annal.* ubi *Insteii Capitonis*, sed alterius, mentio. Si tamen Ursini lectio placeat, eo quod *Capitonis* alii in enumeratione ducum non meminerint, incertum erit, num P. an T. an C. *Catonem* vociter Velleius. Quodnam enim scrutari porui, duo, vel forte tres Catones inter Italicos duces fuere. Primus, ut dixi, est *P. Vettius Cato*. Hunc Cicero Phil. xi. & Appianus, *P. Vettium* nominant. Alter est *Titus Vettius Cato*. Eum Eutropius *T. Vettium* appellat: uti & Cicero Phil. xi. ubi vulgo legitur: *cum P. Vettio Catone duce Marforum*. Sed cum in optimæ notæ Ms. Bibliothecæ publicæ hujus Amstelodamensis urbis invenirem, *cum P. Vettio, & Titio Scatonis*: non dubito, quin legendum sit, *cum P. Vettio, & Tito Catone*. Tertius esset, *C. Vettius prætor Marforum*; cuius meminit Seneca de Beneficiis 111. xxxi. Sed locus mihi suspectus. Puto verius esse, *T. Vettius*: idque Cicero præeunte, ut vidimus. *Vossius.*

4. *Papius Mutilus.*] Vulgo, *Mutilus Papius Mutilus*.] Lege, *Mutilus*. Non affero Appianum, Orofium, & alios, qui ita scribunt. Satis id firmant Fasti, qui ad annum urbis ncccxi. ex eadem gente consulem constituunt M. Papium Mutilus. Mendose etiam apud Diodorum in excerptis libri xxxvi. apud Photium scribitur, *Γαίος Απώνιος Μήτιλος*, pro *Γαίος Πάπιος Μήτιλος*. Apud Plutarchum lib.



dia domestici sanguinis gloriæ quidquam, dum verum refero, subtraham, quippe multum Minatii Magii, atavi mei, Asculanensis, tribuendum est memoriæ: qui nepos <sup>1</sup> Decii Magii, Campanorum principis; celeberrimi & fidelissimi viri, tantam hoc bello Romanis fidem præstitit, ut cum legione, quam ipse in <sup>2</sup> Hirpinis conscripserat, <sup>3</sup> Herculanæ simul cum T. Didio caperet, Pompejos cum L. Sulla oppugnaret, <sup>4</sup> Cosamque occuparet. cujus de virtutibus cum alii, <sup>5</sup> tum maxime dilucideque Q. <sup>6</sup> Hortensius in Annalibus suis retulit. <sup>7</sup> cujus pietati plenam populis R. gratiam retulit; <sup>8</sup> ipsum viritum civitate donando, duos filios ejus creando prætores, <sup>9</sup> cum seni adhuc crearentur. Tum varia atque atrox fortuna

Italici

lib. de Fortuna Rom. est *Μεγαλοπλις*. Ubi *Μεγαλοπλις* legendum, non *Μεγαπλις*, quod volebat Popma. *Voss.*

1. *Decii Magii.*] Vir doctus hic legendum affirmat, *Decimi*. Eo impulsus, ut ait, quod necessario hic esse debeat prænomen. Sed fallitur. Nam Italicos duces duo gentilicia nomina quandoque habuisse constat. Ut *Minatius Magius*, *Marius Egnatius*, *Hevius Asinius*. *Decii* autem hujus meminit etiam *Livius* lib. *xxviii*. ac *Silius Italicus* lib. *viii*. Ex quo apparet, *Livii* iridem locum frustra à *Sigonio* esse tentatum. *Vossius.*

2. *Hirpinis.*] Vide *Cluverum* in *Italia antiqua*.

3. *Herculanæum.*] *Plinius*, *Cicero*ni, & *Mela*; *Herculanum* *Ἡρκαλανόν*, *Straboni*; Hujus mentio quoque apud *Nonium*, in verbo *Fluvius*. *Campaniæ* *Felicitis*, ad *Sinum Puteolanum* urbs est, inter *Pompejos* & *Neapolim*, *Halicarnassæo*. *Ortel.*

4. *Cosamque occuparet.*] *Quidam* legendum censent, *Cosim*. Quæ urbs *Umbriæ* *Livio*, *Mela*, *Plinio*, *Stephano*: imo etiam, si vulgatis editioni-

bus stamus, ipsi *Vellejo* lib. *priori*. Sed nihil hic mutandum, satis clarum esse possit ex iis, quæ ibi notavimus. Quamquam magis inclinet animus, ut hic *Cosiam* legendum putem. Quæ *Hirpinorum* urbs est, ut infra dicemus. Nam de *Hirpinis* hic loquitur *Vellejus*. *Vossius.*

5. *Tum maxime dilucideque.*] *Lipsius* legit, *tum maxime dilucide Q. Hortensius*.

6. *Hortensius.*] Meminit ejus quoque *Cic.* 3. de *Orat.* item in *Bruto* cum *laude* & *Senec.* in *pr. contr.*

7. *Cujus pietati.*] *Editio* vetus interserit vocem *ille*. ex quo *Lipsius* legendum conjicit, *cujus scilicet pietati*.

8. *Ipsum viritum.*] *Id* valet: solum & seorsum civem faciendum, non unâ cum aliis & in turbâ. Quod certe ad honorem ejus facit, & amorem simul indicat Romanorum. Volui aliquando scribere: *Ipsum Quiritium civitate donando*. nunc desisto. *Lipsius.*

9. *Cum seni adhuc crearentur.*] Non frustra hoc adjectum. brevi post, *Sulla* *Dictator* numerum vel ad *ix.* auxerat *Lipsio* ad *Taciti* *i.* teste: vel ad decem, quod *Pomponio Jurisconsulto* titulo de *Origine juris* visum, suffragante *Cl. viro*

Italici belli fuit, ut per biennium continuum duo Romani consules, *Rutilius* ac deinde *Cato Porcius* ab hostibus occiderentur, exercitus P. R. multis in locis fundere-<sup>1</sup>retur, utque ad *Saga* iretur, diuque in eo habitu maneretur. <sup>2</sup> Caput imperii sui <sup>3</sup> *Corsinium* legerant, quod <sup>4</sup> appellarent *Italicum*. Paullatim deinde recipiendo in ci-

vitate,

*Cl. viro P. Pithæo* in notis ad *Collationem Legum Mosaicarum*, & *Onuphrio Panvinio* in *Fastis*. *Schegk.*

1. *Utque ad Saga iretur.*] *Sagum* amicum militare Græcis, Gallis, Germanis, Hispanis usitatum cum Romanis. *Cicero*, *Plutarchus*, *Tacitus*, *Strabo*, *Nonius*, *Suetonius*. Hoc Romæ moris in dubio periculosi Martis eventu sumere; ut in tumultu, & tristi tempore civitatis ponere anulos, indicare justitiam, disferre vadimonia, mutare vestem. *Livius*, *Tacitus*, *Suetonius*, *Juvenalis*, *Lucanus*, alii. Et sumtum (ad quod *SC.* vel lege opus *Cic. Philipp.*) non deponeretur nisi spe latiore, & Fortuna obsequente. *Orosius* lib. 5. *Consulares*, tamen ait *Cicero*, *Phillip.* 8. *sogati* esse solent, cum civitas est in sagis. Eius tria, ni fallor, genera. Unum lugubre, id est, luridum, nigrum, pullum, luctu fugaque dignum, ut *Commentator Horatii* ad *Epod.* describit, & de quo nos hic. Alterum gregale, militum dico, densum & villosum: cujus colorem diu acquisivi, nec inveni: coccineum *Commentator* tribuit sine ratione, & auctore. *Scio*, Romanis coccineam tunicam supra prætorium extensam futuri prælii signum fuisse. sed quid huc? Doctissimus vir confundit cum illo, ego hæreo, & *Strabonem* lib. 3. audio, tamquam novum quid tradentem, esse gentes, quæ pullo sive nigro utantur sago. Tertium, Imperatoris, quod paludamentum proprie. *Apuleius Apologia* 1. *Verum tamen hæc, Diogeni, Antistheni* pera & baculus, quod regi-

*bus diadema*, quod Imperatoribus paludamentum, quod prætoribus gæterum, quod lituus, quod ibi. Color purpureus seu puniceus, præter exempla à doctis prolata ex *Hirtio* lib. 1. *Belli Africanoprobo*: Nam cum *Scipio* sagule purpureæ ante regis adventum uti solent, dicitur *Juba* cum eo egisse, non oportere illum eodem uti vestitus; itaque factum est, ut *Scipio* ad album se vestitum transferret. Ex quo & hoc haut absurde colligas, purpureum præcipue principem; album etiam eos, qui in exercitu alijus dignationis & gradus, induisse. *Schegk.* *Utque ad Saga iretur.*] *Mores Romano* se. quo in tumultu ad *Saga* iri decernatur. differt hæc mutatio vestium ab illa altera, in cuius causa usurpari solita, qua pro nitidioribus sordida vestes sumebantur. vide *Brisson.* 2. *formul.*

2. *Caput imperii.*] Ex antiqua editione legit *Ursinus*: caput imperii sui legerat *Corsinium Italicum*.

3. *Corsinium.*] *Korpsivon*, *Pelignorum* urbs primaria; *Straboni*, *Diodoro*, & *Ptolemæo*; *Corsiniensis* *Plinio*. *Campi di S. Pellino*, alio nomine *Pentatinio* hodie vocari, apud *Leandrum* & *Collenatum* lego. *Ortel.*

4. *Appellarent.*] *Fortasse* legendum, *appellarunt*. *Burrer.* *Appellarent Italicum.*] *Lege*, *appellarunt Italicum*. *Corsinium* *Italicum* dictum, liquet ex *Strabonis* l. v. & *Diodori* excerptis l. *xxxviii*. apud *Photium*. Hinc *Silius Italicus*, hoc est, *Corsiniensis*. *Vossius.* *Appellarent.*] Non video, quæ ratio adigat, ut *Italicam* legamus. v. *Sigon. de antiq. jur. Ital.* 3, 1. *Boecler.*



vitatem, qui arma aut non ceperant, aut deposuerant ma-  
 turius, vires refectæ sunt: Pompeio Sullaque & Mario  
 1 fluentem procumbentemque Remp. restituentibus.  
 17 Finito ex maxima parte, nisi quæ Nolani belli manebant  
 reliquiæ, Italico bello (quo quidem Romani victis affi-  
 ctisque ipsi exarmati; quam 1 integris universis civita-  
 tem dare maluerunt) consulatum inierunt Q. Pompeius  
 & L. Cornelius Sulla: 4 vir qui neque ad finem victoriæ  
 fatis laudari, neque post victoriam abunde vituperari pos-  
 test. 3 hic natus familia nobili, sextus à Cornelio Rufino,  
 qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum  
 familiæ ejus claritudo 6 intermissa esset, diu ita se gessit,  
 ut nullam petendi consulatum cogitationem habere vi-  
 deretur. deinde post præturam illustratus bello Italico,  
 & ante in Gallia legatione sub Mario, qua eminentissi-  
 mos duces hostium fuderat, ex successu animum sum-  
 sit; petensque consulatum, pæne omnium civium suf-  
 fragiis 7 nactus est. sed cum honorem 8 undequingagesi-  
 mo

1. *Fluentem procumbentemque.*] Non  
 optimè ad metaphoram, quæ conti-  
 nuari in his talibus amat, conjungi  
 duo ista, quæ vocant, participia viden-  
 tur. Itaque jam labelbar, ut ruentem  
 substituerem. Nihilominus Virgilius  
 quoque meminit:

*Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri  
 Spes Danawm. Acidalium.*

*Fluentem procumbentemque.*] In Ms. fuit:  
*Rempubliam P. R. restituentibus.* Nec  
 putem mutandum temere. Aggenus  
 de limitibus agtorum: *Est ager similia  
 subsceivorum, conditoni extra clusus, qui  
 si R. P. Populi Romani datus non est, & c.  
 jure subsceivorum, in ejus, qui assignare  
 potuerit, remanet potestate.* Unde infra  
 etiam forte legi debet: *Quod non Au-  
 gustus post reditum in Urbem R. P. Populi  
 Romani representavit: non autem, R. P.  
 Populoque Romano, representavit; ut  
 vulgo edunt. Voss.*

2. *Nisi quæ.*] Lipsius, nisi quod Nol.  
*Nisi quæ.*] Lego, qua, pro qua-  
 tenuis, apud optimos quosque Scripto-  
 res passim obvium. *Vossius.*

3. *Integris.*] Avaletudine metapho-  
 ram duci, innuere videntur ista: *affli-  
 ctis, & c. integris.* Acidal.

4. *Vir qui neq. ad finem victoria, & c.*  
 Plane ad hanc sententiam *Valer. 9, 2, 1.*  
*L. Sulla, quem neque laudare, neque vi-  
 tuperare quisquam satis digne potest:  
 quia dum quarit victorias, Scipionem se  
 populo Romano; dum sevitiam exercet,  
 Annibalem representavit.* Boeclerus.

5. *Hic natus familia nobili.*] Vide *Plu-  
 tarchi Syllam.*

6. *Intermissa esset.*] Acidalium legit,  
*intermississit.* Activa autem illa voca-  
 bula sæpe passive sumuntur.

7. *Nactus est.*] Ita restituit Grute-  
 rus; vulgo, *factus est.*

8. *Undequingagesimo.*] Plutarchus,  
 quin-

mo ætatis suæ anno assecutus est. Per ea tempora Mi- 18  
 thridates Ponticus rex, 1 vir neque silendus neque dicen-  
 dus sine cura, bello acerrimus, virtute exitinius, aliquando  
 fortuna, 2 semper animo maximus, consiliis dux, miles  
 manu, odio in Romanos Hannibal; occupata Asia, 3 ne-  
 catisque in ea omnibus civibus R. quos quidem eadem  
 die atque hora, redditis civitatibus litteris, ingenti cum  
 pollicitatione præmiorum interimi iusserat (quo tem-  
 pore neque fortitudine adversus Mithridatem, neque  
 fide in Romanos quisquam Rhodiis par fuit. horum fide-  
 dem 4 Mitylenæorum perfidia illuminavit: qui M. Aquil-  
 lium 5 aliosque Mithridati vinctos tradiderunt; quibus  
 libertas, 6 in unius Theophanis gratiam, postea à Pom-  
 pejo

*quingagesimo. Ὑπὸ τῷ μ, inquit,  
 ἀπαθῆκον) περιτρίβω ἐπὶ τερπιάδ.*  
 Lipsius.

1. *Vir neque silendus.*] Quippe cum  
 quatuor Pyrrho, xvii. Annibali suffe-  
 cerint, ille per quadraginta annos resistit,  
 donec tribus in gentibus bellis subactus,  
 felicitate Sullæ, virtute Luculli, magnitu-  
 dine Pompeji consumeretur. Florus lib. 3.  
 cap. 5. Appianus, Plutarchus in Sulla,  
 Lucullo, Pompejo, Cicero pro L. Ma-  
 nillio, alii. Schegk.

2. *Semper.*] Malim, aliquandiu. Sed  
 de magnitudine animi hujus regis,  
 emendetur Sallustianum fragmentum,  
 apud Fabium, si memini: *Mithrida-  
 tes corpore ingenti, perinde & armatus.*  
 Facito: *perinde & animatus.* Lipsius.  
*Semper animo.*] Vir summus adducit  
 heic fragmentum Sallustii de eodem  
 Mithridate: *Mithridates corpore ingenti,  
 perinde & armatus: exque eo facit per-  
 inde & animatus.* forsitan verè, si constar-  
 ret nobis, quæ verba huic frusto annexa  
 fuissent. id cum non liqueat, putarim  
 suam esse energiam lectioni vulgatæ.  
 Sic Curtius fere lib. 8. *Ipse Porus hu-  
 manæ magnitudinis propemodum excels-*

*serat formam. magnitudini Porci adhibere  
 videbatur bellua qua vehebatur, & c.*  
 Gruterus.

3. *Necatisque in ea omnibus civibus  
 R.*] Memnon de Tyrannis Heracleæ  
 Ponticæ, item Valerius Maximus l. ix.  
 cap. 11. 1. xxx millia Romanorum de-  
 cisa tradunt. Ut omnino sit verisimile,  
 Plutarchum in Sylla errare; qui nu-  
 merum usque ad c. & l. millia adauxit.  
 Quanquam Appianus in Mithridaticis  
 Plutarcho fidem adstruere videatur.  
 Centum enim & sexaginta millia per-  
 emptæ fuisse, tradit. Sed Memnonis  
 hic potior videtur auctoritas. *Voss.*

4. *Mitylenæorum.*] *Mitylene*, Plinio,  
 Melæ, Arriano, Vitruvio, & Ptole-  
 mæo, Lesbi insulæ oppidum liberum.  
*Mitylin* vocat Sophianus. *Ortel.*

5. *Aliosque.*] Q. Oppium procon-  
 sulem intelligit. *Schegk.* Et hæc sum-  
 ma harum gentium fuit perfidia.

6. *In unius Theophanis gratiam.*] *Plu-  
 tarch. in Pompej. & Vossius de Hist.  
 Græc. 1, 23.* Apud *Tac. 12. 61, 2. Cois*  
 in unius Xenophontis medici gratiam  
 immunitas concessa. Apud *Plutarch.*  
*advers. Colot.* in unius Aristotelis gra-



pejo restituta est) cum terribilis Italix quoque videtur imminere, forte obvenit Sullæ Asia provincia. is egressus urbe, cum circa Nolam moraretur (quippe ea urbs pertinacissime arma retinebat, exercituque Romano oblidebatur, velut pœniteret ejus fidei, quam omnium sanctissimam bello præstiterat Punico) P. Sulpicius, tribunus pl. disertus, acer, opibus, gratia, amicitii, vigore ingenii atque animi celeberrimus; cum antea rectissima voluntate apud populum maximam quæssisset dignitatem, quasi pigeret eum virtutum suarum, & bene consultata ei male cederent, subito pravus & præceps, C. Mario, post LXX annu omnia imperia & omnes provincias concupiscenti addixit, legemque ad populum tulit, qua Sullæ imperium abrogaretur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum; aliasque leges perniciosas & exitiabiles, neque tolerandas liberæ civitati tulit. quin etiam Q. Pompeii consulis filium, eundemque Sullæ generum, per emissarios factionis suæ interfecit. Tum Sulla contracto exercitu ad urbem rediit, eamque armis occupavit, XII auctores novarum pessimarumque rerum, inter quos Marium cum filio & P. Sulpicio,

tiam *Stagira* excitata. qualia exempla alibi quoque, nec pauca reperiuntur. *Boeclerus.*

1. P. Sulpicius.] De quo Padianus. Valerius lib. 6. Cicero in Bruto. de bello cui non dictus Hylas? *Sehegus.* P. Sulpicius.] Idem retulerat A. Conius Padianus ad Orationem Ciceronis pro Cornelio. Sed locus ejus etiam num corruptus. Adscribam ergo illum, ut, quantum in me est, repurgem. Ait autem de Sulpicio: *Ab initio bonarum actionum ad perditas progressus. Quod & initium bellorum civilium fuit, & propter quod ipse Sulpicius Cos. armis ire oppressus esse visus est.* Lego, nulla fere mutatione: propter quod ipse Sulpicius, consularibus armis jure oppressus esse visus est.

Nam *trò Cos.* antiquis librariis, & consulem, & consulatum, & consularem notabat. Ex *ire* etiam fecimus *jure*. Vere, ut arbitror, & ex usu historiarum. Quippe Sulpicium, Sylla consulente, in Laurentinis paludibus jugulatum, mox etiam prodiit Velleius. Cum quo consentiunt Florus, Appianus, Orosius, aliique. *Vossius.*

2. *Quæssisset.*] Ut alibi pro simplici compositum, ita hic pro composito simplex. *Quærere* est enim acquirere: neque nostrum solum, sed plerisque probatis omnibus. Justinus lib. 2. *Imperium Asia ter quæssere* lib. 1. *Regnum quod fraude quæsserant.* At hic quidem trecentis locis, quæ cui bono quæram? *Acidal.*

I. LAM

picio, urbe exturbavit, ac lege lata exules fecit. Sulpicius etiam assecuti equites, in Laurentinis paludibus jugulavere: caputque ejus erectum & ostentatum pro Rostris, velut omen imminentis proscriptionis fuit. Marius post sextum consulatum annoque LXX, nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto, circa paludem Maricæ, in quam se, fugiens confectantes Sullæ equites, abdiderat, injecto in collum loro in carcerem Minturnensium jussu II viri perductus est. ad quem interficiendum missus cum gladio servus publicus natione Germanus, qui

1. *Laurentinis.*] Laurentinas paludes à Lauro nomen accepisse constat. Laurentum autem Latii urbs Straboni: de urbe ita Papinius lib. 5. *Sylvarum, Quæ Tyrhena vadis Laurentibus astat undis.*

Laurentinæ quoque paludis Virg. meminit.

2. *Rostris.*] Ex rostris Antiatium navium in foro suggestum erectum, ex quo loco conciones ad populum fieri solitæ. Liv. 1, 8.

3. *Annouque LXX.*] Placeret magis: *Marius post sextum Consulatum, annoque LXX. nudus, & c.* nam illud, *annoque*, ad dictionem *post*, quæ præcedit, referendum est. *Ursinus.* *Annouque LXX.*] Potest esse à glossâ, *annoque septuagesimo.* nam ætate illam expressit antea capite 18. *Gruterus.* *Annouque LXX.*] Lego, *annuque.* Nam si Marius, ut ante Velleio narratum, septuagesimum annum jam fuerit egressus, cum Sulpicius legem ferret, necesse est illud, & magis quidem, locum habere illo jam pulso: licet brevissimum spatium intercesserit. Quod satis colligere possumus ex inscriptione rerum gestarum Marii. Non adscribam eam integram, quia longiuscula est. Sufficiunt hæc verba, quæ ad institutum nostrum spectant: *POST. LXX. ANNUM. PATRIA.*

*PER. ARMA. CIVILIA. PULSUS. ARMIS. RESTITUTUS. VII. COS. FACTUS. EST. Vossius.*

4. *Circa paludem Maricæ.*] Fortasse nomen silvæ prope Minturnas. nam Meningem postea se contulit, ut ex Plutarcho liquet. *Manut.*

5. *In carcerem Minturnensium.*] *Juvenalis Satyra 10.*

*Exsiliu, & carcer, Minturnarumque paludes,*

*Et mendicatus vincta Carthagine panis, Hinc causas habuere. —*

Et Lucanus lib. 2.

*Cum post Teutonicos victos, Libycosque triumphos*

*Exul limosa Marius caput abdidit ulva, Stagna avidi sexere soli, laxaque paludes*

*Deposito fortuna tuum, mox vincula ferri*

*Exedere senem, longusque in carcere pader.*

Eadem Ovidius 4. de Ponto. Valerius in privata domo Minturnis clausum dicit. *Sehegk.*

6. *Jussu II. viri.*] An potius II. virum? Duo enim certe in coloniis. *Lipsius.* *Jussu duumviri.*] Nocuit loco scripturæ compendium. fuit certe, *jussu duumviri ali.* Gruter.

7. *Cum gladio.*] Merum glossema, *cura gladio;*



qui forte ab imperatore eo, bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, <sup>1</sup> magno ejulatu expromenti <sup>2</sup> indignationem

gladio: additum ab eis, quibus gnarum statim sequi; *abjecto gladio profugit è carcere.* at ideo mihi potissimum heic supervacuum videtur. idemque sentio de illis, è *carcere*, quæ modo produxi. *Gruterus.*

\* *Servus publicus.* Cujus ministerio magistratus utebatur juxta Gellium lib. 12. c. 3. Licio tranverso, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. vide & Varr. 7. de ling. Lat. Cic. Verrii. Tac. lib. 1. Annal. & Lipsium in Annot. ad Tacitum.

† *Natione Germanus.* Quem hic Germanum vocat, alii Gallum fuisse scribunt. Sed hujus diversitatis hæc est causa; quod vulgus interpretum nescit, *Cellarum* vocabulum, apud Græcos scriptores, & *Gallia* & *Germania* accommodari. Verisimile est Germanum fuisse, qui sit Cimbrico Teutonicoque bello captus. Sed & insigne Germanicæ probitatis specimen edidit ei parcens, à quo vitâ donatus erat. Nec me moverit vel Plinius vel Florus, qui *Gallum* fuisse scribunt: quod constat Romanos olim, *Gallorum* vocabulo *Germanos* etiam intellexisse, non *Gallos* tantum, modo veterum annales usque istorum securus est. Sed hæc fatens sint in Velleji defensionem *Rhenanus. Natione Germanus.* Cimbrum fuisse, præter Vellejum, tradunt etiam Valerius, & Lucanus. Livii tamen epitomator, Appianus auctorque de viris illustribus, Gallum nominant. Plutarchus utrumque dici refert. *Rhenanus*, aliique eum secuti, nodum se solvisse crediderunt, dicendo, veteres *Gallorum* vocabulo etiam *Germanos* comprehensisse. Sed bene eorum errorem confutat Cluverius *Germania Antiquæ* lib. 1. cap. x. Qui tamen frustra, ubicunque de Cimbrico mentione, Gallorum nomen ex libris

conatur eveliere. Vix enim dubito, quin error ille sit quorundam veterum, qui, cum ipsi essent *ἀγαρωγοὶ καὶ ἄστυ*, secuti sint auctores, qui ante Galliam à Romanis penetratam dixere, quibusque Cimbrorum sedes erant incognitæ. Ita videmus Florum lib. 111. cap. 111. Cimbrum in *extremis Gallia* constitucere. Ubi, ne quis audiat Cluverium, reponentem, *Germania*, addo, apud Rufum Festum, qui Florum sæpe sequitur, legi: *Marius Gallos de Italia expulit: & transiens Alpibus feliciter adversus eos pugnavit.* Hinc Glossæ nostræ membranaceæ: *Cimber, Gallus, civis de Gallia.* Volsius.

1. *Magno ejulatu expromenti.* Gryph. & Steph. *Magno cum ejulatu se prodentem, indignatione casus tanti viri.* Malte, unde tanto Imperatori tam muliebripectus? Cicero in Paradoxis: *Marium in secundis rebus ex fortunatis habeo; in adversis unum ex summis viris.* Sanè in Bruto planè virum laudat. *Schegkii.* *Magno ejulatu expromenti.* Quæcunque aliis, mihi verò mens sedet, *expromis* vel *expromens* legere. *Acidal.* *Magno ejulatu, expromenti.* Minimè legendum *expromens*, ut sedet nonnullis: nam vox *expromenti*, non respicit servum Germanum, sed vocem aditam *ejulatu.* Gruterus. Legi quoque potest, *expromenti.*

2. *Indignationem.* Vide *Cl. Freinsheim. ad Curt.* 10, 8, 3. *Valerius Maximus* 2, 10, 6 ad *Majestatem*, id est, amplitudinem & admirationem tanti viri retulit hunc servi timorem; tum ad memoriam cladis Cimbricæ; denique ad fati providentiam: *Noster de indignatione casus tanti viri* loquens, partim ad miserationem, partim ad priores duas, quas modo dixi, causas respicit. *Boetler.*

gnationem casus tanti viri, abjecto gladio profugit è carcere. Tum cives, ab hoste, misereri paullo ante principis viri, docti, instructum eum viatico collataque veste, in navem imposuerunt. at ille, affecutus circa *Ænariam* filium, cursum in Africam direxit; inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginiensium toleravit: cum Marius, adspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alteri possent esse solatio. Hoc primum anno, sanguine <sup>20</sup> consulis Romani, militis imbutæ manus sunt: quippe Pompejus collega Sullæ, <sup>3</sup> ab exercitu Cn. Pompeji proconsulis, <sup>4</sup> seditione, sed quam dux <sup>5</sup> creaverat, interfectus est. Non erat Mario Sulpicioque Cinna temperator. itaque, cum ita civitas Italiæ data esset, <sup>6</sup> ut in octo tribus contribuerentur novi cives; ne potentia eorum & multitudo veterum civium dignitatem frangeret, plusque possent recepti in beneficium, quam auctores beneficii; Cinna, in omnibus tribus eos se distributurum, pollicitus est. quo nomine ingentem totius Italiæ frequentiam in urbem acciverat. è qua pulsus collegæ optimatumque viribus, cum in Campaniam tenderet, ex auctoritate senatus consulatus ei abrogatus est, susceptusque in ejus locum L. Cornelius Merula <sup>7</sup> flamen Dialis. <sup>8</sup> Hæc injuria homine,

1. *Ænariam.* Inatime Virgilio, Græce Pithecusa, maris Tyrreni insula est in sinu Puteolano.

2. *Cum Marius, &c.* Egregiè exprimit & subjicit lubricum istud & incertum rerum humanarum. Placuit Luciano, & mutuatus est:

— *Solatia fati*  
*Carthago Mariusque talis, pariterque*  
*jacentes*

*Ignovere Deis.* Lipsius.

3. *Ab exercitu.* Aliter, *ad exercitum.*

4. *Seditione.* *Ambitiosi ducis illecebris,* inquit Valerius, *corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiæ mactaverunt.* Schegk.

5. *Creaverat.* Dubito nonnihil, an pro *creaverat* legendum sit *excitaverat*, vel *excitaverat.* Burret. Sed hæc etiam proba lectio est.

6. *Ut in octo tribus.* Vide de re & historia *Sigon. de antiq. jur. Ital.* 3, 1. Annotatur autem hic à Vellejo ipsissima ratio *arcani sive artis*, circa novorum civium admissionem usurpati solitæ. *Boetler.*

7. *Flamen Dialis.* Id est, sacerdos Jovis. Flamines tanquam Filamines dictos Grammatici volunt, quod Filo caput ligent. Nudos enim capite incendere nefas erat, teste Servio.

8. *Hæc injuria.* Peraphrasus ista est:



homine, quam exemplo dignior fuit. Tum Cinna, corruptis primo centurionibus ac tribunis, mox etiam spe largitionis, militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat, receptus est. is cum universus in verba ejus jurasset, retinens insignia consulatus, patriæ bellum intulit, fretus ingenti numero novorum civium, è quorum delectu CCC amplius cohortes conscripserat, ac triginta legionum instar impleverat. Opus erat partibus, auctoritate, gratia: <sup>1</sup> cujus augendæ, C. Marium cum filio <sup>2</sup> de exilio <sup>21</sup> revocavit, quique cum iis pulsi erant. Dum bellum autem infert patriæ Cinna, Cn. Pompeius Magni pater (cujus præclara opera <sup>3</sup> bello Marisco præcipue circa Picenum agrum, <sup>4</sup> ut præscripsimus, usa erat resp. quique Asculum ceperat, circa quam urbem, cum in multis aliis regionibus exercitus dispersi forent, v & LXX civium Romanorum, amplius LX millia Italicorum una die conflixerant) frustratus spe continuandi consulatus, ita se dubium mediumque partibus prælitit, <sup>5</sup> ut omnia ex proprio usu ageret, temporibusque insidiari videretur, & huc

Hanc severitatem ademptæ dignitatis movebatur sane homo, sed ad novas pœnas ( præsertim in tali civitate, in personis talibus ) decurrere, semper periculosum est, propter exemplum, quod datum sibi credit & dicit, quisquis eo abuti cupit. Ita de Clodii eadē infra 2, 47, 4. exemplo inutili, factō salutare rei publicæ jugulatus est. confer supra 2, 3, 4. Boetler.

1. Cujus augendæ. ] Optima lectio, per Hellenismum satis notum. Boetler.

2. De exilio revocavit. ] Inter consilia & instrumenta res novas molientium passim observare licet, revocatos ab exilio proscriptos, patriæq. expulsos; quippe qui & calamitate favorabiles, & patriæ ob exilium infesti, & pro reducto consiliendo omnia ausuri videntur. Boetler.

3. Bello Marisco. ] Flor. 3, 18, 14. Strabo:

Pompejus omnia flammis ferroque populatus, non prius finem cadium fecit, quam Asculi eversione, Manibus tot exercituum consularium, direptarumque urbium Diis licaretur. add. Liv. epit. 74. & 76. Boetlerus.

4. Ut præscripsimus. ] Frustra Velleii memoriam accusat Popma, quia de Piceno mentionem non fecerit. Nam Velleius non locum, sed res gestas respicit. Dixit autem ante: imperatores Romani fuerunt eo bello Cn. Pompejus, Cn. Pompeii Magni pater, C. Marius, &c. Item Pompeio, Sullaque, & Mario fluentem procumbentemque Kemp. P. Romani restituentibus. Vossius.

5. Ut omnia ex proprio usu ageret. ] Livii epit. 79. Cn. Pompeii fraudem notat: qui utramque partem fovendo, vires Cinnae dedit, nec nisi prostrigatis optimatum rebus auxilium tulit. Ita Amyn-

huc atque illuc, unde spes major <sup>1</sup> affuisset potentia, se exercitumque deflecteret. sed ad ultimum magno atrocique prælio cum Cinna conflixit. Cujus commissi patratique sub ipsis mœnibus <sup>2</sup> oculisque urbis Romanæ, pugnantibus spectantibusque quam fuerit eventus exitiabilis, vix verbis exprimi potest. Post hoc, cum utrumque exercitum, velut parum bello exhaustum, laceraret pestilentia, Cn. Pompejus decessit: cujus interitus voluptas, amissorum aut gladio aut morbo civium pæne damno repensata est: populusque Romanus, quam vivo iracundiam debuerat, <sup>3</sup> in corpus mortui contulit. <sup>4</sup> Seu duæ seu tres Pompejorum fuere familia, primus ejus nominis,

tai apud Curium 4, 1, 27. semper ex accipiti mutatione temporum pendit. Ita temporaria Græcorum ingenia incerta fame captant auram, ut quocumque pendentes animos tulisset fortuna, si sequeretur, apud Eundem 4, 5, 11. Boetlerus. Ageret. ] Malim, agere. Quod nisi per alios steterit, per me facile cadet. Vossius.

1. Affuisset. ] Aldus reponebat, affulsisset. Quomodo jam ante eum legebatur apud Cuspinianum; qui hunc locum citat. Vossius.

2. Oculisque. ] Vulgo, sociisque. Oculisque. ] Displacent, sociisque, nec germana sunt. Socii Romanæ urbis, duriter dicuntur eidem pugnas & spectasse, falso. Nam cives quoque parte una pugnarunt, nec focii sane spectatores ulli, sed actores. Denique copula in voce sociisque, non pro sermionis textu. Nos credimus fuisse: sub ipsis mœnibus oculisque (sive oculisque) urbis Romanæ, pugnantibus spectantibusque quam fuerit exitiabilis. Hæc pugna, inquit, commissâ, non ut alia procul à patriâ, sed apud Janiculum, sub orateque oculis Romanæ urbis, quàm tristis funestaque fuerit & pugnantibus & spectantibus, æge dici potest. Sic mihi videtur: &

rogo ne quis ἀπειρῶ τῆ κελικῶν κελικῶν ἔστω. Lipsius. Oculisque. ] Locus obscurus, ac corruptus, ac corruptus, quicquid diversa eruditorum ingenia torserit. Nos minima mutatione rescribimus: sub ipsis mœnibus, sociisque urbis Romanæ, &c. Sensus perspicuus, & qui non egeat interprete. Nec absurda tamen Lipsii conjectura, ut quidam rentur. Putabat ille, pro, sociisque, legendum, oculisque. Ut sensus fuerit, hanc pugnam non commissam procul à patriâ, ut alia; sed sub ore, & oculis urbis Romanæ. Vossius.

3. In corpus mortui contulit. ] Οὐτὲ γὰρ μείω ἄλλως ἰσχυρὴ καὶ ἀγέρον ἐπιδείξασθαι Πρωτοῦσι ἰσχυρὴν ἰσχυρὴν ἰσχυρὴν, ὡς τὸ Πομπηίου πατέρα Στραβῶνα. non erga alium Ducem Romani insensus servisque animati, quam erga Strabonem Pompei patrem evani, inquit Plutarch. Pompej. pr. cujus corpus, cum fulmine ictus exspirasset, dum esset, lecto detractum, omnique ignominia affectum, idem memorat, causamque ejus odii exprimit: ἀπαύσιον ἰσχυρῶν ἐπιθυμῶν. Boetler.

4. Seu duæ seu tres Pompejorum. ] P.



minis, ante annos ferme <sup>1</sup> CLXVIII, Q. Pompejus cum Cn. Servilio consul fuit. Cinna & Marius, haud incruentis utrimque certaminibus editis, urbem occupaverunt: sed prior ingressus Cinna, de recipiendo Mario legem tulit. <sup>2</sup> Mox C. Marius, pestifero civibus suis reditu intravit mœnia. nihil illa victoria fuisset crudelius, nisi mox Sullana esset secuta. neque licentia <sup>3</sup> in mediocris scviturum, sed <sup>4</sup> excelssissimi quique eminentissimæ civitatis viri variis suppliciorum generibus affecti, in iis consul Octavius vir lenissimi animi, jussu Cinnæ interfectus est. Merula autem, qui se sub adventum Cinnæ <sup>5</sup> consulatu abdicerat,

Carol. Sigon. comm. in fast. & triumph. Rom. ad an. v. c. DCII. Orosyrium Panvin. comment. in lib. 1. fast. ad an. DCXIII. Boecler.

1. CLXVIII. Ex vet. habet CLXVII. Burrerius. CLXVIII. Turpiter erravit Marlianus, dum legit LXVIII. & pro Q. Quam, ut habet Rhenanus, reponit. Sed legendum CLXIX. Leopardum vide lib. 8. Miscellan. cap. 8.

2. Mox C. Marius. Lucan. 2. Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia Victor

Intravit! quantoque gradu mors sava curruis! Nobilitas cum plibe perit: lateque vagatur

Ensis, & nullo revocatum est pectore ferrum, &c.

Legendus præsertim Appianus 1. bell. civ. qui etiam indignas mortes tam illustrium virorum, quos hic nominat Vellejus, describit. Boecler.

3. In mediocris. Vulgo immediocri. In mediocris. Tam aperta mendam fallere tam oculos Argos potuisset? Nam ipsa se quidem verba resellunt. Quomodo mediocris scvities, quæ in tot talesque viros varie grassata? Nec sperare heic Vellejum agnosco. Sed emendetur quamprimum me auctore: Neque licentia in mediocris scviturum, sed

excelssimi quique eminentissimæ (sic enim & heic malo) civitatis viri variis suppliciorum generibus affecti. Antiquus scilicet accusativi flexus errorem peperit, ut capiti vocis præpositio afflueretur, caudæ sibilis præcideretur: cui tamen etiam verbi sequentis initialia litera occasione fecit prononrem. Acidalius. In mediocris. Rhenani & Acidalii scripturam pro commodissima habui, secutusque sum. Nam quod non nemo existimabat, immediocri (quod hic legebatur) pro simplici, mediocri, ponti, curiosius videtur quam verius. Boeclerus. Quid tamen si duplex negatio pro simplici posita fuerit?

4. Excelssissimi. Lib. vet. excelssime quoque atque eminentissime additâ copulâ. Ex quo Aldus Excelssimi quique atque eminentissimi civis.

5. Consulatu. Ita recte emendandam, vulgo legebatur, consulis. Consulatu. Cinna, cum ei à Senatu consulatus abrogatus esset, insignia interim consularia retinuit. Quod eo notandum fuit, ut appareret, vulgatum hujus loci scripturam aliquo modo defendi posse. Non displicet tamen, consularu: quomodo Grippio, Marneffio, Stephano, Schegkioque editum. Qui tamen minus candide hanc emendationem

caverat, incisis venis superfusque altaribus sanguine, quos sæpe pro salute reip. flamen Dialis precatus erat Deos, eos in execrationem Cinnæ partiumque ejus tum precatus, optime de rep. meritum spiritum reddidit. <sup>1</sup> M. Antonius, princeps civitatis atque eloquentiæ, gladiis militum, <sup>2</sup> quos ipsos facundia sua moratus erat, jussu Marii Cinnæque confossus est. Q. Catulus, & aliarum virtutum & belli Cimbrici gloria, quæ illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus, cum ad mortem conquiretetur, conclusit se loco nuper calce arenaque <sup>3</sup> perpolitito, illatoque igni qui vim odoris excitaret, simul exitiali hausto spiritu, simul incluso suo, mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Omnia erant præcipitia in rep. nec tamen adhuc quisquam inveniebatur, qui bona civis Romani aut donare auderet, aut petere sustineret. Postea id quoque accessit, ut scvitiæ causam avaritia præberet, & modus culpæ ex pecuniæ modo constitueretur; <sup>4</sup> & qui fuisset locuples, fieret nocens, sui que

tionem sibi adscribere conatur. Vosius. Consulatu. Ita Rhenanus edidit, ne de Auctore hujus lectionis in posterum dubitaret. Boecler.

1. M. Antonius. Cicero 5. Tusculan. Lucanus 2.

— aut te præfage malorum Antoni, cuius laceris pendente canis, Oraferens miles festa vorantia mensæ Imposuit. Schegk.

2. Quos ipsos. Non dubito, quin, ipse, scribendum sit, non ipsos. ut legatur: Quos ipse facundia sua moratus erat, &c. nam verbum, ipse, aliquanto ἐμφατικώτερον videtur. Ursin.

3. Perpolitito. Verius fuerit, perlitto. Lipsius. Perpolitito. Lipsius verius esse putabat, perlitto. Mihi veterem veramque scripturam mutare religio est. Cælius Aurelianus lib. 1. cap. 1. Tardarum Passionum: Sed neque præstantius quicquam antecedentium causarum, ni

adusio, cruditas, violentia, atque exercitium post cibum, vel mansio sine somnus in spelunca affertur, aut nova politura in muris parietis cubiculorum. Vide etiam Festum in Depositiones. Vosius.

4. Et qui fuisset locuples, fieret nocens. Παλαίσιος γδ σκῆ ἐστὶν ὅτε εἰρηλῶς αἰεὶ τὴν ἰχθυοθήραν ἐν τοῖς τοῖστίσι γάρη; δριτίβις enim in hujusmodi casu nihil contra vim potentiorum tui est, inquit Did in descriptione triumphalis, qui postea secuta est, profcriptionis, l. 47. & rursus, cum in aliis occidentis, tum præsertim in dricitibus præmissimas fuisse asserit Triumphos: idque non sine causa. περιπεπλητων τε γδ χρημάτων δειράμοι, καὶ σκῆ ἐχθρῆς ὁπθεν ἀλλοθεν τὰς ἐπιθυμίας τὴν ἐπιθυμῶν ἀποπαράωσι. Cælius, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ἀποπαράωσιν ἔχθρον



1 sui que quisque periculi 2 merces foret; nec quidquam vi-  
 23 deretur turpe, quod esset quæltuosum. Secundum dein-  
 de consulatum Cinna, & septimum Marius in priorum de-  
 decus inuit. cujus initio morbo oppressus deceffit, 3 vir in  
 bello hostibus, in otio civibus infestissimus, quietisque im-  
 patientissimus. In hujus locum suffectus Valerius Flaccus,  
 turpissimæ legis auctor, qua creditoribus 4 quadrantem  
 solvi iusserat: 5 cujus facti merita eum pœna intra bien-  
 nium consecuta est. Dominante in Italia Cinna, major  
 pars nobilitatis ad Sullam in Achaïam, ac deinde post in  
 Asiam perfugit. Sulla interim cum Mithridatis præfe-  
 ctis, circa 6 Athenas Bœotiamq; & Macedoniam ita dimi-  
 cavit, ut & Athenas reciperet & plurimo circa multi-  
 plices 7 Piræi portus munitiones labore expleto, amplius

CC

*Esedvrs.* Quia enim multa prorsus pecunia indigebant, neque exple aliter cupiditatem militum poterant, communem inimicitiam divitiibus indixerunt. vide talia in Plutarchi Sylla. Boecler.

1. Suique. ] Vulgo sui, sed bene ita restituit Acidalius.

2. Merces foret. ] Vocula illa foret auctore Lipsio deletor. tamquam glossèma. Merces foret. ] Infra noster, Evetereque quisque merces sui mortis. Petronius Arbitr,

— qua re tam perditæ Roma (da. Ipsa sui merces erat, & sine vindice præ. Ad eundem modum locutus Sallust. Catilin. Schegk.

3. Vir in bello hostibus, &c. ] Epit. Liv. 80. vir cuius si eximinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit, adeo quam temp. armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter revertit. Boecler.

4. Quadrantem solvi. ] Ut usura annua quadrante solveretur. erat autem quadrans centesima tres. ternos igitur nummos ex centenis pendi, usura nomine Flaccus voluit. Manutius. Qua-

drantem solvi. ] Id est, quartam partem, ita ut tres (crediti an usura) partes pervirent creditori, quarta deberetur. Est hoc genus novarum tabularum, quare Velleius turpissimam vocat hanc legem Valerianam, quippe quæ & manifestam haberet iniquitatem, & seditioso potius turbulentoque esset consilio à trib. pl. lata, quam summe ac inexsuperabili necessitati publicæ data: quo solo casu, ubi usura scilicet veluti tabes omnibus arvis ad corpus ipsum pervenire, decreta novarum tabularum, specie incivilibus subsidii, aliquando excusari posse videntur. V. Cæli. Rhodigin. 12, 10. Antonius Augustinus nihil aliud quam nominat hanc legem, cujus scilicet circumstantia & historia plenius apud Auctores superstites non perscribuntur. Boecler.

5. Cujus facti merita. ] Liv. epit. 82. L. Valerius Flaccus consul collega Cinna missus, ut succederet, propter avaritiam invidiosus exercitui suo, à C. Fimbria legato ipsius ultima audacia homine occisus est. adde Velleii 2, 24, 1. Boecler.

6. Athenas. ] Vide Meursi. lib. de Athenis Atticis.

7. Piræi. ] Portus hic erat Athenarum, qua-

cc millia hostium interficeret, nec minus quibus cape-  
 ret. Si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenæ oppu-  
 gnatæ à Sulla sunt, imputat Atheniensibus, 1 nimirum  
 veri vetustatisque ignarus est. adeo enim certa Athenien-  
 sium in Romanos fides fuit, ut semper & in omni re,  
 quidquid sincera fide gereretur, id Romani, Attica fieri,  
 prædicarent. Ceterum tum oppressi Mithridatis armis,  
 homines miserimæ conditionis, cum ab inimicis tene-  
 rentur, oppugnabantur ab amicis, & animos extra mœ-  
 nia; corpora, necessitati servientes intra muros habebant.  
 Transgressus deinde in Asiam Sulla, parentem 2  
 ante omnia supplicemque Mithridatem invenit. quem  
 multatum pecunia ac parte navium, Asia omnibusque  
 aliis provinciis, quas armis occupaverat, decedere coë-  
 git: captivos recepit; in perfugas noxiosque animad-  
 vertit: paternis, id est, Ponticis finibus contentum esse  
 iussit. 3 C. Flavius Fimbria, qui præfectus equitum ante  
 adventum Sullæ, Valerium Flaccum consularem virum  
 interfecerat, exercituque occupato imperator appella-  
 tus,

quadringerarum capax navium, muro duorum millium passuum urbi conjunctus. Terent. Andr. Hæri aliquot adolescentuli convenimus in Pyracum.

1. Nimirum. ] Alii nimum veri. Florus certe non liberat suspitione. ait enim, Postquam domuerat ingratisimos hominum, in honorem tamen mortuorum sacris suæque fama donavit. De Græcorum fluxa & sublesta fide, res proculcata jam, notatumque ad Plautum. Schegkian. Nimirum. ] Lege, nimum. Et ita jam in quibusdam codicibus emendatum reperio. De Atheniensium vero fide, contrarium prodit Tacitus 1 r. Annalium in oratione Pisonis; qui appellat hos Mithridatis adversus Sullam socios. Vossius.

2. Ante omnia. ] Lego ex auctoris perpetua consuetudine, in omnia. Id illi

est prorsus. Infra: M. Lollio homine in omnia pecunie, quam recte facienda cupidior. Superius item: Militem in omnia ingenio animoque, quam fortuna usus. Acidalius. Ante omnia. ] Acidalius legit, ante omnia. Sed nihil mutandum. Ante omnia valet præcipue. Quis nescit illed Maronis 11. Georg. — Dulces ante omnia Musa. Sic & Plinius 1. vitr. cap. xxxvii. Quæ natura multus, & ante omnia, usus. Suetonius in Caligula: Destinaverat Mileti Didymum peragere, in iuga Alpium urbem conderi; sed ante omnia Isthmum in Achaia perfedere. Plurima etiamnum hujus locutionis exempla afferrem, nisi studerem ante omnia brevitati. Vossius.

3. C. Flavius Fimbria. ] Plutarch. Syll. Arel. Vir. illust. 70. Liv. epit. 83. Boeclerius.



tus, <sup>1</sup> forte Mithridatem pepulerat proelio, sub adventum Sullæ se ipse interemit; adolescens, quæ pessime ausus erat, fortiter executus. Eodem anno <sup>2</sup> P. Lænas tribunus pl. <sup>3</sup> Sex. Lucilium, qui priore anno tribunus pl. fuerat, <sup>4</sup> saxo Tarpejo dejecit; & cum collegæ ejus, quibus diem dixerat, <sup>5</sup> metu ad Sullam profugissent, <sup>6</sup> aqua ignique iis interdixit. Tum Sulla, compositis transmarinis rebus, cum ad eum, primum omnium Romanorum, <sup>7</sup> legati Parthorum venissent, & in iis \* quidam magi ex notis

tis

1. *Forte.*] Illud forte suspectum est Lipsio. Lib. vet. *ponte. Forte.*] Et virtutibus Magni Mithridatis, & Vellejo, etiam insignem, mea sententia, injuria faciunt, qui emendant, *forti.* Ego forte omnibus modis retinendum censeo; ut dicat Vellejus, casu magis, quam virtute Fibriæ, Mithridatem esse pulsum. *Vossius.*

2. *P. Lænas.*] Aldus verisimili conjectura legit: *Popillius Lænas.* Nil tamen temere mutandum. Forte enim huic nomen fuit *P. Popillius Lænas.* Sed de hoc nihil possumus affirmare, cum apud ceteros scriptores Lænatius hujus nulla extet mentio. *Vossius.*

3. *Sex. Lucilium.*] Plutarchus in Mario, ipsum Marius auctorem hujus facti edit: sed in eo legas, *Σεξτῶν Λυκίων*: *Sextum Lucinum.* Nostrum, an illum referbis? *Lipsius. Sex. Lucilium.*] Plutarchus in Mario, & epitomator Livii lib. lxxx, produnt ipso die, quo Marius vii. consulatum inivit, Sextum Lucinum de Tarpeia rupe precipitatum. Vicinitas nominum idem factum esse suadet. Et valde mihi verisimile, Lucilium notiozem librariis, *Lucinum* de contextu removisse. Illud tamen interest, quod Lucini mors biennio ea anticipet, quæ ante hæc verba recitavit Vellejus. Aut igitur diversam narrationem esse existimandum est: aut, quod potius reor, Vellejum biennii anachronismo peccasse. *Vossius.*

4. *Saxo Tarpeio.*] Ex qua rupe olim damnati precipitabantur. Gellius refert eos quoque precipitatos, qui salustum dixissent testimonium. Vetitum postea, l. si diutino, D. de Pœn.

5. *Metu.*] Ita legit Burretius vulgo erat, *metu.*

6. *Aqua, ignique.*] Quæ interdictio ne quis in exilium mitteretur.

7. *Legati Parthorum.*] Nam ante eam diem nihil commercii intercessisse inter utramque gentem, singularemque Syllæ eam felicitatem obtigisse, quod cum ipso primum Parthi societatis amicitiaque gerendæ causa congressi sint, *Plutarchus* in Syllæ auctor est. Memorabile est in illo congressu, quod cum Syllæ tres sedes poni jussisset, unam Ariobarzani, alteram Orobazæ (is legatus Parthorum erat) sibi mediam, atque adeo inter duos sedens audientiam legato dedisset, postea Orobazæ à rege Parthorum interfectus est. Scilicet *Legatus*, cui idem, qui Principi mittenti, si adesset, honor deberetur, *etiam in loco prærogativam sui principis animo se offerere debet, & fugere potius congressum, quam sinistre vel inferius sedere aut subscribere: ni faciat, plurimum Principi suo detracturus, ipse velut homo nihil habendus. Pluris enim apud Principem dignitatis possessio fit, quam ceterarum rerum, quæ dignitati ancillantur.* Dixi hæc verbis *Freder. de Arselæ*, qui in *Legat. lib. 2. differt. 32.*

104,

is corporis respondissent, <sup>2</sup> cælestem ejus vitam & memoriam futuram, reiectus in Italiam, haud plura quam xxx armatorum millia adversum eum amplius hostium exposuit <sup>3</sup> Brundisii. Vix quidquam in Sullæ operibus clarius duxerim, quam quod, cum per triennium Cinnanæ Marianæque partes Italiam obsiderent, neque illaturum se bellum iis dissimulavit, nec quod erat in manibus omisit; existimavitque ante frangendum holtem, quam ulciscendum civem; <sup>3</sup> repulsoque externo metu, ubi quod alie-

tota, hoc argumentum tractat, exemplisque illustrat. Fieri tamen potest, ut illa de loco & *αὐτοῦ ἀδελφῆ* contentio, plurimum publicis rebus, præsertim in communi negotio periculoque, noceat, neque detrimenti illa, comparatione vindicæ prærogativæ repensari possint. *Boecler.*

\* *Quidam magi.*] *Plutarch. in Syll.* refert quendam ex *Οὐρανό* legati Parthici comitatu, inspecta Syllæ vultu, ob servatisque diligenter animi & corpori motibus; adeoque natura indoleque ejus ad artis *σοφιστικῆς* exacta, & prædicassi, fieri non posse, quin summus civis evaderet, etiam nunc se mirari, quod ante si quonquam esse patitur. Apud *Grellum* 1, 9. *Pythagoras* adolescentes, qui se ad discendum obtulerunt, ἐφύ (τοῦ ὄρατος) id verbum significat, mores naturasque hominum conjectationi quadam de oris & vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu, scrutari. *Ammianus* 15, 21. meminit veterum *λεβροῦν*, quorum lectio per corporum signa pandit animorum interna. Vide *Pontan. Philocal.* 10, 26. de variis gestuum naturalium significationibus. *Boecler.*

1. *Cælestem.*] Suspecta mihi vocula. Nam cur Sullæ vita *cælestis*? imo seclæta revera, & facinorosa plena si ad famam & nomen respicit prædictio: cur non *immortalem*, aut, quod ego velim censeamque nunc substituit, cele-

bre[m] dicat? Celebrem, inquam, lego: & in *Plutarcho* magorum hoc præsigium breviter sic concipitur, *μὴ γίνωσκοντο.* *Lipsius. Cælestem.*] Cælo demitti dicebant summa ingenia. unde cælestis Augusti animus sprevisse humana consilia dicitur, 2, 60, 2. *tangam majoris è celo auspicii prudentia felus.* De cetero *Noster* hac voce, crebra figura, excellentiam verum celebritatemque notat. cælesti ore *Cicero* coarguit *Antonium* 2, 64, 3. cælestem ejus vitam & memoriam futuram hoc loco: de cuius loci lectione proorsus nihil dubito; cum gravitatem vocum capiet *Vellejus*, & hanc ipsam exempla afferant. cælestium præceptorum disciplinis innotuit, *Tib.* 2, 94, 1. cælestissimum os *Ciceronis*, ob singular. *eloq.* 2, 66, 3. cælestissima opera *Tibetii*, 2, 104, 3. *Quem* ipsum superlativum augenda novitate quadam gravitatis non dubitavit assumere. *Boecler.*

2. *Brundisii.*] Quæ urbs est Calabriae.

3. *Repulso.*] Restituo, vix unius literæ mutatione: respituo, quo externo metu, &c. Laudandum, inquit *Vellejus*, Sullæ consilium, qui existimavit, ante propulsandum esse bellum externum, quam domesticum: quo devictis hostibus, & domesticis motus facilius comprimi possent, & neutiquam hostibus præberetur occasio, temp. Romanam discerpendi penitus, dum membra inter se decertarent. *Vossius.*

1. *Supri*



alienum esset vicisset, <sup>1</sup> superaret quod erat domesticum. Ante adventum L. Sullæ, Cinna seditione orta ab exercitu interemptus est: vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur, quam iracundia militum, de quo vere dici potest, ausum eum quæ nemo auderet bonus, perfecisse quæ à nullo nisi fortissimo perfici possent; & tuisse eum in consultando temerarium, in exequendo virum. Carbo, nullo suffecto collega, solus toto anno consul <sup>25</sup> fuit. Putares, Sullam venisse in Italiam, non belli vindicem, sed pacis auctorem: tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque, cum singulari cura frugum, agrorum, hominum, urbium perduxit in Campaniam; tentavitque <sup>2</sup> iustis legibus & æquis condicionibus bellum componere: <sup>3</sup> sed iis, quibus & pessima & immodica cupiditas erat, non poterat pax placere. Crescebat interim in dies Sullæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque <sup>4</sup> & sanissimo. Felici <sup>5</sup> deinde circa Capuam eventum <sup>6</sup> Scipionem Norbanumque consules

1. *Superaret.*] Verborum series potest videri, ut legamus *superare*; quod verbum pendet ab eo, quod præcedit, existimavitque, &c. Urbinus.

2. *Iustis legibus & æquis conditionibus.*] Ita *Cæs. bill. civ. 1. magnopere se confidere demonstrat, si ejus rei sit potestas facta fore ut æquis conditionibus ab armis discedatur.* Est enim conventio talis, sive pactio pacis vel *æqua vel imper. ibi aequalitati iustisque legibus locus hic est: hic observantia ut erga majorem, & quædam obligatio ad officia certa continetur.* Vide omnino doctissimum *Fabr. semestr. 1. 7.* Boecler.

3. *Sed iis, quibus, &c.*] Tales autem erant tum oligarchici illi spiritus & factiosi homines, tum plurimi è vulgo militibusque, cupidine rerum novandarum, sicut tabe infecti. Quapropter corruptissimo seculo nemo eam vulgi (& ceterorum) *moderationem sperare posse-*

*rat, ut qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent, sicut Tacitus de Velleianis temporibus & impedimentis pacis loquitur 2. H. 37, 3.* Excluditur è consilii publici auctoritate, quidquid privatorum cupiditatibus includitur: quæ jam directe publicis commodis adversantur. Verum an Sylla tam serio optaverit pacem, an vero spem pacis, famæ causa & nominis, ad deludendos adversarios, ostentaverit tantum, non desunt, cur dubitemus, causæ. Boecler.

4. *Et sanissimo.*] Alias juxta Rhenanum, *sanctissimo.* Alioqui *sanissimi* dicuntur meliores & prudentiores.

5. *Deinde.*] Vulgo, *denique.*

6. *Scipionem.*] Non exputo, quid doctissimo viro in mentem venerit, legenti, *Capionemque*: in vitis memoris & Fastis, in quibus,

<sup>1</sup> superat: quorum Norbanus, acie victus; Scipio, ab exercitu suo desertus ac proditus, inviolatus à Sulla dimissus est. adeo enim Sulla dissimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit <sup>2</sup> iustissimo lenior; post victoriam <sup>3</sup> audito fuerit crudelior. <sup>4</sup> nam & consulem, ut prædiximus, <sup>5</sup> exarmatumque Sertorium, <sup>6</sup> proh quanti mox belli facem! & multos alios, potitus eorum, dimisit incolumes. *Crede*, ut in eodem homine <sup>7</sup> duplicis ac diversissimi generis conspiceretur

L. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO ASIATICVS. C. Norbanus. Adi Appianum, Cassiodorum, Tacitum. Schegk.

1. *Superat.*] *Liv. Epit. 85. Appian. 1. bill. civ. Flor. 3, 21, 19. & 20. Boel.*

2. *Iustissimo lenior.*] Alias *mitissimo ac iustissimo lenior.* Pro vincit, alias legitur *vinceret.* Rhenanus. *Iustissimo lenior.*] *Iusto lenior magis ferret.* Quid si etiam *mitissimo lenior.* Lipsius.

3. *Audito crudelior.*] *Justinus, exspectato maturius.* & noster de Tiberio: *expectato revolavit maturius, iisdem verbis.* Schegk.

4. *Nam & consulem.*] [Ita legit Lipsius. vulgo *consul.* quod si servamus.] Ubi hoc, fodes, prædixisti Vellei? ne potuisti quidem, nam profecto nihil harum rerum Sulla gessit Consul, sed Proconsul. Clarum id est. Correetionculâ igitur nos expeditus: *Nam & Consulem, ut prædiximus, exarmatumque Sertorium.* Ita sanè est. Sulla clementiam lenitatemque exhibuit & in Consule: quo illo? Scipione, quem antè dictum, cum exercitum ipsumque in potestatem redegerit, dimissum sine doxâ: & in Sertorio, qui Sueffam frustra occuparat, atque in Hispaniam aufugit. Appianum vide. Lipsius.

5. *Exarmatumque.*] De Sertorio exarmato tacent scriptores; quod de Scipione verissimum esse constat. Ita igitur integrum hunc locum scribi malim: *Nam & consulem, ut prædiximus, exarmatum, atque Sertorium, proh quanti*

*mox belli facem!* & *mitissimo incolumes.* Mirum vero, quosdam duobus, veteriorne lectio sit vulgaris, an, *proh quanti mox belli facem*, ut ex editione principie emendavimus. Nam & alterum sola conjectura fultum, & haud satis Latinum est; ut mihi quidem videtur. Nisi alii docuerint, cur, cum dicat, *propinquanti, to mox*, non omiserit Velleius. *Vossius.*

6. *Proh quanti.*] Vulgo, *propinquanti.* editio Basileensis: *proh quanti mox belli facem!* Quod volui testatum relinquere, cum ferri tamen possit vetus lectio. *Manu.*

7. *Duplicis ac diversissimi animi.*] Diximus de talibus in *comment. Nepot. p. 56.* & seq. Hic obiter notandum, non tam *duplicis animi* speciem in Sylla credi debere, quam unius *pravi animi dissimulationem & revelationem.* Id est; fuit Sylla ex iis, qui cum sine malo pravoque ingenio, tamen dum quaerunt magnam potentiam, maximas virtutes simulant, adepti quod cupiverunt, solvant suas cupiditates, & rectè patient. Atque hæc est illa *ἀποκρίσις ἀποκρίσις ἐν ἐξέσει κενίας, insite pravitatis in potentia detectio, quam Plutarchus in Sylla nobis suppeditat.* Gravissima est sententia Taciti de Tiberio, cui primo mixturam morum tribuit, non indolis respectu, verum dum metu aliorum, singendis virtutibus subdole securitatem quarrit: sed *postremo, inquit, in scelera simul ac de-*



retur exemplum. Post victoriam, qua descendens montem <sup>1</sup> Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla, <sup>2</sup> grates Dianæ, cujus numini regio illa sacrata est, solvit; <sup>3</sup> aquas salubritate medendisque corporibus nobiles, agrosque omnes addixit Deæ. hujus gratæ religionis memoriam & inscriptio templi affixa post hodieque, & <sup>4</sup> tabula testatur ærea intra ædem. Inde Coss. Carbo III, & C. Ma-

rius

decora prorupit, postquam remoto pudore ac metu, SVO tantum ingenio utebatur. 6. A. 51, 7. Scilicet hi sunt animi, qui plus vulpis quam leonis habent, ut hoc ex Carbonis dicto nostrum faciamus. Nam ceteros, quorum in audaciam ardet animus, minus sui obtegantes esse, satis constat. Suntrque hi dissimulatores sui (si & hanc notam adjicere licet) meliores servi, quam Domini; i. e. coerciti auctoritate metueque utilem industriamque operam præstant, sibi relinqui aut supra ceteros evecti, bellæ sunt intemperantes immanesque. Boecler.

1. Tifata.] Mons Campaniæ foelicis, imminens urbi Capuæ, ut Dion tradit. Vulgo hæc erant corruptissima. Tifata.] De Tifata præter Festum, Livius l. 18. Samnites cum eminentis Capuæ colleis firmo præsidio tenuissent, descendunt inde quadrato agmine in planiciem, quæ Capuam Tifataque interjacet. Totam hanc connotationem varias editiones secutus, ita edidi. vide præstantissimi Medici Mercurialis Variarum lib. 2. c. 9. ista duo, ut potius; quæ in plerisque vulgatis, rectissime induxi. non enim auctoris, sed Burrerij. Schegk.

2. Grates Dianæ.] Grates, non gratas, legendum, res & alii dixerunt. Sed de templo hoc Dianæ apud Pausaniam legi non omittendum. Ille l. v. ubi disputat de elephantum dentibus sive cornibus: ait, se vidisse ἐν γῆ τῆ Κασσιπέων κρητὸν ἐλεφαντῶν ἐν Ἀρτέμιδι ἰσθμῷ. & addit: τοῦτο δὲ ἴσως ἢ αἰς τῆς αἰ-

σωντο ἀπὸ τῆς Κασσιπῆς τοῦ ἰσθμοῦ: in terrâ Campanorum, calvam elephantis, in templo Dianæ quod abest maximè à Capuâ triginta stadiis. Certe hoc ipsum est, in quod Sulla tam nificus. Lipsius. Grates Dianæ.] Corruptissimus erat hic locus: qui ut intelligi posset, & correctionibus Lipsij Grævæque sic expressimus. quancquam Rhenanus jam prænotum ita rescriperat, nisi quod adhuc legebatur: hujus gratæ relig. memoria. Restaurata interim penitus Velleii verba, nemo vel jactare vel credere debet. Boecler.

3. Aquas salubritate.] Ejciendum omnino illud ut potius, non refrigerandum in aliam faciem, ut tentant viri doctissimi. nec enim comparet in membranis unicus, sed decepti eos tempora distinctio verborum Burrerij. nam ejus ut potius, conjungendum cum ceteris Burrerianis, legendum existimem. [Ut ex ejus notis liquet.] Grut.

4. Tabula ærea.] Haud displicet profecto Rhenanianum, tabula intra ædem, dummodo tamen scribatur membrum sequens hoc modo: tabula intra ædem. Inde Consules; quomodo & Lipsio venit in mentem. Fuisse autem usitatum, ut ichnographia templi aut ara alicujus, alio atque alio exprimeretur exemplari, & reponeretur in eadem illa æde aut alio quo loco: notum est ex marmoribus antiquis. sed & intus in æde tabulam poni solitam, eadem vel adeo plura aliaque continentem, quam quæ basi columnæ statueret aut fronti-

spicie

rius, septies <sup>1</sup> consulis filius, <sup>2</sup> annos natus xxvi. vir animi magis quam ævi paterni, <sup>3</sup> multa fortiterque molitus, neque usquam inferior nomine consulis, <sup>4</sup> apud Sacriportum pulsus à Sulla acie, Præneste, quod ante natura munitionum præsidii firmaverat, se exercitumque contulit. <sup>5</sup> Ne quid unquam malis publicis deesset, in qua civitate semper virtutibus certatum erat, certabatur sceleribus; optimusque sibi videbatur, qui fuerat pessimus; quippe dum ad Sacriportum dimicatur, <sup>6</sup> Damasippus prætor <sup>7</sup> Domitium, Scævola etiam pontificem maximum & divini

spicio ædium incisa erant; plurimum item patet exemplo in Epigraphis nostris totius orbis Romani, e quibus unum alterumque, fidei causa, oculis subjecerem; nisi id arbitraret conjunctum cum aliarum Inscriptionum injuriâ: quæ cum sibi invicem mutuam adfruant lucem, singulatim laudari nolunt. multa autem congerere hoc loco, alienum ab instituto. Gruter.

1. Consulis filius.] Solus Appianus fratris filium vocat. De ætate variant. Boeclerius.

2. Annos natus xxvi.] De ætate discrepant auctores. Ille, qui Livium in epitomen redegit, lib. lxxxvi. inquit: consul ante annos viginti per vim creatus. Quem locum ad Octavium Suetonii contra Dionem laudat maximum Casaubonus; quia ille scriperat, Octavium sine exemplo ante annum xx. inisse consulatum. Sed non dubito, quin mendum sit in epitome Liviana, & pro xx. ad minimum reponi debeat, xxv. ut ei sic conveniat cum auctore de viris Illustribus. Noster tamen annos numerat xxvi: Appianus etiam xxvi. Vossius.

3. Multa.] Præponit Ursinus voculam, qui.

4. Apud Sacriportum pulsus.] Apian. l. bell. civ. Flor. 3, 21, 23. Liv. epit. 87. Amel. Vid. 86. Boecler. Sacri-

portum.] Locus circa Præneste. Appian. leges dicitur vocatur.

5. Ne quid unquam.] Malim, usquam. Lipsius. Ne quid unquam.] Forte: ne quid utique malis publicis deesset, &c. Vossius. Acidalius legit, iniquum. Ne quid unquam.] Non valde inconcinnam sententiam redderent, qui, ne quid iniquum malis publicis d. legunt, nisi contextus generaliore formulæ & in mala publica, quæ Vellejus memorat, amplius patentem, requirere videretur, ut fortasse satius sit, usquam. Boeclerius.

6. Damasippus.] Cicero Epistola ad Patum, Livius, Valerius. errat Appianus, fidus alias narrat, qui Brutum prætorem recenset. Schegk. Damasippus prætor.] Ita Valerius, 9, 2, 3. Damasippi jussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permittisse, ait. cui consentiunt alii. Liv. epit. tamen 86. Marii Cos. jussu fecisse Damasippum memorat. Boecler.

7. Domitium.] Addenda distinctio nis nota post verbum, Domitium. occidit enim Damasippus, ut historia testatur, L. Domitium, Q. Mucium Scævola, & alios. Posset etiam legi: D. pr. Q. Mucium Sc. pont. max. Verum distinctio, cum nihil mutet, magis etiam placet. Mann.

8. Scævola.] Qui Asiaticam sancte, H & iam



divini humanique juris auctorem celeberrimum, & C. Carbonem pratorium, <sup>2</sup> consulis fratrem, & Antistium ædilicium, velut faventes Sullæ partibus, in curia Hostilia trucidavit. Non perdat nobilissimi facti gloriam Calpurnia, Bestiæ filia, uxor Antistii: quæ jugulato, <sup>3</sup> ut prædiximus, viro, gladio <sup>4</sup> se ipsam transfixit. quantum hujus gloriæ, famæque accessit? nunc virtute eminet, <sup>5</sup> patria latet. At Pontius Telesinus dux Samnitium, vir <sup>6</sup> domi bellique fortissimus, penitusque Romano nomini infe-

*Et tam fortiter obtinuit, ut Senatus deinceps in eam provinciam iuriam magistratibus exemplum atque formam officii decreto suo proponeret. Valerius lib. 8. cap. 15. Cicero in Bruto, & Verrinis. In cuius quoque honorem Asiani diem festum Mutia nominarunt. Prædianus. Schegkhus.*

1. C. Carbonem.] De quibus ita scribit Eutropius lib. v. *Damocippus Prætor inventore Mario Cos. Q. Scævola, C. Carbonem, L. Domitium, P. Antistium, in curiam quasi ad consulendum oratos crudelissime occidit. Urinus.*

2. Consulis fratrem.] Quod falsum facile convinco. C. Carbo pratorius patre natus Cajo, clarum ex Valerii lib. 3. cap. 7. Ciceronis lib. 3. de Oratore. Cneus vero, si factis Capitolinis fides, Cneo patre, quem accusatum à M. Antonio futorio atramento absolutum Cicero Epistola ad Patrum dat intelligere. Qui igitur frater? an patruelis? nec hoc. Cajo etenim duo solummodo fratres, Publius & Marcus. Cicero ibidem. Erraski itaque Vellei, nisi si adoptatum Cneum a Caji patre probaveris. Schegk.

3. Ut prædiximus.] Nimium olet glossam, ut prædiximus. ecquid enim id addere necesse, cum proximè præcedat? imo ex ea narratione in hanc transeat auctor? Gruter.

4. Se ipsam.] Magis Vellejanum sit, se

ipsa, &c. Ita semper auctor noster loquitur. Quod nulli negabunt, qui cum cum attentione legerunt. Vossius.

5. Patria latet.] Corruptum hoc esse dicam, & dicam tantum. Non enim medeor. Certe patria ejus non latet, & Romanam fuisse nomen genusque evincunt, Calpurnia Bestiæ filia. Lipsi. Patria latet.] Hæret hic Lipsius, atque patriam neutquam latere, & evincere nomen, genusque fuisse Romanam. Sed fugit virum maximum, patria hic poni pro paterna. Per patrem vero intelligendum arbitratur Calpurnium illum, quem Jugurtha pecuniis corruperat. Vossius. Patria latet.] Lipsius desperatum hunc locum existimat. Acidalius maluisset, sua virtute eminet, patria latet; ut filia gloria, cum paterna turpitudine comparetur. Sed bene fecit, quod timide huc decurrit, quanquam longe ille quidem elegantius sensit, quam qui eundem sensum in usitata lectione representari credunt: nunc virtute eminet, patria latet. patriam enim virtutem, absque ulla pronominis ambiguitate hic ad filia virtutem contendi, cui persuaderi poterit? Faveo conjecturæ de sensu; in asseveratione scripturæ cautissimum quemque maxime probaverim. Bæclerius.

6. Domi bellique.] Alias animi bellique.

infestissimus, contractis circiter <sup>1</sup> quadraginta millibus fortissimæ pertinacissimæque in retinendis armis juvenutis, Carbone ac Mario Coss. <sup>2</sup> abhinc annos cxi, Kal. Novemb. ita ad <sup>3</sup> portam Collinam cum Sulla dimicavit, ut ad summum discrimen & eum & remp. perduceret. <sup>4</sup> quæ non majus periculum adiit, Hannibalis intra tertium miliarium castra conspicata, quam eo die, quo circumvolans ordines exercitus sui Telesinus, dictitansque adesse Romanis ultimum diem, vociferabatur eruendam delendamque urbem: adjiciens, <sup>5</sup> nunquam defuturos raptos Italicæ libertatis lupos; nisi silva, in quam refugere solerent, <sup>6</sup> esset excisa. Post primam demum horam noctis

1. Quadraginta millibus.] Pæne duplicant numerum Appianus, Orosius, Eutropius, scribuntque millia lxxx. An non hic saltem lx? Lipsius.

2. Abhinc annos cxi.] Vulgo xl. Sed Ex. vet. habet, abhinc annos xi. Kal. &c. Quod Fasti etiam consulares docent. Abhinc annos cxi. Kal. Novembribus.] Recte. sed de Kalendis Novembribus etiamne retum? ambigo. Nam paullo infra scribit: Felicitatem ejus dici, quo Samnitium Telesinique pulsus est exercitus, Sulla perpetuo ludorum Circensium honoravit memoria, quibus sine nomine Sullanæ victoria celebrantur. Atqui profecto perpetui ii ludi in Calendario Romano sunt notati, non Kalendis Novembribus (tunc enim nulli) sed vii. Kal. Nov. atque ibi sculptum: LUD. VICT. sicut & sequenti quadriduo, LUDI. Nisi fallor, isti ipsi sunt, & ad hunc numerum Vellejana lectio reformanda. Lipsius.

3. Portam Collinam.] De variis veteris urbis portis vide Marlian. l. i. c. 7. & Georg. Fabricium in descriptione Romæ c. 4. Collina quæ & Quirinalis & Agonalis, sita erat versus septentrionem. Per hanc portam, quæ juxta Ta-

citum erat ad viam Salariam, memorant Gallos Senones urbem ingressos, eamque populatos esse.

4. Quæ non majus periculum adiit.] De Telesino hoc etiam capiendum, quod ait Lucanus lib. 11:

— Romanaque Samnis

Ultra Caudinas speravit vulnera furcas. Male enim alii putarunt, Damascippum intelligi. Vossius.

5. Nunquam defuturos, &c.] Callidum dictum, de dominandi cupidis, alienæque libertatis insidiatoribus; cujus cupiditatis respectu, lupos vocat Romanos Telesinus; plane sicut Mithridates apud Justin. 38, 6, 8: ut ipsi ferunt, conditores suos lupæ uberibus altos: sic omnem illum populum, luporum animos, inexplebiles sanguinis atque imperii, divitiarumque avidos ac jejunos habere. Ita Æqui Volscique apud Liv. 3, 66. Fallor an ex hujus consilii regula Romani Carthaginem exciderint, cujus usum crebro etiam deprehendas in Consiliis de bello Turcico suscipiendo. Boecler.

6. Esset excisa.] Si abesset verbum esset, vividior fieret oratio; ita tamen ut sylva excisa habeatur sexti casus, Gruterus.



noctis & Romana acies respiravit, & hostium cessit. Telesinus postera die semianimis repertus est, victoris magis quam morientis vultum præferens; cujus abscissum caput, ferri gestarique circa Præneste Sulla iussit. Tum demum, desperatis rebus suis, C. Marius adolescens per cuniculos, qui miro opere fabricati in diversas agrorum partes ferunt, conatus erumpere, cum foramine è terra emerisset, à dispositis in id ipsum interemptus est. Sunt, qui sua manu; sunt, qui concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Telesino, una obfesso & erumpente, occubuisse prodiderint. utcumque cecidit, hodieque tanta patris imagine non obscuratur ejus memoria. de quo juvene quid existimaverit Sulla, in promptu est. occiso enim demum eo, Felicis nomen assumptum: quod quidem usurpasset iustissime, si eundem & vincendi & vivendi finem habuisset. Oppugnationi autem Prænestis ac Marii præfuerat <sup>3</sup> Ofella Lucretius; qui cum ante Marianarum fuisset partium, <sup>4</sup> prætor ad Sullam transfugerat.

1. Non obscuratur ejus. ] Vetus liber, obscuratur civis memoria. Burrei.

2. Felicis nomen, & c. ] Ita in Paneg. yr. Constant. Aug. cap. 20. Sulla filix si se parcius vindicasset: sed enim vero multis capitibus Rostra complevit. Nimirum, ut Solinus autumat, Cornelius Sylla dicitur potius esse, quam fuit Felix. sive, ut Pliniana è τριεξας habet: Unus sibi ad hoc avi Felicis cognomen asseruit L. Sylla. Civili nempe sanguine, & patriæ oppugnatione adoptatus, & quibusdam felicitatis inductus argumentis, quod proferre tot millia ac trucidare potuisset. O prava interpretatio, & futuro tempore infelix. Congruit Valerius, qui post enumerata crudelitatis argumenta, τριεξας subiicit: En quibus actis Felicis cognomen assequendum putavit! Boeclerus.

3. Ofella. ] Ursinus legit, Ofella. Ofella. ]

Vera hæc lectio; licet in MS. fuerit *Affella*. Ο Φέδαν enim vocant Plutarchus, & Appianus. Nec aliter legitur in editione veteri epitomæ Livianæ. Apud Martialem etiam libro x. idem occurrit nomen:

Et qua non egeant ferro structoris Ofella. Atque ita scribendum esse, docet Servius ad vi. Æneidos. Ita ergo legendum apud Ciceronem in Bruto, ubi hunc *Aphitiam*, & *Pedianum*, ubi *Afellam* videas nominari. *Vossius*.

4. Prætor. ] Mendum sine dubio subest: nam Ofella anno sequenti, cum consularum peteret contra mandatum Sullæ, qui lege veterat, ne quis ante quaesturam, præturamque, consularum gereret, fuit occisus. Cujus rei auctorem habeo Appianum. Nec vulgatam lectionem juvat, quod Ofella, iustum Sullæ, Prænestinae obsidioni præfuerit

CUM

gerat. Felicitatem dici, quo Samnitium Telesinique pulsus est exercitus, Sulla perpetua ludorum Circensium honoravit memoria, quibus sine nomine Sullanæ victoriæ celebrantur. Paulo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis præliis partium ejus viri hostium exercitum fuderant: duo Servilii apud Clusium, Metellus Pius apud Faventiam, M. Lucullus circa Fidentiam. Videbantur finita belli civilis mala, cum Sullæ crudelitate aucta sunt. quippe dictator creatus (cujus honoris usurpatio per annos cxx. intermissa. nam proximus

cum & hoc aliis, nec prætoris dignitatis viro, potuerit demandari. Puto ergo pro prætor substituendum proditor. Similiter infra de Munatio Planco ait Vellejus: Plancus non iudicio recte legendi, neque amore Reip. aut Casaris; sed morbo proditor, & c. transfugit ad Casarem. Qui locus per se fere sententiæ nostræ firmandæ sufficiat. *Vossius*.

1. Ludorum Circensium. ] Equestrium. Quales erant Circenses.

2. Quibus sine nomine. ] Burreius testatur, in vet. exempl. esse, qui sub eius nomine, quod omnino probum videtur. *Boeclerus*.

3. Ad Sacriportum. ] Vide supra p. 115.

4. Magnificis. ] Magnis, magis placet. *Manutius*. Magnificis. ] Non tuto, etiam paullo post, magnificentissimas res gereve invenies. *Lipsius*.

5. Duo Servilii. ] Hæc Serviliorum de Italici victoria habetur in argenteo quodam apud me denario, in cuius una parte ponit caput Romæ, cui ITALIA subscriptum est, signata est corona quadam victoriæ hujus, ut videtur, index, quod signum in aliis etiam Serviliæ gentis denariis impressum est. in altera Castorum equitantium avertis equis, simulacra expressa sunt, cum litteris Ofcis, quibus indicari nomen, prænomineque Servilii putamus. Nam Ofcis etiam litteris signati sunt hi denarii,

in quibus Italica hæc contra Romanos conspiratio, & velut scædus quoddam caesa porca impressum est. *Vossius*.

6. Clusium. ] Mediterraneum Tusciæ oppidum Ptolemæo, Straboni, Livio, aliique.

7. Faventiam. ] Italiæ urbs Plinio.

8. Fidentiam. ] Gallia togata in Italia urbs Ptolemæo & Antonino.

9. Aucta sunt. ] Suspicio scriptisæ Vellejano, nata sunt. Haud paullo argutior sic sententia, & ἀποτέλεσθαι exornata. *Lipsius*.

10. Cujus honoris, & c. ] Hic locus corruptissimus fuit, ut B. Rhenanus testatur. Cujus honoris. ] Parum hæc inter se apta. Distingui scribique mavelim: non tam desiderasse, quam timuisse) potestate imperii, quo priores ad vindicandam m. p. r. usi fuerant, immodicæ crudelitatis licentiæ abusus est. Ex hac distinctione, & transposita notâ parenthesis, longè alia clariorque sententia, quam quæ vulgatur. maxime si mecum potestate, pro potestatem scribis: itemque abusus, non usus. *Lipsius*. Cujus honoris, & c. ] *Lipsius* distingui, scribique mallet: non tam desiderasse, quam timuisse) potestate imperii, quo priores ad vindicandam maximis periculis Rempublicam usi fuerant, immodicæ crudelitatis licentiæ abusus est. Scæsum sane optime assecutus est.



mus post annum, quam Hannibal Italia excefferat: ut appareat populum Romanum usum dictatoris non tam desiderasse, quam timuisse potestatem imperii, quo priores ad vindicandam maximis periculis reimp. usi fuerant)

inmo-

De verbis videamus. Ea in editione princeps corruptissime ita erant concepta: *usum dictatoris aut metu desiderat* Tulio *co timuisse potestatem imperii, prohi ves ad vindicandum maximi periculi, spolia miserante, immodicæ crudelitatis licentia usus est.* Quæ multo minori libertate commode ita restitui posse putamus: *ut appareat populum Romanum usum dictatoris haud ita desiderasse, ut extimuisse potestatem imperii quo priores ad vindicandam maximis periculis Rempublicam usi erant, co immodicæ crudelitatis licentia usus est.* Quæ si non vera, saltem veræ proxima est lectio. *Voss. Cuius honoris, &c.*] Si recte memini, non occurrit facile in antiquis Scriptoribus locus, de *Dictatura*, accuratior pleniorque. Quapropter nihil abs re me facturum arbitror, si paulo pressius *Velleianis* vestigiis insisterem, usumque *Dictatoris* potestatis, ea parte, qua notitiam reip. gerendæ iuvare potest, declaravero. Quæ jam aliis sunt tradita, nihil attinet repetere. Manebimus enim intra limites *Vellejanos*. Dicitur 1. *Priores Dictatura ad vindicandam maximis periculis reimpl. usi esse.* Recte, ipsa causâ reperti usurpatioe hujus magistratus, & suis innuitur: creatum esse, ad maxima quæque & ardua pace belloque præsentioris imperii vitibus conficienda. Itaque *Livio* in rebus erepidis ultimum consilium dicitur *Dictatoris* creatio 4, 56. & *Augustin.* 3. de C. D. 17. in extremis periculis factum ait. Hic verus, & ut ita dicam ordinarius scopus. Nam quod *Clapmarius* 3. de arcan. 19. inter *Arcana Aristocraticæ dominationis adversus plebem* refert, *ἡ ἐπιτομὴ τῆς ἀρχῆς* & respectu temporis, quo primus *Di-*

*ktor* creatus, item resp. intemperantiæ popularis *ἐπιτομὴς* accipiendum est. Serviebat enim postea *Dictatoris* terror non Democraticæ modo vehementiæ coercendæ, sed certaminibus etiam & ambitioni optimatum in ordinem redigendæ. Dicitur 2. à *Vellejo*, *populum R. timuisse potestatem imperii Dictatorii.* Erat enim *jure regio*, à quo ferme solo tempore differebat. unde *Ciceronis* illud *Philipp.* 1. debet explanari, cum ait de *Syllâ* temporibus: *Dictatura iam vim regis potestatis obderat.* Erat sane *regia potestas*, quippe quæ duorum consulum, ut apud *Livio* sibi dicitur, potestatem repræsentabat: jam autem duobus *Consulibus regium imperium* tribuitur apud *Ciceron.* 3. de ll. 3. sed cum exceptione temporis, quam cum transcendit *Sylla* perpetuus *Dictator* factus, jam *Dictatura* vim totam *regis potestatis* formamque veri regni obsederat. Alias, ne *Dictatura* ad libertatis oppressiorem, tengeret in rem Rom. reductionem tenere, temporis brevitate cautum provisumque erat, ne ultra sextum mensem quisquam cum magistratum gereret, vide *Clapp.* de arcan. 2, 11. & *Catuli* orat. apud *Dion.* 36. ubi & alterum consilium *ἐπιτομῆς* cuiusdam, ne extra *Italiam* cum *improvisis Dictator.* Tertium erat, veluti imaginarium *Dictatoris* potestatis frenum, sive simulacrum Democraticæ libertatis etiam sub *Dictatore*; quando *Dictatoris* equum conscendere non licebat, nisi ad populum tulisset, ut equum ascendere liceret, sicut ex *Plutarchi Fabio* & ap. *Liv.* 3, 14. discimus. His igitur rationibus consiliiisque *Dictatoriam* potestatem quam timebat popu-

HISTORIÆ ROMANÆ, LIB. II. 119  
immodicæ crudelitatis licentia usus est. Primus ille & utinam ultimus, exemplum proscriptiois invenit, ut, in qua

lus Romanus, quodammodo limitabant, & ne ad mutationem status valerent, retinebant. Dicitur 3. apud *Vellejum*: *Non iam P. R. desiderasse usum Dictatoris, quam timuisse potestatem imperii.* *Desideravit sane usum, neque carere omnino potuit hoc remedio adversum libertatis vitia: sed non sine timore tamen accessit, ad præsentissimi remedii strenuitatem; sicut peritissimi quique medicorum fortissima & maxime strenua medicamentum non quidem penitus omittunt, sed cum cura & sollicitudine adhibent.* Hæc sollicitudo non parum creverat, perspectis reip. morbis parlatim invalescentibus, auctaque incivilis elationis cupiditate. Præcipuæ observationis est locus *Appiani* 1. bell. civ. p. 359. cum in tumultu *Tiberii Gracchi* miratur, nemini, neque tum neque postea in mentem venisse *Dictaturæ* remedium, quo *respubl.* sepe è maximis periculis convalesceret. *ἡ μὲν, inquit, παύσατο καὶ ἀφαιρέσει, τὸ πολλὰ κίς ἐν τοῖς τοῖς ἡς φάσις ἄλλοι τὸ αὐτοκράτορος δόξης ἀσπασίως, τότε μὲν ἐπὶ νῦν τὸ δικτατορίας λαβεῖν, ἀλλὰ χρησιμώταται τὸ αὐτοκράτορος πρὸς τὸ ἐργὸν ἀρῆσθαι, μὴδ ἐν μὴν ἡ τοῖς πολλοῖς ἀρεθὴν, μᾶτε τότε, μᾶτε ὑστερον.* Quod ait, neque postea in mentem venisse cuiquam hoc remedium, *αὐτοκράτορος* καὶ δόξης, caute accipiendum est. Nam illud *SC.* quo postea in C. *Gracchi* seditione *Opimio Cos.* primum mandatum est, *videret ne quid respub. detrimenti caperet, quid aliud notat nisi commissum, quam plenissimum esse potest, imperium, sive, ut rectissime in *Gracchi* *Plutarchus* explicat, *Dictatoriam potestatem?* Ut clarum sit, nomine *Dictaturæ*, ob timorem, quem*

innuit *Vellejus*, abstinnisse; rem ipsam tamen, post longiorem cessationem, reduxisse Romanos. Esti autem [monarchici imperii] nomen ejuraverat amantissima libertatis civitas, tamen tot illis artibus suis, tanto legum consiliorumque apparatu, non potuit suam libertatem regere acque conservare, quin subinde ad plenam *Unius potestatem*, sub diversis quidem nominibus, recurrendum haberet; donec denique penitus in eam imperandi formam recideret, atque ita ab interitu, qui ex morbis libertatis imminere, resurgeret. *Boetler.*

1. *Immodicæ crudelitatis.*] Quam præsertim graphicè describunt *Valer. Max.* 9, 2. *Plut. Syll.* *Augustin.* de C. D. 3, 27. & 28. *Lucan.* 2. *Senec.* 1. de Clem. 11. *Id. de Provid.* 3. aliique plures. *Boetl.*

2. *Primus ille.*] *Impotentiam* *Sullæ* *Cicero* 2. *Officiorum* & *Verrin.* A & 2. lib. 3. his tangit verbis: *Qui ausus est dicere basta posita, cum bona in foro venderet, & bonorum vivorum & locupletium, & certe civium, prædam suam se vendere.* præter ordinarios meminit *Dionysius*, *Cæsar* lib. 1. bell. Civil. *Sallustius.* *Schegk.* *Primus ille.*] *Appianus.* 1. bell. civ. p. 409. *ἔτ ὅτ γὺ δοκεῖ ἀπὸ τῆς ἐς σκόλαστος ζανάτω ἀπαρῆσθαι, ἡ γὰρ τοῖς ἀναρῆσσι ἡ μιλωννῆς τοῖς ἐλέγχουσι ἡ κολασῆς τοῖς κρύπτουσι ἐπιγυρῆσαι.* *Hic enim primus, quos capite plexos crepibat, proscriptis, & præmia percussoribus proscriptorum, æetque latentium indicibus, neque minus pœnas celantibus latentes proposuit.* quod & *Vellejus* *Nofter* mox subjicit. clarius quædam *Plutarchus*, receptori proscripti & servatori capitalem panam denuntiatam; non ex-cipit fratibus, filiis, parentibus: *per-*



qua civitate petulantis convicii <sup>1</sup> iudicium histrioni exo-  
leto redditur, in ea jugulati civis <sup>2</sup> R. publice constitue-  
retur <sup>3</sup> auctoramentum; plurimumque haberet, qui plu-  
rimos interemisset; neque occisi hostis, quam civis, ube-  
rius foret præmium; fieretque quisque merces mortis  
suz. <sup>4</sup> Nec tamen in eos, <sup>5</sup> qui contra arma tulerant, sed  
in multos insontes sævitum. adjectum etiam, ut bona  
proscriptorum venirent, <sup>6</sup> exclusique paternis opibus li-  
beri, etiam petendorum honorum jure prohiberentur;

*cussori bina talenta promissa, etiamsi  
servus Domianum; filius parentem inter-  
fecisset, memorat. Boetler.*

1. [iudicium histrioni exo-  
leto.] Alibi  
[in Epistolic.] tentavimus hunc locum  
etiamque alii. Nunc placeat: iudicium in  
histrionem ex albo. Nam id verum est. &  
legibus xii tab. animadversus actores aut  
histriones, qui carmen adit assent quod  
infamiam flagitiumve faceret alteri. In  
bona omni Rep. ita solitum: hodierna  
licentia quam effraus solutaque es!  
Ips. iudicium histrioni exo-  
leto.] Placet  
Gruterio interpretatio: nimirum aures  
præbuisse iudices histrioni, & civem qua-  
lescunque castigasse, quos constaret histrio-  
nem aliquem petulantiore natasse convitia.  
Lipsius maluerat: iudicium in histrionem  
ex albo. Quia in msc. fuit iudicium histo-  
riarum ex albo. Boetler. Exo-  
leto.] Exo-  
leto epitheto nihil contemptius histrio-  
ni tribui potest. Ita Firmico in præra-  
tione l. r. Astrol. Sulla dicitur, Senex  
exoletus. Hoc est, ut mox ipse expli-  
cat: qui a primo vestigio pubescentis æta-  
tis, in furrarum gymnis per damna ven-  
undati pudoris adolevit. Glossæ Philo-  
xeni: Exoletus, ἡσυχία, τὸ ἄκα-  
κον. Sic & Cicero pro Milone, alii-  
que ea voce usi. Vossius.

2. R. publice.] Vulgò, Reipublica. Ita  
restituit Claudius Puteanus.

3. Auctoramentum.] Sumitur pro  
obligatione nexuque, ac veluti sti-  
pendio pretioque ejus, qui sit aucto-

ratus, sive obligatus.

4. Nec tamen in eos.] Forte, nec tan-  
tum in eos, juxta Ursinum. Nec tamen in  
eos.] Pro tamen quidam emendant tan-  
tum: alii cum Acidalio particulam  
tamen retinent, sed ita, ut alii corri-  
gunt, interpretandum censent. Neut-  
ris assentio. Subauditur enim tantum,  
vel solum. Sallustius bello Jugurthino:  
Non enim regnum, sed fugam, exilium,  
& has omnes, que me premunt, mis-  
eris cum anima simul amissis. Hoc est,  
non enim solum regnum, &c. Quod  
male manus recentior in MS. nostrum  
optimæ alioqui notæ, invehire fuit  
conata. Frontinus lib. II. c. XIII. de  
Horatio: deiecit se in alveum, curaque  
non armis, sed vulneribus oneratus, ita an-  
non. Possent etiam compluribus aliorum  
afferre loca: sed hi &, aut tali parti-  
cula, post sed addita, locutionem hanc  
emollire conati. Vossius.

5. Qui contra arma tulerant.] Octo  
millia deditorum in villa publica truci-  
davit. Livius xxviii. Villa publica  
locus in campo Martio, Augustinus Civi-  
tatis Dci 3, cap. xxxix. Schegk.

6. Exclusique paternis opibus.] Contra  
morem præscum, quo liberi minime  
parentum delicto tenebantur. Diony-  
sius Antiquitatum 8; & Plinius in exi-  
mio illo Ciceronis elogio lib. 7. c. 30.  
eo alludit. Postea his ignovit Cæsar,  
& ad jus dignitatis revocavit. Suetoni-  
us, Dio, & noster infra. Schegk.

simulque, <sup>1</sup> quod indignissimum est, senatorum filii &  
onera ordinis sustinerent & jura perderent. Sed adven-  
tum in Italiam L. Sullæ, Cn. Pompejus ejus Pompeji fi-  
lius, quem magnificentissimas <sup>2</sup> res in consulatu gessisse  
bello Marfico prædiximus, xxiii annos natus, abhinc  
annos cxiii, <sup>3</sup> privatis ut opibus ita consiliis magna au-  
sus, magnificeque conata executus, ad vindicandam re-  
stituendaque dignitatem patriæ, firmum ex agro Pice-  
no, qui totus paternis ejus clientelis refertus erat, con-  
traxit exercitum. cujus viri magnitudo multorum volu-  
minum instar exigit: sed operis modus paucis eum nar-  
rari jubet. Fuit hic genitus matre Lucilia, stirpis senato-  
riæ, <sup>4</sup> forma excellens, non ea qua flos commendatur æta-  
tis, <sup>5</sup> sed ex dignitate \* constanti: quæ illam conveniens  
ampli-

1. Quod indignissimum est.] Ita Plu-  
tarchus οὐδὲ πάλιν ἀδικώτερον εἶδος,  
& ἀρετῆς ἀγαθῶν ἠπιώτατος ἢ ἡδὺς  
καὶ ἡσυχία, καὶ τὴν ἡγεμονίαν πάλιν  
ἐδημιόυσεν. Quod omnium visum est in-  
dignissimum, proscriptorum liberos nepo-  
tesque infamia notavit, omniumque bona  
publicavit. Boetler.

2. Res in consulatu.] Ita exemplar  
vetus juxta Burrerium. vulgò, in sen-  
natu.

3. Privatis ut opibus.] Ita de Οθα-  
vio infra 2, 51, 1: mira ausus ac summa  
confectus privato consilio majorem senatu  
pro rep. animum habuit. Quamquam,  
hæc privati consilii auxiliumque, utur  
pro rep. suscepta molitio, nisi accesserit  
publicæ auctoritatis approbatio,  
non solet commendari à rerum civili-  
um peritis. Itaque prudentes apud  
Tacitum l. A. 10, 1. in reprehensione  
Augusti etiam illud memorant: para-  
tum ab adolescente privato exercitum. Sci-  
licet plus est in legibus, quam in fuce-  
cflu. datoque semel exemplo prætex-  
tæque, facile dominandi cupidis ad  
nova consilia via panditur. Quare non

frustra Aristoteles etiam circa cliente-  
las, de quibus mox sequitur, monuit,  
periculosum esse libera civitati, si quis  
nimia clientum, amicorum, servorum mul-  
titudine emineat polleatque. Quod Ro-  
mani mature debebant observare.  
Boetlerius.

4. Forma excellens.] Ita Plutarchus  
Pompejum commendat: τὸ γὰρ ἐρεφέ-  
μιον ἀξίωμα μέγα καὶ τοῦ φιλασθεράπυτος,  
καὶ τὸ νεαρόν, καὶ ἀσθενὲν διεφαιναν Οθα-  
vίος ἢ ἀκμή τὸ γὰρ ἄριστον καὶ τὸ βασιλι-  
κὸν ἔστιν ἡδὺς. Gratia formæ dignitatem  
pariter ac humanitatem eximiam præfere-  
bat, & in illo juvenili flore exsultende-  
scibat jam senilis regia quadam gravi-  
tas. Compara Suetonii locum de Tito,  
cap. 3. Forma egyptia, & cui non mi-  
nus auctoritatis inisset, quam gratia.  
Estne hoc εἶδος ἀξίον τυραννίδος,  
sive imperatoria forma, quam Cornelius  
Nepos etiam Iphicrati tribuit, 3, 1?  
Boetlerius.

5. Sed ex dignitate.] De gravi autem  
hæc ἀξίωμα μέγα Pompeji formæ,  
ex Silio aliquid capies lib. xlii.



amplitudinem, fortunam quoque ejus, ad ultimum vitæ comitata est diem: innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius; potentiæ quæ honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus; dux <sup>1</sup> bello peritissimus; civis in toga (nisi ubi vereretur, ne quem haberet parem) modestissimus; amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, <sup>2</sup> in reconcilianda gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus; potentia sua numquam aut raro ad impotentiam usus; pæne omnium <sup>3</sup> vitiorum expers, nisi numeraretur inter maxima, in civitate libera dominaque gentium, indignari, cum omnes cives jure haberet pares, <sup>4</sup> quemquam æqualem dignitate conspiceret. \* Hic à toga virili assuetus

COM-

*Ille birta cili subrigitur coma fronte, decorum,*

*Et gratum scruis Magnus caput.*

Lipsius.

\* *Constanti.*] Manutius legit, *Constantiaque.*

1. *Bello.*] Lipsius.

2. *In reconciliandâ.*] Imò *reconciliatâ.* Nam ibi fides locum habet, uti facilitas in reconciliandâ. *Lipsius. In reconciliandâ.*] Lipsius legit, *reconciliata.* Mihi nihil mutandum videtur. Vult Vellejus, fidelissimum fuisse in reconcilianda inter alios gratia, ubi fide potissimum opus. *Vossius.*

3. *Vitiorum.*] [Vulgo male, *votiorum.*] Nimum est pro Pompejo. & quis vel Socrates ad hunc sapientiam gradum venit, nil vovet? Aldus igitur vitiorum fecit, haud male. Possis &, *notarum:* ac consequenter, *inter maximas.* Ut velit nihil esse culpandum notandumque in Pompejo, præter nimiam æstimationem sui & studium excellendi. *Lipsius. Vitiorum.*] Profecto verior Aldi coniectio. quæ fuerat eadem & mea. Nam sequentia attende: virum ait fuisse Pompejum, liberum & immunem ferme omnibus

vitii, nisi maximum illud tamen esset, neminem quemquam parem ferre potuisse. Certo igitur vitiorum rescribendum. Sed de Catone Porcio infra: *Omnibus humanis vitis immunis.* Exempla in alteram partem alata, si verè volumus judicare, minus etiam cogemur, quam ad rem minimo minus facientia fateri. Taceo, quod quisvis videt, quam illam ipsam lectionem insequentia adversus veluti cornibus impugnet. *Acidalius.*

4. *Quemquam æqualem.*] *Casari. bell. civ.* Pompejus neminem dignitate secum æquare volebat. *Lucan. 1. Flor. 4. 2. 14.* Sallust. alludit *orat. 1. de rep. ord.* cum de Pompejo loquens, *Nam particeps, inquit, dominationis neque fuit quisquam, neque si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret.* Egregie Theophrastus in *Charact.* *ὁ δὲ δολιχαρξίας, notat, homines δολιχαρξίους ex Homeri versibus hunc, solum & unum tenere, σὺν ἀγαθὸν πολυχοροῦντι, εἰς χριστὸν ἔσω; aliorum omnium nihil ferre. Qui character non tam Optimatibus, id est, Aristocraticis hominibus, quod simpliciter & sine*

commilitio prudentissimi ducis parentis sui, bonum & capax recta discendi ingenium singulari rerum militarium prudentia <sup>1</sup> excoluit, ut à Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompejus timeretur validius. Tum M. Per- 30  
perna prætorius, è proscriptis, gentis clarioris quam animi, Sertorium inter cœnam \* *Etofcæ* interemit, Ro-  
manif.

& sine limitatione *Magnus ille Casabonus* pronuntiat, sed Oligarchicis, ad eoque iis, qui Optimatum auctoritatem usque ad paucorum potentatum evectam cupiunt, videtur convenire. Quo sensu scilicet *δολιχαρξίους*, declaratur à *Poll. 3. 6.* *σὺν ἀγαθὸν τὸ ἴσων: æqualitatem non amans.* Est enim *ἰσότης*, sive *ισορρογία*, *ισορρογία*, civilis æquabilitas, veluti fundamentum & vinculum libertatis & Democratix. Ergo *Vellejus:* cum omnes cives jure haberet pares. Hanc æqualitatem qui transcendunt, inciviles, incivilerelati, & *δολιχαρξίους* vocantur, & interdum *τυραννίους*. *Boecler.*

\* *Hic à toga.*] Vulgo, *hiccæ toga.* *Hic à toga.*] Ita V. E. Is qui Vellejum è vetusto descripsit, falsus est a litera in ecc. nam ut in hoc, sic etiam in quibusdam aliis veterum codicibus, a sic scribitur cc: quod iste pro *cc* syllaba adspexit. *Burrer.*

1. *Excoluit.*] In veteri exemplari *celeriora*, forte legendum *celebriora*.

2. *Etofcæ.*] Potuit esse loci nomen, *Etofcæ*, à librariis postea corruptum, potuit & *escas:* id quod sententia non respuit: potuit etiam aliter. quod ut asequi conjectura, felicitatis est, sic affirmare sine veterum librorum, aut historicæ testimonio, temeritatis. Mihi, loci nomen fuisse, probabilius videtur. Et quoniam in emendando litterarum maxime similitudinem sequi oportet, placeret, *Oscæ*, quæ fuit urbs Hispaniæ, inter eas, quarum ope Sertorius usus est. *In fidem Romanam,* ait Florus, *venere urbes, Oscæ, Teime, Tu-*

*tia, Valentia, Auxima.* Meminit etiam Plinius lib. III. cap. 3. & Ptolemæus lib. II. c. 6. *Manlius.* *Etofcæ.*] Adfertur doctissimis viris, Manutium dico & Otteium, *Oscæ* ex Plinio, Ptolemæo, Plutarcho legitibus. Strabone libro 3. *Ileoscam* agnoscit. Supremum istud convivium reperies apud Sallustium historiæ l. 3. *Igitur discubueret,* inquit, *Sertorius interior in medio.* super eum *L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonio,* & infra scriba *Sertorii Persius:* & alter scriba *Maccenas in imo, medius inter Tarquitium,* & *Dominum Perspernam.* Huic loco lucem pete à Plutarcho in Sertorio. [Vide Annot. in Sallust. p. 476. & seqq.] Unum moneo, facillimè ab Antonio, qui in summo, vulnerari potuisse Sertorium, qui interior. ita enim ritus statueret lectos, ut cujus prona & prompta transitio & attackio. colligo è Plauti *Asinaria* Scena,

*Agredum istum:*

*Neque illac illi suo pede pedem homini premat.*

*Cum surgat, non in lectum inscendat proximum:*

*Neque cum descendat, inde det cuiquam manum.* Schegg.

*Etofcæ.*] Imò, *Oscæ.* Strabo lib. III. de eodem Sertorio ait, *ἐπιλαστέει ἐν Ὀσκῃ.* Ita enim egregie emendavit Cl. Puteanus. Vulgo corrupte editum: *ἐπελαστέει ἕν Ὀσκα.* Florus etiam libro III. cap. xxi. *Oscam* inter urbes recenset, quæ Sertorio occiso, in potestatem venire Romanorum. *Vossius.*



manisque certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimam mortem pessimo auctoravit facinore. <sup>1</sup> Metellus & Pompejus ex <sup>2</sup> Hispaniis triumpharunt: sed Pompejus hoc quoque triumpho, <sup>3</sup> adhuc eques Romanus, ante diem quam consulatum iniret, curru urbem invehctus est. Quem virum, quis non miretur, per tot extraordinaria imperia in summum fastigium vectum, iniquo tulisse animo, C. Cæsaris in altero consulatu petendo, senatum populumque R. <sup>4</sup> rationem habere. adeo familiare est hominibus, omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere; & <sup>5</sup> invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem personarumque dirigere. Hoc consulatu Pompejus <sup>6</sup> tribuniciam potestatem restituit, cujus Sulla <sup>7</sup> imaginem sine re reliquerat.

1. Metellus & Pompejus.] Ad *Signon*. comment. in *fist.* & *triumph.* R. ad ann. DC LXXXI. ubi & Auctorum loca notata. Boecler.

2. Hispaniis.] Vulgo, *Hispaniis*. *Hispaniis*. Nam alioqui legendum esset de *Hispanis*.

3. Adhuc eques Romanus.] Cicero pro L. Manilia, Lucanus lib. 7. Plinius lib. 7. Pompejus Sicilia recuperata, Africa tota subacta, Magnique nomine spolio inde capto, eques Rom. (id quod nemo ante) curru triumphali revehctus est. Schegk. *Adhuc eques Romanus*.] Nam & antea, quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. *Epit. Liv.* 82. Adi rursum *Signon*. comment. *inf.* & *tr.* R. ad ann. DC LXXII. Boeclerius.

4. Rationem habere.] *Flor.* 4, 2, 16. & late *Dio* 40. *Appian.* 2. *bell. civ.* *Cæs.* 1. *bell. civ. Plut.* in *vit.* Boecler.

5. Invidiam rerum.] Etenim ut est non multo post, interdum persona, ut exemplo nocet, ita invidiam auget, aut levat. Et, raro invidetur eorum honoribus, quorum vis non timeatur: sed qui eos suo arbitrio aut deposcunt, aut retenturi vi-

dentur, & modum habent in voluntate. *Acidalius*. *Invidiam rerum*.] Satis obscura sententia, nisi capias: *invidiam rerum* à plebisque ambitiosis & potentia cupidis non referri ad causam & negotium, neque ex eo aestimari: sed potius voluntatis sine studio obsequentes eos ferri ad obtreclandum invidendumque, non tam factis & rebus quam personis. si enim voluntatem de *Caesare* & eorum, quibus invidetur, accipias, falsa erit sententia. Boecler.

6. Tribuniciam potestatem.] *Tullius* 3. de *Legibus*, *Quamobrem in ista quidem re, vehementer Sullam probo, qui tribunicis pleb. sua lege injuria faciendae potestatem ademcrit, auxilium ferendis* (intelligit intercessionem. *Cæsar* libro 1. *belli Civil.*) *reliquerit, Pompejumque nostram ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque effero laudibus: de tribunicia potestate taceo, nec enim reprehendera libet, nec laudare possum.* Schegk.

7. Imaginem sine re.] Alii, *sine jure*. eodem sensu. Restituit autem Pompejus tribuniciam potestatem, simulacrum quodam popularitatis: ut nimirum pignoratam populi favore, aditum sibi

querat. Dum Sertorianum bellum in Hispania geritur, <sup>1</sup> LXIV <sup>2</sup> fugitivi è ludo gladiatorio Capua profugientes, duce Spartaco, raptis ex ea urbe gladiis, primo Vestivium montem petiere; mox crescente in dies multitudine, gravibus variisque casibus affecere Italiam. quorum numerus in tantum adolevit, ut qua ultimo dimicare acie, <sup>3</sup> XL. millia hominum se Romano exercitui opposuerint. Hujus patrati gloria penes <sup>4</sup> M. Crassum fuit, mox <sup>5</sup> Romanorum omnium principem. Converterat Cn. Pompeji persona totum in se terrarum orbem, & <sup>6</sup> pæne homine major habebatur. qui \* cum consul perquam lau- 3 I dabi-

sibi ad dominatum muniret. sicut & *Cæsar* apud *Sueton.* 5. *auctores restituent de tribunicia potestatis, cujus vim Sulla diminuerat, enixissime juvit.* Boeclerius.

1. LXIV.] Non displicet *Lipsio* numerus qui in *Livii* *Epitomâ* legitur, *LXXXIV.* *LXIV.*] Ut nihil hic mutandum putem, facit maxima scriptorum dissensio. Quorum in hoc numero diverſitatem scire qui desideret, adeat eruditissimum *Freinshemium*, ad *Flori* lib. 1. *cap. xx.* *Vossius.* *LXIV.*] De bello Spartaco vide *Flor.* 3, 20: quosque ibi *Camers* laudavit. adde *Signon.* ad ann. DC LXXX. Boecler.

2. Fugitivi.] Vix probes fugitivi profugientes, aliud quid videtur prius loco vocis fugitivi. *Gruter.*

3. XL.] Alii hunc numerum plurimum augent. Inter quos, is qui minimum habet, est *Eutropius*. Hic sexaginta millia virorum ab iis collecta fuisse scribit. *Appianus* vero ad c. & xx. millia extendit. *Orosius*, *Livii*que epitomator, medium tenuisse videntur, ut ex cladibus colligas. Itaque vix ambigo, quin in *Velleto* legendum sit; *xc* hominum. *Vossius.*

4. M. Crassum.] Qui ovans urbem inivit, quod Senatus censeret indignum de servis, hoste non justo, trium-

phare, *Plutarchus*. *Coronatus* tamen non myrtea corona, quæ *Ovalis*, sed per gratiam *Senas* consulatus adjutus, laureâ. *Agellius* lib. 5. *cap. 7.* *Schegk.*

5. Romanorum omnium principem.] Non sanè omnium: nec *Cæsar* aut *Pompejus* concesserint. Quid si, *opibus* id verum sit. nec displiceat etiam omitti vocem, omnium, atque induci. *Lipsius*. *Romanorum omnium principem*.] Non quasi solus, sed quia unus ex tricripitina. *Lipsius*, pro omnium, malebat, *opibus*. Quem *distio*, mox, satis refellit. Aliorum conjectura *Lipsianâ* multo deteriores. Omnium minime placet illa *Barthii*; qui pro, *Romanorum omnium*, scribebat: *Romanorum omnium*. Ut tacita nimirum argutia *Cæsarem* non modo, sed & *Pompejum*, hominibus eximat *Vellejus*. *Voss.* *Romanorum omnium principem*.] Nihil profus impedit æqualitas aliorum, imo nec superior alterius auctoritas quicquam detrahit huic significatui. *Princeps Romanorum* rectissime dicitur, non qui solus supra ceteros eminet, sed qui inter eminentissimos Romanorum, id est, inter principes suæ reip. numeratur. *Boecl.*

6. Pæne homine major.] Antea fuerat: per omnia majore vi habebatur. *Acidalius* legit: per omnia major ævo habebatur.



dabiliter jurasset, se in nullam provinciam ex eo magistratu iturum, idque servasset, post biennium <sup>1</sup> A. Gabinius tribunus legem tulit, ut, cum belli more non latrociniorum, orbem classibus jam, non furtivis expeditionibus <sup>2</sup> piratæ terrent, quasdam etiam Italiæ urbes diripissent; Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur; essetque ei imperium æquum in omnibus provinciis cum proconsulibus, usque ad quinquagesimum miliarium à mari. <sup>3</sup> quo S. C. pæne totius terrarum orbis \* imperium

uni

tur. Arridere potest primum aspicienti ea emendatio: sed penitus expensa non carebit dubitatione. Boecler.

\* Cum consul jurasset. ] Vide Appian. 1. bell. civ. extremo: ubi reconciliati Cols. Pompeius & Crassus, exercitus dimissionem edixere. Sigon. comment. in f. & iv. R. ad ann. dc. lxxxiii, existimant apud Zonaram (t. 2, p. 12. in verbis περιήρασαν ἢ καὶ τὴν ἑσπέρην) hoc ipsum intelligi, provinciam sc. ab eo repudiatam. Boecler.

1. A Gabinius. ] Qui nisi rogationem de bello Piratico tulisset, profecto & agestate & improbitate coactus piraticam ipse fecisset. Cicero. Schegk.

2. Piratæ. ] De piraticæ licentiæ origine successibusque vide accuratissimum Dionem lib. 36, & Plut. in Pompejo. Boecler.

3. Quo S. C. ] A aperte falsum, aut Vellejus in mendo. Magnus ille Jurisconf. in Observationibus referit P. S. id est, Plebiscito, in vitis libris, volente veritate. Emendaverim scito, facili & prono errore imperiti librarii, τὸ scito in S Cto mutantis. Et sciscere siue scisum verbum proprie plebis, notum ex Plauto, Cicerone, aliis, immo generale ad omnia decreta pertinens. Livius l. 1. quæ publica, quæ privata sacra Pontificis scitis subiecit. Plinius lib. 33. c. 2. Non genti vocabantur ex nominibus selecti ad custodienda suffragiorum scita in comitiis. à me Lipsius ad Tacitum. Hæc uti

protuli, opinor; magis, Vellejum peccasse, cum & statim Catoni Senatufconsulto Cyprum commissam recitet. Schegk. Quo S. C. ] Viri eruditi, inter quos etiam summus I. C. Jacobus Cujacius, pro S. C. restituunt hic, P. S. Nimirum quia satis constat, Gabinius tribuno legem ferente, populum eam scivisse. Ego nil temere mutaverim. Nam licet illud P. S. fuerit, tamen à senatu, quamvis invito, comprobatum fuisse videtur. Vide Dionem lib. xxvi. Extant præterea duo numismata, apud Oconem Adolphum, quorum unius inscriptio:

MAGNVS IMPERATOR ITER.

PRAEF. CLAS. ET ORAE MARI. EX S. C. Alterius,

MAGNVS PIVS IMPERATOR ITER.

PRAEF. CLAS. ET ORAE MARI. EX S. C. Unde colligo, P. S. quoque, quæ senatus vi approbare coactus, S. C. nomen obtinere. Hinc est, quod infra Cyprum S. C. provinciam factam dicat Vellejus. Satis enim constat ex Catone Plutarchi, aliiisque, & hoc plebiscitum fuisse, ac P. Clodium vi à senatu extorsisse, ut Cato in eam insulam mitteretur. Imo & ipse Paterculus postea ait: Idem P. Clodius in senatu, sub honorificentissimo ministerii titulo, M. Catonem à Rep. relegavit. Cujacius, aliique viri eruditi, τὸ in senatu, ab aliena manu esse arbitratur. Ego illuc retineri posse puto. Ut P. Clod-

uni viro deferebatur: <sup>1</sup> sed tamen idem hoc ante biennium in M. Antonii prætura decretum erat. <sup>2</sup> sed interdum persona, ut exemplo nocet, ita invidiam auget aut levat. in Antonio homines æquo animo passi erant. raro enim invidetur eorum honoribus, quorum vis non timeatur. Contra in iis homines extraordinaria reformidant,

qui

P. Clodius in senatu egisse dicatur, quod senatum pro rato haberè compulerit. Vossius.

\* Imperium uni viro. ] Plutarchus: ἐγγράψε ἢ Γαβίνῳ εἰς τὸ Πομπηίου συνίδαν νόμον, & καταργήσας, ἀντικρυσ ἢ καταργήσας αὐτὰς διδόντας, καὶ δυνάμειν ἐπὶ πάντας ἀνδράποδους ἀνυπαδύτων. Adde quæ sequuntur. Boecler.

1. Sed tamen idem hoc. ] Gruterus duas priores voces omnino irreptitias esse censet. Mihi non videtur. Mirandum esse inquit Vellejus, P. R. adeo libertatis studiosum, uni Pompejo totius maris decrevisse imperium. Demere tamen admirationem, quod idem hoc ante biennium M. Antonio esset decretum, homini non nimis magnæ existimationis. Per M. vero Antonium intellige triumviri patrem; qui quamvis adversus Cretenses improspere rem gesserit, tamen Cretici nomen retulit; ut ex Appiani excerptis legationibus cognoscas. In Plutarchi Antonio male cognomentum Critici ei tribuitur. Quod facile civis emendare. Absque hujus historiæ ignoratione fuisset, non corrupisset Lactantium Thomastus, lib. 1. cap. xi. ubi vulgo legas; cuius regnum tale fuisse dicimus, quale M. Antonii fuit infinitum illud imperium, cui totius oræ maris imæ potestatem senatus decreverat. Maluit ille, Pompeji, ex quibusdam Ms s. Sed, præter citatos auctores, eum satis refellit Cicero Verrina r. cuius ipsi verbis utitur Lactantius. Vide etiam, quæ de hoc Antonio ad eandem orationem adnotavit Aconius Padianus. Atque

hunc etiam innuere videtur Florus lib. 111. cap. viii. quod est de bello Cretico. Sed more suo erravit, quod à Pompejo missum dicat, captandæ laudis ea aliena provincia. Octavianus igitur cum Antonio confundit. Illum enim nominat in hac re Dio, l. xxxvi, & Plutarchus in Pompejo. Vossius.

2. Sed interdum persona, ut exemplo nocet. ] Quid noxa exemplorum hic ad rem? Examina, videbis frigidum hoc torum esse aut ineptum. Censeo legendum: Interdum persona, ut exempla docent, aut invidiam auget. Hoc scilicet per occasionem, sententiæ modo, addit: Sæpè in eadem re aut culpa invidiam majorem minoreme esse, & voces attolli aut minui, aspectu personæ magis quam meriti. idque exemplis testari. Supra hoc ipsum dixerat; Familiare esse hominibus invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem personasque dirigere. Lipsius. Sed interdum persona, ut exemplo nocet. ] Hæc nonnullis frigida aut inepta: itaque emendationibus incumbunt: quæ meis tamen oculis minus satisfaciunt, quam vulgatum. quo vult Vellejus; quemadmodum alia atque alia persona minus magisve nocet exemplo suo; sic quoque unam eandemque rem huic vel illi majorem minoremeve creare invidiam. quo nihil verius; ut pluribus adstruo suis locis. nam omnia huc cumulare, non est meum. haud omitto tamen Vellejanum istud capitulum trigimesi: Familiare est hominibus, omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere; & invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem personasque dirigere. Grut.



qui ea suo arbitrio aut deposituri aut retenturi videntur, & modum in voluntate habent. Dissuadebant optima-  
 32 tes: sed consilia impetu victa sunt. Digna est memoria  
 Q. Catuli cum auctoritas tum verecundia: qui <sup>1</sup> cum dis-  
 suadens legem in concione dixisset, esse quidem præcla-  
 rum virum Cn. Pompejum, sed nimium jam liberæ resp.  
 neque omnia in uno reponenda: adjecissetque, <sup>2</sup> Si quid  
 huic acciderit, quem in ejus locum substituetis? succla-  
 mavit univèrsa concio, Te Q. Catule. Tum ille victus  
 consensu omnium, & tam honorifico civitatis testimonio,  
 è concione discessit. Hic hominis verecundiam, populi  
 justitiam mirari libet: hujus quod non ultra contendit;  
 plebis, quod dissuadentem & adversarium voluntatis suæ  
 vero testimonio fraudare noluit. <sup>3</sup> Per idem tempus Cot-  
 ta judicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui  
 ad equites, Sulla ab illis ad senatum transfulerant, æ-  
 qualiter <sup>4</sup> inter utrumque ordinem, partitus est. &

Otho

1. *Cum dissuadens legem.*] Vide quan-  
 tum ex egregia oratione Catuli apud  
 Dion. 3. 6. lupereft. *Vellejus* Noster ipsam  
 vim consilii complexus est: *Esse & O-*  
*primatibus & Populo valde periculofum,*  
*si uni alicui extraordinaria, aut summa,*  
*aut crebra potestas deferatur: cum præser-*  
*tim Pompeji magnitudo jam nimia sit &*  
*αὐτῷ ἰσθμῷ ἀνεπιπέδῳ ἀπομμε-*  
*αῖς &*, ut Plutarchi voce utar. Quales  
 nimium observandos esse cavendosque  
 in rep. libera, peritissimi quique Poli-  
 tiorum moment. *Arist.* 3. pol. 9. Potest  
 quodammodo ad *Vellejanam* de  
 Pompejo sententiam accommodari,  
 quod de Manlio *Lirius* judicat 6, 20.  
 quem *virum* vocat, nisi in libera civitate  
 natus esset, memorabilem. Boecler.

2. *Si quid huic acciderit.*] Verba sollemnia vitandi ominis in mortis men-  
 tione. Sueton. extremo Augusto: *Ju-*  
*lius filiam, neptemque si quid his accidit-*  
*set, vetuit sepulchro suo inferri.* Indubie

huc spectat fragmentum illud è lib. 5.  
 historiarum Sallustii, *Nam si Pompejo*  
*humani quid evenisset.* quod etiam No-  
 bilissimo Douza in mentem venisse  
 jam video: narrat historiam Plutar-  
 chus & Valerius. Schegk.

3. *Per idem tempus Cotta.*] Immo  
 biennio ante Pompejo & Crasso Cos.  
 quod actiones in Verrem, aliaque re-  
 stantur exempla. Itaque cogor hic, nisi  
 vitiosi libri sunt, Velleii diligentiam  
 requirere. *Manut.* *Per idem tempus Cot-*  
*ta.*] Confer 2, 6, 3, 2, 15, 2. De re to-  
 ta late Sigon. *antig. jur. civ. Rom.* 2, 18.  
 Boeclerus.

4. *Inter utrumque ordinem.*] Dis-  
 sentit à Pediano, & aliis: qui inter tres  
 ordines à Cotta communicata judicia,  
 tradunt. *Manut.* *Inter utrumque ordi-*  
*nem.*] Senatorium puta, & equestrem.  
 Equestri annumerat Cl. vir Ant. Au-  
 gustinus Tribunos ærarios testimonio  
 Plinii lib. 33. cap. 9. Hoc magis Li-  
 vius

<sup>1</sup> Otho Roscius lege sua equitibus in theatro loca restituit.  
 At Cn. Pompejus, <sup>2</sup> multis & præclaris viris in id bellum  
 affumtis, descriptoque in omnes recessus maris præsidio  
 navium, <sup>3</sup> brevi, in exsuperabili manu, terrarum orbem libe-  
 ravit, prædoneſque <sup>4</sup> per multa prælia multis locis victos,  
 circa

vius lib. 97. ad equites solos transla-  
 ta judicia constanter asseverat. Scheg-  
 kius.

1. *Otho Roscius.*] Vulgo corrupte,  
*Horofcius.* *Otho Roscius.*] Legem Ros-  
 ciam theatrali quis jam, qui modo  
 historiam quamvis leviter atigerit,  
 ignorat? testis Cicero, Pedianus, Pli-  
 nius, alii. Ut, monere lectorem de  
 reponendo *L. Roscii* nomine, extruso  
*Horofcio* putidum præne videatur. Id etiam  
 adulterinum puro, loca restituit:  
 quasi eadem equites antea habuissent.  
 quod falsum est. primus enim Roscius  
 hoc sua lege induxit. Itaque vel consti-  
 tuit, vel, distribuit, rectius opinor. Nec  
 displicet, quod Puteanus pro *Horof-*  
*scius, Otho Roscius* reponit: familiare  
 enim est Vellejo, cognomina præpo-  
 nere nomini gentilicio, ut, *Manci-*  
*nus Hostilius, Carbo Papius, Lepidus*  
*Æmilius, Scævus Æmilius, Saturninus*  
*Appulejus, Ofella Lucretius, Marcellus*  
*Claudius.* *Manut.* *Otho Roscius, &c.*  
*restituit.*] Constituit, aut distribuit, suadet  
 vir doctus, nullus persuadet. Ci-  
 cero de illa ipsa agens, *L. Otho, ait,*  
*vir fortis, meus necessarius, equestri or-*  
*dini restituit non solum dignitatem, sed*  
*etiam voluptatem. itaque lex hæc, quæ*  
*ad ludos pertinet, est omnium gratissima,*  
*quæ honestissimo ordini cum splendore,*  
*fructus quoque jucunditatis est resti-*  
*tuutus:* Pro Muræna. Vides hoc ver-  
 bum bis reperi, nec frustra. in vario  
 namque significatu veteribus præpositio,  
 Re. Hinc apud Tacitum lib. 1.  
 Annal. legas, remittere, pro permittere:  
 Remisit, inquit, Cæsar adroganti mode-  
 rationem, ut notavit vir nunquam satis  
 laudatus Cusacius *Observat.* lib. 21.

cap. 29. De *L. Roscia*, quæ tantum de  
 Scena, non Curulibus ludis caverat,  
 quædam non è vulgo, vir omnia do-  
 ctus Lipsius, ad Taciti lib. 1. Ad-  
 do loca ipsa *Equeſtria* dicta; hinc sedere  
 in Equeſtribus ex simplicibus & puro in  
 obscenum detorquet sensum ancilla  
 Chryſis apud Petronium: *Viderint*  
*matronæ, quæ flagitiorum vestigia oscu-*  
*lantur. ego est ancilla sum, numquam*  
*tamen, nisi in Equeſtribus sedeo.* Et Qua-  
 tuordecim absolute. Idem: *Ex hæc*  
*nota domina est mea, usque ab Orchestra*  
*quatruordecim transitit, & in extrema*  
*plebe querit quod diligit.* Ex aliis nulla  
 profero quod diligit. Schegkius. *Otho Ros-*  
*cius, &c. restituit.*] Rursum vid. Si-  
 gon. de *antig. jur. R. c. 2, 19.* Boecler-  
 tus.

2. *Multis & præclaris viris.*] De legatis  
 capendum. Nam lege Gabinia  
 continebatur etiam, ut multis legatis  
 (πολλῶν ἀποστειλόμενος Dio vocat)  
 uteretur Pompejus. Plutarcho περὶ  
 ἑσῶταῖς dicuntur, expresso numero  
 xvi. Appianus ἀποστειλόμενος δὲ τῶν  
 ἄλλων, ἔς καλῆσι περὶ ἑσῶταῖς, nume-  
 rat xxv. Florus, plures legatos atque præ-  
 fectos memorat 3, 6, 8. è quo capite  
 ascriptisque à Cameræ Auctoribus to-  
 tius belli Piratici historiam petas licet.  
 Boeclerus.

3. *Brevi, &c. terrarum orbem libera-*  
*vit.*] Distincte Florus: *Quid prius in*  
*hac misere victoria? velocitatem quod x l.*  
*die parva est? an felicitatem, quod una*  
*quidem navis amissa est? an vero perse-*  
*veritatem, quod amplius piratæ non fue-*  
*rint?* Schegkius.

4. *Per multa prælia.*] Primæ editio-



circa <sup>1</sup> Ciliciam classe aggressus fudit ac fugavit. & quo maturius bellum tam late diffusum conficeret, reliquias eorum contractas, <sup>2</sup> in urbibus remotoque à mari loco, in certa sede constituit. Sunt qui <sup>3</sup> hunc carpant. sed quamquam in auctore satis rationis est, tamen ratio quemlibet magnum auctorem faceret. data enim facultate sine rapto vivendi, <sup>4</sup> rapinis arcuit. Cum esset in fine bellum Piraticum, <sup>5</sup> & L. Lucullus <sup>6</sup> (qui ante septem annos <sup>7</sup> ex consulatu fortitus Asiam, Mithridati oppositus erat, magnasque ac memorabiles res ibi gesserat, Mithridatem sæpe multis locis fuderat, egregia <sup>8</sup> Cyzicum liberarat victoria,

ni abest vox *prælia*. Addita explendæ sententiæ videtur. & fortean fuit, *per multos, multis locis*. Per multos, legatos nempe Pompeji & duces. *Lipsius*. *Per multa prælia*.] Prima editio, *præ. per multa à multis locis victos* ut videri possit, prius fuisse, *præ. neque permultis locis victos*. Gruterus.

1. *Ciliciam*.] Quæ regio minoris Asiæ, Syriæ proxima.

2. *In urbibus*.] Aut illud, *in urbibus*, supervacuum est, aut sequens, *in certa sede*. Gruter.

3. *Hunc carpant*.] Lege, *hoc*. Sic editio Gryphiana, alixque eam fecerunt. *Vossius*.

4. *Rapinis arcuit*.] *Florus* quoque singulari hic *ducis* consilium agnoscit: qui *maritimum genus à conspectu longe removit maris, & mediterraneis agris quasi obligavit*. Quæ translatio nationum hominumque ferocium ex assuetis sedibus in diversæ indolis loca, etiam alibi arcenis firmandi imperii stabilendæque tranquillitatis servit. *Boetius*.

5. *Et L. Lucullus*.] Vetus editio: *cum & L. Lucullus, &c.* Quod cur rejicerent, nulla erat causa. *Vossius*.

6. *Qui ante septem annos*.] Solenne est Vellejo dicam, an exscriptoribus

Velleii, per magnas parentheses orationem suspendere. id quod aliquando non caret molestia. Ceterum, quæ de *Lucullo* hic tanguntur, perscripta lege apud *Plutarch. in Lucull. Appian. Mithridat. Dion. 35. Flor. 3, 5. &c. Boetius*.

7. *Ex consulatu*.] Licet hæc lectio non displiceat, magis tamen placeat, si ita legeretur: *Qui, ante septem annos ex S. C. fortitus est Asiam*, & nam in antiqua editione est, *ex S. C.* quod videri potest factum ex, *ex S. C.* quæ usitata erat formula in decernendis provinciis. *Ursinus*. *Ex consulatu*.] *Ursinus* legit, *ex S. C.* Sed vulgata lectio mutari non debet. *Vellejus* infra: *Domitius cum ex consulatu obtineret Hispaniam, gravissimi, comparandique antiquis exempli, auctor fuit*. Ita & *Cicero* in *Bruto*: *Cotta ex consulatu est profectus in Galliam*. Item *Valerius Maximus* libro III. capite VII. *cum ex consulatu provinciam Galliam obtineret*. Quod *Colerus* non intellexit. Sed perinde est, *ex consulatu*, ac si *consul* dixisset. *Vossius*.

8. *Cyzicum*.] De *Cyzico* nobilissima & Romanis amicissima Asiæ urbe *Cicero*, pro *L. Manilia*, *Muræna*, *Orosius*. *Schægk.*

Storia, Tigraneum regum maximum in Armenia vice- rat, ultimamque bello manum pæne magis noluerat imponere quam non potuerat, qui alioqui per omnia laudabilis, & bello pæne invictus pecuniæ <sup>1</sup> expellebatur cupidine) idem bellum adhuc administraret, *Manilius* tribunus plebis semper venalis & <sup>2</sup> alienæ minister potentia, legem tulit, ut bellum *Mithridaticum* per *Cn. Pompejum* administraretur. Accepta ea, magnisque certatum inter imperatores jurgiis: cum *Pompejus* *Lucullo* <sup>3</sup> infamiam pecuniæ, *Lucullus* *Pompejo* interminatam cupiditatem objiceret imperii, <sup>4</sup> neuterque ab eo, quo

1. *Expellebatur*.] *Lipsius* legit *debellebatur*: *Acidalius*, *excelebatur*, id est, superabatur: *Gruterus* nova voce, *exbellabatur*. Si quid mutandum, *Lipsiana* emendatio per omnia ceteris melior esset. Sed quæ illa necessitas correctionis? Certe *expellebatur* provincia rebellionem militum & calumniis inimicorum, ipsiusque *Pompeji* ambitione: *expellebatur*, inquam, *Pompejus* que non tam belli quam triumphii successor mittebatur. quod factum non esset sc. nisi milites propter avaritiam sibi *insensos habuissent*. Lege *Plutarchi Lucullum*, ubi clare notantur, quæ innui. *Boetius*.

2. *Aliena minister potentia*.] Tales plerique tum tribuni, qui decus ac libertatem populi, cujus custodes esse debebant, alienæ potentia gratificabantur. Itaque nemo immoderata nimiaque concupivit aut molitus est, quin tribunis plebis tanquam satellitibus pravæ lubricitatis, ad opprimendas leges, capiendamque vi reimp. uteretur. Observabant autem studiosi prudentia iterum hoc loco, verissimum esse in *Rep.* quod *Aristoteles* in *Philosophia* posuit: *uno absurdo dato, cetera accidere*. Nimium reip. liberæ & in certissimum libertatis præjudicium erat iturum, cum ad bellum *Piraticum*

tanta *Pompejo* tamque monarchica potestas deferretur: nunc, ne quid ad absoluti dominatus speciem deesset, continuatur, augetur, superpletur illa potentia. Dum enim lege *Manilia* *Luculli* legiones & Provincias, *Bithynia* item, id est, quæcunque antea non habuerat, decernuntur, clasisque & imperium maritimum continuatur, quid hoc aliud erat, quam uni semel imperium *Romani* orbis transcribere: τὸ πρῶτον ἡ ἐν τῷ ἑσθῆνι ἡσθεῖς τῶν Παρκαίων ἡγεμονίαν, inquit *Plutarchus* in *Pomp.* ἀπὸ τῶν ἑσθῆνι πρὸς τῶν παρὰ τῆς αἰῆς τῶν οὐκ ἐπιβῆναι ἑσθῆνι, notante *Appiano Mithrid.* p. 238. Vide tamen callidas astutasque rationes, quibus inducti duo summi viri *Cicero* & *Cæsar* hanc legem *Maniliam* probarunt atque defenserunt, apud *Dion.* 36. p. 23. videbis eadem opera, *Remp. Romanam* non fuisse jam rem publicam. *Boetius*.

3. *Infamiam*.] Puto rectius, *infamiam*: & refero ad cupiditatem. *Lipsius*.

4. *Neuterque ab eo*.] Vide num verius, certe clarius: *neuterque adeo, quod arguebat, mentitus argui possit*. Neuter falsus convinci arguique in eo posset, quod arguebat. Uterque utriusque veram culpam objiciebat. *Lipsius*.



quo arguebatur, mentitus argui posset. nam neque Pompejus, ut primum ad remp. aggressus est, quemquam animo parem tulit: & in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat. neque eo viro, quisquam aut alia omnia, minus aut gloriam magis concupiit. in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus: ut qui eos, ut libentissime iniret, ita finiret æquo animo; & quod cupisset arbitrio suo sumere, alieno deponeret. & Lucullus, summus alioqui vir, profusæ hujus in ædificiis convictibusque & apparatus luxuriæ primus auctor

1. Quo arguebatur.] Vulgo, quod arguebatur. Quod arguebatur.] Si diligenter attendatur, patebit, arguebat, esse rectius. Manut. Quo arguebatur.] Puridum est, doctissimos viros heic implicari circa glossam, nam nihil similitius vero, quam manasse tantum à calamo Velleii, neuterque mentitus argui posset, adlitumque deinde à scriba aliquo, ab eo quod arguebatur. belle prorsus: belle. nisi & Tacitus scripsisset lib. 1. Histor. cap. 24. mox quasi vixantes supra & flagitia in vicem objeclavere: neuter falso. Gruter.

2. Ut primum ad Remp.] Alii, Ut primum Remp. adref.

3. Animo parem.] Animorum ergo inspector & arbiter Pompejus? non opinor. nec hoc illi ægrè, si quis animo æquaretur, sed si re & specie externâ. Fortasse, omnino, pro animo legendum. Quid fit etiam vox alia inclusa in simili priore? ut sit quemquam æquo animo parem. Lips. Animo parem.] Haud necesse videtur aliquid hoc loco novare. nam ut haud fuerit Pompejus animorum inspector & arbiter, poterat tamen de eis judicari ex actionibus hominum eorundem. Gruterus. Parem tulit.] Noti sunt Lucani versus: Nec quemquam jam ferre potest Cæsare priorem, Pompejusve parem.

4. Debebat.] Divino, esse habeat. Lips. Debebat.] Non video, cur primus

esse debuerit Romæ Pompejus. quare suspicor, illa, esse debebat, aliunde inventa; & repetendam vocem, cupiebat; tanquam expressisset, in quibus rebus cupiebat esse primus, cupiebat esse solus. Grut. Debebat.] Ita Cicero loquitur 1. offic. 19. ubi de nimia principatus cupiditate agit. ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel potius solus esse. Boecl.

5. Ut qui eos.] Lego, qui eos; sumeret. Hæc ipsa autem Carō de Pompejo jam mortuo apud Lucanum in 1x. — invasit ferrum, sed ponere norat.

Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amavit.

Jurit sumpta ducem, jurvit dimissa potestas.

Lipsius.

6. Profusæ, & c. luxuriæ.] De profusione in ædificando Cicero de offic. Varro lib. 3. de re Rusticæ de Luxuria Athenæus lib. 6. Schegk.

7. Convictibusque.] Planius esset, Conviviisque. Manut. Convictibusque.] Aldus, conviviisque. Sed alterum idem est. Sic Juvenalis Sat. 1111:

Convictus, thermæ, stationes, omne theatrum

De Rustico.

Ita omnes libri impressi, & noster Ms. oprimæ fidei. Ubi etiam glossa adscripta rō convictus interpretatur convivia. Nolim itaque Lipsium audiri qui

auctor fuit. quem ob injectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacete Magnus Pompejus Xerxem togatum vocare assueverat. Per id tempus à Q. Metello Creta insula in populi R. potestatem redacta est. quæ ducibus Panare & Laffhene, xxiv. millibus juvenum coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigaverat. Ne ab hujus quidem usura gloriæ temperavit animum Cn. Pompejus, quin victoriæ partem conaretur vindicare. Sed & Luculli & Metelli triumphum cum ipsorum singularis virtus, tum etiam invidia Pompeji apud optimum quemque fecit favorabilem. Per hæc tempora M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir novitatis

qui ex unico codice Ms. emendat, conventus. vocabulo eadem significatione usus etiam Valerius Maximus, lib. 11. cap. vii: Interdixit etiam ei convitium hominum, usumque balnearum. Vide locum. Item Tacitus 11. Annalium: Atque interim Libonem ornat prætura, convictibus adhibet, &c. Vossius.

1. Suffossis montibus.] Sic M. Varro de Re Rust. cap. xvii. contra ad Neapolim, inquit, L. Lucullus, postquam perfodisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas, quæ recipere fluere, ipse Neptuno non cederet de piscatu.

2. Xerxem togatum.] In Plutarcho leges, cognomen hoc jocosum Lucullo inditum à Q. Mælio Tuberone. Lipsius. Xerxem togatum.] Vide Plutarchum in Lucullo, ubi & de molibus mari injectis, &c. Idem Scriptor, non à Pompejo, sed à Tuberone Stoïco, Xerxem togatum esse appellatum memorat. quantum & Plinius cum Nostro facit 9, 54: Lucullus excessit etiam monte juxta Neapolim majore impendio, quam villam ædificaverat, enripum & maria admi-

st. Qua de causa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat. Boeclerus.

3. Creta insula.] Arx altera prædonum, prius malo Reip. à M. Antonio tentata. Livius lib. xcix. Valerius, Plutarchus in Pompejo, Dio, alii. Schegk. Creta insula.] Vide de bello Cretico Florum 3, 8. & quos ibi Cameris notavit. quibus adde Dion. 36. principio. Plutarch. in Pomp. Boecler.

4. Usura gloriæ.] Ita reposui, cum antea legereur: usura gloria. Manut.

5. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit.] Hinc ipse Tullius in L. Pisonem: Me cum quaestorem in primis, ædilem præviorem, præviorem primum, candidis suffragiis populi R. faciebat; homini illi honorem, non generi: moribus, non majoribus meis, virtuti perspectæ, non audita nobilitati detulerunt. Item Philipp. 7. Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos à se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis? Sed & aliis locis ita de se, ut est hominis ingenium, frequentissimè. Acidalius.



vitatis nobilissimæ, & ut vita clarus, ita ingenio maximus; qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur; consul, Sergii Catilinæ Lentulique & Cethegi & aliorum <sup>1</sup> utriusque ordinis virorum conjurationem singulari virtute, constantia, vigilia, curaque <sup>2</sup> aperuit. Catilina metu consularis imperii urbe pulsus est. Lentulus consularis & <sup>3</sup> prætor iterum, Cethegusque & alii clari nominis viri auctore senatu, jussu consulis in <sup>35</sup> carcere necati sunt. Ille senatus dies, quo hæc acta sunt, virtutem M. Catonis, jam multis in rebus conspicuam atque prænitentem <sup>4</sup> altissime illuminavit. Hic genitus proavo

1. Utriusque ordinis.] Borr. Ms. utrius ordinis, antique. Sic quidam veteres editiones Agellii 13. cap. 22. in verbis M. Catonis: *Si quid est quod utar; utur: si non est; ego suum cui (alias cuique) per me uti licet.* Schegkiius. Utriusque ordinis.] Ms. utrius. Quod antique dictum putabat Schegkiius. Sed fuerit illud contra mentem Prisciani; qui lib. v., postquam probavit, ut veteres, plerumque, plerumque, aliaque id generis, absque que, soliti fuerint efferre; ita de hac voce subiungit: *Uter vero, & uterque, diversus habent significaciones. Uter enim πῦρ, & dividam vim habet; uterque ἐκαστος, collectivam; ubi πῦρ, ἀπὸς, ubique πῦρ, & χ. In his ergo, & similibus, que si conjunctionem accipiamus, composita sunt: sin syllabam, derivativa. Vix tamen Prisciano assentierim. Quadrigrarius apud Agellium lib. ix. epistol. xi i: *Viris summo studio pugnantibus.* Sic enim fuit in Ms. Gifselini, restante Lipsio, epist. Quæst. lib. iv. cap. ii. Nec dubitat idem ejusdem lib. epist. i. qui apud Livium lib. xxxvi. ex Ms. sit reponendum: *Frumenti spes, que in oculos fuerat, utros pariter frustrata est.* Audacia ergo sit nimis, veterem Velleii lectionem exturbare. <sup>7</sup> *osius.**

2. Aperuit.] Ita alii. vulgo, eripuit. *Eripuit.*] Forsitan ita scripsit Vellejus: ut sit, *Eripuit è rep.* Sed aptius videbatur, & usitatius, *exstinxit, aut oppressit.* Quod attingendum putavi, ne quis me gloriæ causa putet insignia tantum persequi, humiliora contemnere. *Manutius. Aperuit.*] Inepte, eripuit. *Respondeo, eruit.* Nam hoc Cicero ipse ubique in laude sua ponit, quod conjurationem retexerit, in lucem produxerit, vindicandam comprimendamque Senatui præbuerit. Etiam Florus: *Industria rem patefecit.* Lipsius.

3. Prætor iterum.] Post consulatum præturam ea propter repetiit, ut senatorium ordinem censorio judicio ob mollitiem amissam jure & beneficio magistratus reciperaret. Dio lib. 37. Et P. Lentulum, qui post consulatum gestum senatu exciderat: ac senatoria dignitatis recuperandæ causâ præturam tunc gerebat. ubertim hunc morem disertissimus Manutius diducit. Schegk.

4. Altissime illuminavit.] Ita cum Grutero legimus, cum fuisset antea, in altissime luminavit. ubi si luminandi vox toleraretur, *Phœgis* tamen tota insolentior videri potest. *Borel.* Luminandi verbo usus est Prudentius, Capella, Cælius Aurelianus. Sed ex iis auctoribus Latinitas petenda non est.]

I. Familiæ

proavo M. Catone, principe illo <sup>1</sup> familiæ Porciæ, homo virtuti simillimus, & per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui numquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat; cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet justitiam, omnibus humanis vitiis immunis; semper <sup>2</sup> fortunam in sua potestate habuit. hic tribunus pl. designatus, adhuc admodum adolescens, cum alii suaderent, ut per municipia Lentulus conjuratique custodirentur, pæne inter ultimos interrogatus sententiam, tanta vi animi atque ingenii invehctus est in conjurationem, <sup>3</sup> ut ardore oris orationem omnium lenitatem suadentium, societate consilii suspectam fecerit: <sup>4</sup> sic impendentia ex ruinis incendiisque urbis & commutatione status publici pericula exposuit.

1. Familiæ Porciæ.] Nota Familiam pro Gente: nisi si dictio Porciæ aliena sit, & à glossulâ. Tamen infra quoque Cæsarem genitum nobilissimâ Juliarum familiâ dixit. Lipsius. *Familiæ Porciæ.*] Omnino familiam pro gente posuit Vellejus. Similiter & Valerius Maximus lib. iii. cap. ii: *Porciæ familiæ dixit: item noster infra de Cæsare: Nobilissima Juliorum genitus familia.* Nihil certius. *Vossius.*

2. Fortunam in sua potestate habuit.] Eleganter Cicero Paradox. *Nescis insane, nescis, quantas vires virtus habeat. nomen tantum virtutis usurpas: quid ipsa valeat ignoras. nemo potest, non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese; quique in se uno sua ponit omnia. cuius autem spes omnis, & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certum.* Horatii lib. 2. Satyra 7;

*Quisnam vigiti liber? sapiens, sibi qui imperiosus:*

*Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:*

*Responsare cupidinibus, contemnere honores*

*Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus;*

*Externi ne quid valeat per lavæ morari: In quem manca ruit semper fortuna.*

& que sequuntur. Comparationem Catonis & Cæsaris habes in Sallustio & Dione. Schegk.

3. Ut ardore oris.] Ed. vet. & ardore oris, ut orationem. Hinc Lips. pro legit, co. Et posticâ, ardore oris, ut orationem.

4. Sic impendentia ex ruinis incendiisque urbis.] Nihil mutandum. Sensus est: Catonem prævidisse, ac exposuisse impendentia pericula, quæ partim ex ruinis & incendiis, partim commutatione status publici, constabant. Et sane ex Catilinariis Tullii, ac Sallustii bello Catilinario, aliisque, notum est, Catilinam minatum palam se incendium suum ruina extinguendum. Florus breviter lib. iv. cap. i. *In præsentem tempore Cicerone peroravit: sed non amplius profectum, quam ut hostis evaderet, seque palam professo, incendium suum restituarum ruina minaretur. Ubi quærant viri docti, quidnam sit, professo. Ego eos hac impletia libero. Scribendum est,*



fuit, ita <sup>1</sup> consulis virtutem amplificavit, ut universus senatus in ejus sententiam transfiret, animadvertendumque in eos, quos prædiximus, censeret; majorque pars ordinis ejus Catonem prosequerentur domum. At Catilina non segnius <sup>2</sup> vota obiit, quam sceleris conandi consilia inierat. quippe fortissime dimicans, quem spiritum supplicio debuerat, prælio reddidit. Consulatus Ciceronis non mediocre adjecit decus natus eo anno D. AUGUSTUS, abhinc <sup>3</sup> annos LXXXII: omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus caisginem. Jam pæne supervacaneum videri potest, eminentium ingeniorum notare tempora. quis enim ignorat diremtos gradibus ætatis floruisse hoc tempore <sup>4</sup> Ciceronem, Hortensium,

est, professus. Vult enim Florus, hoc ipso cum se hostem professum palam, quod in senatu se suum incendiium ruina restincturum esset minatus. *Vossius.* Sic impendit ex ruina incendiisque urbis.] Rursus ipsam vim orationis Catonianæ (quam habes apud Sallust. Catil. 52.) sive præcipuum argumentum his verbis complexus est Noster. Non enim videbantur intelligere Patres, quantum à Catilinariis molitionibus periculum resp. toti statuique, omni ordini, omni ætati ac sexui immineret: itaque Catonis oratio potissimum in eo occupabatur, ut ruinas, incendia, internecionem, in conspectu omnium poneret, necessariæque severitatis unicum consilium demonstraret. *Boetius.*

1. *Consulis.*] Aliter, *consilii.* legi quoque potest *consilio*, ut Vossius monuit.

2. *Vota obiit.*] Vulgo, *nota. Vota obiit.*] Ego, *mortem obiit:* vel, *vita abiit.* Sed, *obire mortem*, Vellejo familiaris. Sic enim locutus est supra, multis locis. *Manutius. Nota obiit.*] Alii aliter. Puto, *nota obiit.* Id est, non minus animosè semel à se mota peragere vo-

luit, quàm movere ea cœperat. Utrobique audeat, in oriendo, in exsequendo. Probe etiam, *vota obiit: ea quæ voverat destinaveratque.* *Lipsius.* *Vota obiit.*] Est in ms. *nota.* unde fit ut aliquando conjectarem, *conata obiit.* Sic supra cap. 29. *privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus magnificeque conata exsecutus.* Gruterus, *conata* reponit, cum in ms. *nota* fuerit: sed cum *conandi* vox statim subsequatur, debilitari vim hujus lectionis, plantaneum est. *Boetius.*

3. *Annos LXXXII.*] Lege, *XCII. Manutius.*

4. *Ciceronem, Hortensium.*] Tres de Oratore Ciceronis libri, magis etiam is, qui, Brutus, inscriptus est, quantum eloquentiæ laude floruerint Antonius, & Crassus, deinde Cotta & Sulpicius, plane demonstrant. Itaque Vellejum puto tria oratorum paria conjuncte posuisse, primo loco, Ciceronem, Hortensium; secundo, Antonium, Crassum; tertio, Cottam, Sulpicium. Locus igitur emendandus. *Manutius.*

5. *Hortensium.*] Vide G. I. Voss. de *Hist.*

fium, senemque Crassum, Catonem, Sulpicium; moxque Brutum, Calidium, Cœlium, Calvum, & proximum Ciceroni Cæsarem; eorumque velut alumnos Corvinum ac Pollionem Asinium, æmulumque Thucydidis Sallustium: auctoresque carminum Varronem ac Lucretium, neque ullo in suscepti operis sui carmine minorem Catullum. Pæne stulta est inhærentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quæ maxime nostri ævi eminent: princeps carminum Virgilius Rabiriusque, & con-

*Histor. Lat. I, II.* sicut idem de aliis Historicis agit.

1. *Senemque Crassum.*] Aliter, *sanæque. Sanæque Crassum.*] Lego: *unaque Crassum.* Hac ipsa ætate, inquit, floruerunt pariter in eloquentiâ Crassus, Cato. Crassum autem illum Divitem intellegit, quem & Cicero eo nomine laudat, & Plutarchus *inter Romanos fuisse eloquentissimum* ait. Est qui *senemque Crassum* legat, & de illo Lucio, qui cum Antonio vixit floruitque, intellegat. Valde errat. palam hic Vellejus de iis oratoribus, qui M. Tullio compares, aut supares certe fuerunt. Nam Catonem intellegit Uticensem: Sulpicium, Servium illum eloquio & juris scientia laudatum. Denique & altero illo Crasso jam ante à Vellejo & suo loco dictum. *Lipsius.*

2. *Suscepti.*] Vulgo, *suspecti. Suscepti.*] *Suspecti* posuit pro *suspicendi*, id est, admirandi. Aut lege, *suscepti*; ut Gryphio, aliisque editum. Sed alterum magis placet. Sic *conspicendum* pro *conspiciendo* posuit Appulejus lib. x. de Asino aureo: *conspicendum atque famigerabilem meis artibus effeceram dominum.* Item Avienus Fab. x.

*Ad campum niivis veni conspicuus in armis.*

Vossius. *Suspecti.*] Cur non *suscepti*; nec enimaliud vult, quam Catullum nullo minore in opere & materia

quam elegit. In magnis alii magni, hic nihil iis minor, sed in parvis. *Lipsius.*

3. *Catullum.*] *Catullum* pro *Catulum*, quod est in antiqua editione, docti viri reposuerunt. Sed haud scio, quam recte. Nam & *Q. Catulus* numeratur inter nobiles ejus ætatis poetas. *Vossius.* *Catullum.*] Laus eximia Catulli, quam hodie multi sunt Suffeni Catulliani, qui deterrunt; homines venusti, dicaces, & urbani, longe plurimos item versus facientes: sed qui simul aut hunc ipsum aut hujus similem ex prima classe poetam attigere, caprimulgi rursus aut fossiores videantur, adeoque inficero omnes rure sint inficetiores. tantum abhorrent ac mutant. Hoc tamen præter institutum aut morem meum. *Acidal.*

4. *Principes carminum Virgilius, Rabiriusque.*] Vetus editio communicat hunc Principatum cum Rabirio, scribitque, *Principes.* Credimusne tam magnifice sensisse de poeta hodie vix noto Vellejum? fortasse per amicitiam, aut alia de causa. Ovidius quoque laudat: — *magnique Rabirius oris.*

Et Seneca vi. de benefic. *Egyptie militi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam exclamare:*

*Hoc habui quodcumque dedi.* — ubi legendum, *habeo.* Fabius contra tenuit de eo sentit: *Rabirius & Peto non indigni cognitione, si vacet.* *Lipsius.*



consecutus Sallustium Livius, Tibullusque & Naso, perfectissimi in forma operis sui. nam vivorum ut magna admiratio, ita censura difficilis est. Dum hæc in urbe Italiaque geruntur, Cn. Pompejus memorabile adversus Mithridatem, qui post Luculli profectorem magnas novi exercitus vires reparaverat, bellum gessit. At rex fufus fugatusque & omnibus exutus copiis Armeniam Tigranemque socerum petit, regem ejus temporis,

nisi

1. Consecutus Sallustium Livius.] O pinor, hæc verba è suo loco in alienum detrusa. Cur enim poetis admisceatur historiariarum scriptor Livius? Quod si illud, paullo ante dictum, æmulumque Thucydidis Sallustium, ponantur, suam sedem obtinebunt. Quo in loco requiritur antecedentium verborum ordo, ut legatur, *Et consecutum Sallustium, Livium; vel; Et, qui consecutus Sallustium, Livius.* Cum enim nec unum oratorem, nec unum poetam, sed multos simul Vellejus nominet, de uno Sallustio historico mentionem ab eo factam esse, verisimile non videtur. Quod si quis cum Sallustio in historiæ Romanæ laude conjungendus, quem Livio antepo-namus, aut etiam conferamus, profus non habemus. Ipse etiam Vellejus in extrema parte libri primi perhonorifice eum appellavit. *Manutius. Consecutus Sallustium Livius.* Viro docto atque optime (rem dico) de Vellejo merito transposita hæc verba videntur: & iis quæ supra subjungenda, *Æmulumque Thucydidis Sallustium.* Cur enim, inquit, poetis admisceatur historiariarum scriptor Livius? Ratio aliqua est, sed hic vana, quia non studiorum similitudinem in jungendo, sed temporum Vellejus spectat: Livius autem illis prioribus inferior, & tantum non ævi Vellejani. Obiit enim (Eusebio cæ traditum) quarto Tiberiani imperii anno. *Lipsius.*

2. Perfectissimi.] Manutius legit, dubitanter tamen: *perfectissima meia-*

*morphosis. Perfectissimi, &c.]* Dico nientandum, frequens nostro phrasis: *Nunc proposito operi sua forma reddatur. &c. In formam justi exercitus, atque: cogit enim excedere propositi formam operis, &c.* Schægk. *Perfectissimi.]* Possit tamen etiam legi, *perfectissimus.* Ut ad Nasonem solum referatur, quem ultimo nominavit Vellejus. *Vossius.*

3. Ita censura difficilis.] Næ difficilis, præsertim in opere Historico: vel ob hoc ipsum, in quod Vellejus acute innuit, quia admiratio publica neque requirit judicia & rationes censura, neque admittit examen sui affectus. Jam quantum potest dignitatis, loci, gentis, necessitudinis, denique fortunæ veneratio? ad quam vel suo vel ævi ingenio plerumque etiam Prudentum mentes inclinantur. Igitur haud dubie ea sincerissima laus est, illud verissimum decus quod incorrupta cuique posteritas rependit. cum præsertim ex altera quoque parte, doctissimum, quemque invidia non nisi cum inviso finitura, contunderè nitatur ac deprimere. *Boetius.*

4. Tigranemque socerum.] Librarii erratum, non Velleii, quis enim nescit, Mithridatis generum, non socerum, Tigranem fuisse? *Manutius. Tigranemque socerum.]* Omnes tradunt generum fuisse. Vacillavit memoria Velleii? potuit. Sed hoc quoque potest, error in scripto esse: & forte vetus germanumque socer ejus petis. Ipse socer generum luam petit. *Lipsius.*

I. Nisi

nisi quia Luculli armis erat infractus, potentissimum. Simul itaque duos persecutus Pompejus, intravit Armeniam. prior filius Tigranis, sed discors patri, pervenit ad Pompejum; mox ipse supplex & præsens se regnumque ditioni ejus permisit, præfatus: neminem alium neque Romanum neque ullius gentis virum futurum fuisse, cuius se fidei commissurus foret, quam Cn. Pompejum: proinde omnem sibi vel adversam vel secundam, cujus auctor ille esset, fortunam tolerabilem futuram. non esse turpe ab eo vinci, quem vincere esset nefas: neque ei inhoneste aliquem summitti, quem fortuna super omnes extulisset. Servatus regii honos imperii, sed multato ingenti pecunia: quæ omnis, sicuti Pompejo moris erat, redacta in quæstoris potestatem, ac publicis descripta litteris. Syria aliæque, quas occupaverat, provinciæ ereptæ; & aliæ restitutæ populo Romano, aliæ tum primum in ejus potestatem redactæ: ut Syria, quæ tum primum facta est stipendiaria. Finis imperii regis terminatus Armenia. Haud absurdum videtur propositi operis regulæ,

1. Nisi quia Luculli.] Ferri forte queat, sed tamen inclinat animus ponere, licet minus, nisi qua Lucullus, qua, pro quatenus. Gruter.

2. Patri.] Vulgo, *Patris.*

3. Cujus se fidei.] [Vulgo *societati.*] Proprietas Latine linguæ magis exigit, committere se potestati, quam societati: idque comprobant hoc in loco, quæ supra proxime, quæque infra dicuntur: alii *cujus se fidei c. f.* Manutius.

4. Sicuti Pompejo moris erat.] Recte hoc notatum Pompejo non peculiare, sed commune omnibus. Igitur ego, quod aliis minus tentatum, voces aliter colloco: *Quæ omnis Pompejo, sicuti moris erat, redacta.* Præpositionem omittere nostro familiare. Supra de Aristonico: *ductusque in triumpho sed M' Aquillio.* Et abhinc paullo post,

ubi nunc sumus: *Gallias primum Domitio & Fabio intratas cum exercitu.* Quibus locis de suo tamen Aldus, nimis forte liberaliter, à præpositionem addit. *Acidal.*

5. Redacta in quæstoris potestatem.] Nonne idem mos aliis? & nonne semper pecunia publica appensa Quæstoribus? Ita, sed non pari fide. Luculli, Craffi, & eju(modi) rones, partem plurimam in se derivabant. Significat igitur & laudat integritatem Pompeii, qui publicæ pecuniæ abstinentissimus fuit. Tamen Cato apud Lucanum, libere, & ut Cato, profert, aliquid cum quoque delibasse.

*Immodicæ possedit opes, sed plura revertentis Intulit.* Lipsius.

I. Redacta



regulæ, paucis percurrere, quæ cujusque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciæ, stipendia pacta fit: ut quæ facilius quam partibus simul univèrsa conspici possint. Primus in Siciliam transiecit exercitum consul Claudius, & provinciam eam, post annos ferme LII, captis Syracusis fecit Marcellus Claudius. Primus Africam

1. Redacta in formulam provinciæ.] Egregiæ hujus egestionis Commentatorum damus Signoniam; ex cuius 1. de antiq. jur. Provinc. plenior provinciarum factarum historia ratioque peri potest. Est autem redigere in formulam provinciæ, nihil aliud, quam leges domesticas adimere, & Romanas dare, ac præterea, qui quotannis provinciam ex legibus datis administrat, instituire. Neque vero sola tributi impostio provinciam efficit, cum id multis sit etiam Italicis & exteris imperatum, qui tamen in provinciæ formam non sint relati; sed legum domesticarum & patriæ libertatis ademptio, & præterea, qui eos regat, institutio. Sunt hæc rursum verba Signonii è 1. de antiq. jur. Ital. 26. Ergo ipsum Jus provinciale, alio nomine, Formula provinciæ appellatur, notante eodem 1. de antiq. jur. Prov. I. Boeclerus.

2. Stipendia pacta fit.] Quasi pacifici gentes victæ cum hac victrice de stipendiis foleant. Raro aut non hoc factum, ipsa superbe imponebat. Mea voluntate scribas, stipendiaria facta fit. Lipius.

3. Ut quæ facilius.] Vulgo, notavimus facilius, ut è partibus simul univèrsa conspici possint. Ut quæ facilius.] Scribendum, Notabimus, ut facilius, quam partibus, simul univèrsa conspici possint. Hac mente. Ego simul & ut in tabula proponam, ut lector ea magis uno obtutu capere & simul animo insingere, quam varie diducta, possit. Lipius. Ut quæ facilius.] Lege, Stipendia pacta fit: notatis ut partibus, facili-

lius simul univèrsa conspici possint. An magis hoc? Notabimus partibus, ut facilius simul univèrsa conspici possint. Partibus notare, est per partes, seu particulatim notare. Sic ab aliquot lineis: Inde varie possessa & amissa partibus, univèrsa ductu Augusti facta Sardinia est. In partibus pro eodem infra: Horum XVI. annorum opera quis, cum inserta sint oculis animisque omnium, in partibus eloquatur? Nihil agimus, tertium dabo, in quo manebo, Apolline volente. Exemplaris Aldini scriptura est: notabimus facilius, ut quæ partibus simul univèrsa conspici possint. Acidal. Ut quæ facilius.] Bene observatum Popmæ, id latere in voce præcedenti sit. Itaque locum hunc sic emendandum arbitror: Id notabimus, facilius ut, quam partibus, simul univèrsa conspici possint. Vossius.

4. Primus in Siciliam.] Errat Vellejus. Sicilia præter regnum Syracusanum iidem temporibus, quibus Sardinia, provincia facta. Solinus, Pomponius De origine juris. Univèrsa cum regno Syracusano non à Marcellis, sed M. Valerio Lavino. De provinciis post Signoniam pauca, imò nihil dicere habeo. Satis sit monuisse, in plurimis Vellejum victo rem gentis cum pacificatore, eum dico, qui pacis conditiones iusto populi tulerit, confundere imperite Schegk.

eam Regulus, nono ferme anno primi Punici belli: sed post 1 cc. IV. annos P. Scipio Æmilianus, eruta Carthagine, abhinc 2 annos CLXXXII. Africam in formulam redegit provinciæ. Sardinia inter primum & secundum bellum Punicum, ductu T. Manlii consulis, 3 certum recepit imperii jugum. Immane bellicæ civitatis argumentum, quod 4 semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio consule, 5 tertio Augusto principe, certæ pacis argumentum 6 Janus Geminus clausus dedit. In Hispanias primi omnium

1. cciv.] Nisi omnis calculatoria me fugit, superest hic centenaria nota. Nam ecce Africa intrata anno ccccxcviii. Carthago deleta, dcvii. quid amplius quam iusti interfunt anni cv? Tolle ergo grande hoc ἀνελθόντες. Lipsius.

2. Annos clxxxii.] Συμμοχθητικὴν evincit, clxxv. Facile colligere ex anno Carthaginis deletæ jam dicto. Lipsius.

3. Certum.] Eleganter certum jugum, pro firmo & perpetuo. Sic Florus l. 4. cap. ult. Certa mox fides & æterna pax cum ipsorum ingenio in pacis partes promptiore & cum consilio Cæsaris. Martiali Certus frequenter pro duro & obstinato, lib. 5. in Marianum:

Nil mihi respondes? uxoris res agit, inquit.

Iste mea: sane certus & asper homo est.

Lib. I. ad Phœbum:

Eac rata vota patris. sic te tua diligit uxor;

Gaudeat & certa virginitate soror.

Cicero epist. ad Att. 2. lib. 5. certum hominem, pro gravi & moribus antiquis. Q. Volusium, tui Tiberii generum, certum hominem, sed virifice etiam abstinentem misi in Cyprum. Saxipissime & Propertius de Cynthia rigidior, & in ira pertinace, cujus te exemplorum congerie non onerabo. Acidal.

4. Srmel sub regibus.] Hoc sub Numa fuisse factum, notius, quam ut referri debeat. Cæterum non contineo me, quin, hac occasione Plutarchi patrociniū suscipiam. Scribitis ἐν τῷ περὶ τῆς Παιδείας τῆς ἡμετέρας, inter primam, & alteram Jani καλῆσι, annos esse quadringenos, & octogenos. Recte sane. Numerat enim ab initio regni Pompeiani, quod annorum fuit xliiii. Vit autem doctus, qui non dubitavit integrum caput componere, ut ostenderet, Plutarchum committere ἀνελθόντων annorum xlvii., in eo lapsus est, quod numerare inceperit à bello Albano, sive Jano primum aperto. Quod in vi. Tulli annum incidere ex Eusebio liquet. Itaque nemini dubium fore arbitror, quin Plutarchus ab eo parum ἀστεινῶς gravissimi erroris agatur reus. Vossius.

5. Tertio Augusto Principe.] At docuit me vir, qui cuncta tenet antiqua sepulta, J. Lipsius in electorum 1. c. 20. Janum ter ab Augusto clausum. Et vere. an igitur legendum ter? minime. satis habuit Vellejus à quibus, non quoties à singulis clusus exprimeretur. Schegk.

6. Janus Geminus.] Jani bifrontis templum pace claudebatur. Janus Geminus.] Hinc Florus 4, 12, 64. Aususque tandem Cæsar Augustus Janum Geminum cludere, bis ante se clusum, sub



omnium duxere exercitus Cn. & P. Scipiones, initio secundi belli Punici, <sup>1</sup> abhinc annos ccl. inde varie possessa, & sæpe amissa partibus, universa ductu Augusti facta stipendiaria est. Macedonia Paullus, Mummius Achaïam, Fulvius Nobilior subegit Ætoliâ: Asiam L. Scipio Africani frater eripuit Antiocho: sed beneficio senatus populique R. mox <sup>2</sup> ab Attalis possessam regibus, M. Perperna capto Aristonico fecit tributariam. <sup>3</sup> Cypri devictæ nulli assignanda gloria est. quippe <sup>4</sup> Senatusconsulto, ministerio Catonis, <sup>5</sup> regis morte, <sup>6</sup> quam ille conscientia acciverat, facta provincia est. Creta Metelli ductu longissimæ libertatis sine multata. <sup>7</sup> Et Syria Pontusque Cn. Pompeji virtutis monumenta sunt. Gallias primum Domitio & Fabio nepoti Paulli, qui Allobrogicus

vocatus

sub Numa rege, & victa primum Carthagine. Sueton. Aug. 22. Janum Quirinum semel atque iterum à condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo brevioris temporis spacio, terra marique pace parva, ter clausit. Alii passim. Boecler.

1. Abhinc annos ccl.] Stricta computatio ccc l i i x.

2. Ab Attalis possessam regibus.] Sive placet, Attaliciis. Ita enim Pergami reges dicti, quia aliquot Attali nomine. Strabo lib. x l i i. Πέρραιον ἐπιφανὴς πόλις, ἢ πολὺν σεωδούλησας (α χρινοὶ τῆς Ἀπάλικης βαλδουσι: Pergamum, illustris civitas, & diu felix sub regibus Attaliciis. Ibi quoque origo eorum, & stemma. Lipsius.

3. Cypri devictæ.] Lipsius reposuit, cum esset, Cyprio devicta: ex quo alii fecerunt: Cyprio de victa. Boecler.

4. Senatusconsulto.] Certum est Plebis hoc scitum non Senatus fuisse: eoque summo virorum Cujacio visum hic reponi, Psto. Lipsius. Senatusconsulto.] Clarissimus Cujacius & hic corrupte legi S C i o, pro P S i o, ait, nisi utrum-

que intervenisse dixeris, quod sæpe accidit, ut de colonia Vibonem deducenda apud Livium lib. 35. De actis Cæsaris apud Ciceronem ad Atticum 5. Epistola 16. ego Vellejum culpa vix libero. Ministerii duo genera doctissimo, & Jurisconsultissimo Røvardo. Unum honorificum, & cum potestate, ut cum mittuntur in provincias, cum prætorio, consulari, quaestorio jure. de quo hic, & Valerius. Alterum vile & servile; de quo Quintilianus Declaratione, Pregnans adultera: adde Cujacium lib. 7. Observat. cap. 9. Schegkij.

5. Regis morte.] Ammianus lib. 14. regem saderatum & socium ob ararii angustias sine ulla culpa proscritum narrat; ita ut jus ejus insula, ararius quam justus sint affectui Romani. Strabo l. 14. quod Rex Clodium à piratis captum redimere noluerit, legem laram scribit. Schegk.

6. Quam ille.] Potius est, vel ipse, vel illi. quod posterius censo potissimum. Acidalius.

7. Et Syria.] Lege, At Syria, Pontusque, &c. Vossius.

vocatus est, intratas cum exercitu, magna mox clade nostra sæpe & affectavimus & amisimus. sed fulgentissimum C. Cæsaris opus in iis conspicitur: quippe ejus ductu auspiciisque infractæ, <sup>2</sup> pæne idem, quod totus terrarum orbis <sup>3</sup> ignavum conferunt stipendium. <sup>4</sup> Ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Isauricus, & post bellum Antiochicum Vulfo Manlius Gallo-græciam. Bithynia, ut prædiximus, testamento Nicomedis relicta here-

1. Cæsari.] Vide Cæsarem de Bell. Gall.

2. Pæne idem quod totus terrarum orbis.] Quæ mens? an tantum fere stipendii conferre divites illas Gallias, quantum reliquum orbem? tumidum & vanam est. An discrimen aliquod tribui Gallicani à reliquis provinciis indicat? nugæ, nec hic locus. Verbulum hoc turbans ego trajicio, & lego: idem quod pæne totus. Probe & caute veritati nempe consultum it Vellejus; & quia illa abstinuit de toto orbe stipendiario, addidit pæne totum. Lipsius.

3. Ignavum conferunt stipendium.] Non displicet, In ararium conferunt stipendium. Manutius. Ignavum conferunt stipendium.] Alii volunt, in ararium conferunt. Quid opus mutatione? Reverta ignavum stipendium, & ejus pensio parum virilis. Tamen si quid opus, legam: in annos. Lips. Ignavum conferunt stipendium.] Manutii conjectura non displicet, nisi videatur supervacua. Insultat enim quodammodo auctor contumeliosa voce Gallis: qui bello celeberrimi & antehac invicti, nunc velut fracti & ignavi stipendium Romanis pariter cum aliis gentibus solvant. Acidal. Ignavum conferunt stipendium.] De stipendio ita Eutropius lib. vi: Gallia autem tributi nomine annum imperavit H S. quadringentes. Unde emendandus Suetonius in Julio, ubi vulgo legitur: eique (Galliæ) in sin-

gulos annos stipendii nomen imposuit. Scribendum ex codice Vaticano: Eique ccc. in singulos annos stipendii nomine imposuit. Frustra enim H S. addebat Torrentius, quod intelligi debet. Vellejus supra de Catone: cum l i s ejus x i t t x. assimaretur. Ubi male itidem pro ejus, Scaliger libello de renumaria reponere: ei H S. Ita ἰθαίπικος semper loquatur poetæ. Poss. Ignavum conferunt stipendium.] Cur vocet stipendium ignavum, liquebit ex verbis Taciti lib. 4. Histor. cap. 12. ubi loquitur de Batavis: Nec opibus Romanis, societate validiorum attriti. viros tantum armaque imperio ministrant. unde & ipsimet Batavi lib. 5. Histor. cap. 25. Respicerent Rhætos, Noricosque, & ceterorum onera sociorum, nisi non tributa, sed virtutes & viros iudici. proximum id libertati. Gruter.

4. Ab eodem facta Numidia.] Locus est inutilis, & mendosus. Cum autem de C. Cæsare hoc loco loquatur Vellejus, posset sic restitui: Ab eodem Britannia fracta, &c. nam præcedit verbum insulata, in quo videtur Vellejus lepide jocularis esse. Ursinus. Ab eodem facta Numidia.] Liber Bonhom. facta Numidici. Inde emendaveram, facta Numidia. quod jam videtur & Signone, (at cui viro?) in fastorum commentariis placuisse. Confirmat Hirtius: dum ait: Tributis veltigalibusque regis abrogatis, ex regnoque provincia facta, atque ibi Crispo Sallustio pro-



hereditaria. D. Augustus præter Hispanias aliasque gentes, quarum titulis forum ejus prænitet, pæne idem facta Ægypto stipendiaria, quantum pater ejus Gallia, in ærarium reditus contulit. At Ti. Cæsar, quam certam Hispanis prærendi confessionem extorserat parens, Illyriis Dalmatisque extorsit. Rhætiam autem & Vindelicos ac Noricos, Pannoniamque & Scordiscos, novas imperio nostro subjunxit provincias. Ut has armis, ita auctoritate Cappadociam populo R. fecit stipendiariam. Sed rever-

tatur

procurator. cum imperio relicto, ipse Zama egressus, Uicam se recepit. Et Dio libro 45. dubitationem omnem tollit: Ea pars Libyæ, quæ circa Carthaginem sita, à Romanis Africa dicebatur, vetus provincia dicta est, quod jam olim subacta esset: Numidiæ autem, quia recens debellata fuit, nova provincie nomen inditum est. Schægk.

1. Quorum titulis forum ejus prænitet. ] An hic ergo Index ille rerum Augusti tangitur? de quo Suetonius scripsit, & qui hodieque læcer visitur Ancyra Galatiæ urbe. Sunt qui censent: non ego. Nam ille quidem ante Mausoleum Augusti statutus in aeneis tabulis: at hi tituli in foro. Loca igitur discrepant: sed nec res eadem. Nam in illo breviarium, quidquid belli aut domi Augustus gessit: hic saltem gentes ab eo, sive auspiciis ejus, victæ, & tituli ducum triumphales. Denique tangit Vellejus hoc, quod Suetonius cap. xxxi. in Aug. Proximum à diis immortalibus bonorem memorie ducum præstitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cuiusque manentibus titulis restituit, & statuas omnium triumphali effigie in utraque Fori sui porticu dedicavit. Lipsius. Quorum titulis forum ejus prænitet. ] Suetonius extremo Aug. De tribus voluminibus uno mandato de funere suo complexus est: altero, indicem verum à se gestarum, quem vellet incidi in aeneis ta-

bulis: quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecunie in ærario & fisciis, & redigaliorum residuis. Et Tacitus lib. 1. Annal. Proferrî (Tiberius) libellum recitarique jussit. opes publicæ continebantur, quantum civium, sociumque in armis, quot classes, regna, provincia, tributa aut redigalia & necessitates & largitiones; quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus. Ambo ecce ab Augusto compositum, sed nullus in foro positum adfirmat. Locus itaque laudabilis, & quem alibi quæras frustra. eumpse esse volunt, cujus exemplar Ancyra ab Amplissimo Busbequio curatum, edidit doctissimus Schottus. Schægk.

2. Facta. ] Scil. provincia.

3. Parendi confessionem. ] Historiæ & fidei interest hoc corrigi. Numquid enim Tiberius Hispanos subegit, & domuit; nusquam factum, aut scriptum. Imo Augustus ipse, atque ita antea traditum hoc ipso indice: Hispania universa ductu Augusti facta stipendiaria est. Huic sensui emendo: confessionem extorserat parens, Illuriis Dalmatisque extorsit. Tam certam, inquit, Tiberius Dalmatis & Illuriis parentiam extorsit, quam parens ejus (Augustus) Hispanis. Lipsius.

4. Cappadociam P. R. fecit stipendiariam. ] Eunt in hanc sententiam agmi-

ne

tatur ad ordinem. Secuta deinde Cn. Pompeji militia, 40 gloriæ laborisne majoris, incertum est. Penetratæ cum victoria Media, Albania, Hiberia; ac deinde flexum agmen ad eas nationes, quæ dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos, Heniochosque & Achæos. & oppressus auspiciis Pompeji, insidiis filii Pharnacis, Mithridates, ultimus omnium juris sui regum, præter Parthicos. Tum victor omnium, quas adierat, gentium Pompejus, suoque & civium voto major, & per omnia fortunæ hominis egressus, revertit in Italiam. Cujus reditum favorabilem opinio fecerat. quippe plerique non sine exercitu venturum in urbem, affirmabant, & liber-

tati

nefacto, omnes, præter Appianum, qui hujus subacti regni gloriam confert in Augustum, ait; Quod regnum Ariobarzanes integrum reliquit filio superstiti multis mutationibus obnoxium: usque Augustum Casarem, qui imperante, quemadmodum alia quedam, ita hoc regnum in provincie formam redactum est. Schægk.

1. Juris sui. ] Bene, juris sui. Nam Pharnaces postea quidem Ponticum regnum administravit, sed non nisi jure stipendiario. Emendandum obiter hac occasione Plinius Naturalis Hist. lib. xxxi. cap. xi. ubi Pharnacem hunc primum Ponti regem nominat. Ita quippe ait: Jam cum triumpho Magni Pompeji reperimus translata Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam staturam. Omnino legendum, qui postremus regnavit in Ponto, & c. Vossius.

2. Favorabilem. ] Reditum formidabilem, quod proxime sequuntur verba, legendum significat. Manutius. Favorabilem. ] Certum est, hoc esse contra mentem scriptumque Velleji. An hoc favore Pompejo fecit, quod cum exercitu rediret, & oppressurus liberta-

tem crederetur? imo odium profusus. Aldus igitur legit formidabilem. Ego, infavorabilem: novo, sed apposito verbo. Quidni istud, ut Desuere & Desuatio, quæ in Tertulliano scio mihi lecta? Lipsius. Favorabilem. ] Omnes uno agmine in hac conspirant. Alii legunt, formidabilem: alii, infavorabilem; alii, non favorabilem. Atqui vulgata lectione nihil rectius. Dicit Patreculus, Pompeji reditum fuisse favorabilem, quia privatus in urbem veniret. Vulgus enim metum conceperat, ne Sulla, aut Marii instar, armatus urbem invaderet. Traditum hoc, præter alios, Dionio quoque lib. xxxvii. Vossius. Favorabilem. ] Optimallectio. Plutarchus: λόγι ἢ πανδοκτοῦ ἀπὲρ & Πομπηίᾳ ἀσχημότητι ἔσθ' ἐν τῷ Π' ὧμῶν. καὶ γὰρ οὐδὲν ἢ πολὺν, ὡς ὀδύς ἀζοῖ. ἐπὶ τῷ πάλῳ τῷ ἐργῷ δὲ μὲν, καὶ μὲν ἀρχῆς βεβόαις ἐστὶ μὲν. Varii rumores in urbem præcurrerunt; magnaque tumultu trepidatum est, ne exercitum statim urbi admoveret Pompejus, uniusque dominatio denno inualefceret. Adde Dion. 37. p. 43. ubi magnifica commendatio hujus civilitatis. Boetler.



tati publicæ statuturum arbitrio suo modum. Quo magis hoc homines timuerant, eo gratior civilis tanti imperatoris reditus fuit. omni quippe <sup>1</sup> Brundisii dimisso exercitu, nihil præter nomen imperatoris retinens, cum privato comitatu, quem semper illi vacare moris fuit, in urbem rediit; <sup>2</sup> magnificentissimumque de tot regibus per biduum egit triumphum; longeque majorem omni ante se inflata pecunia in ærarium; <sup>3</sup> præterquam à Paulo, ex manubiis intulit. absente Cn. Pompejo, <sup>4</sup> T. Ampius & T. Labienus \* tribuni pl. legem tulerunt, ut is ludis Circensibus

1. *Brundisii dimisso exercitu.*] Quod inter laudanda, & suspecta Pompeji facinora in primis numerant auctores concorditer. Scheggk.

2. *Magnificentissimumque.*] Vide *Sigon. comment. in fact. & triumph. Rom.* ad ann. *noxcii.* Boecler.

3. *Præterquam à Paulo.*] Plus ergo Paulus intulit, quam Pompejus? Supra de Paullinâ summâ vidimus: at hic Plutarchus auctor, Pompejum intulisse, eis τὸ ἀμείστον παρμίον ἐν πολυμυλίῃ καὶ ἀσκηθείαι δόρυς καὶ χροσὲ δισμυρα πύλαωη, παρέξ τῆς εἰς τὰς ἐσθλῶτας δεδωμένων: in publicum ærarium in pecuniâ & apparatus argenti atque auri viginti milia talentum, præter ea, quæ in milites dilargitus erat. Confer cum illo bis milites Paulli: altero tanto vincit. Ergo jure hic & ingeniose rescriptum, præterquam Capitolio intulit. Ad quem sensum etiam fac, majore, non majorem. Lipsius. *Præterquam à Paulo.*] Imo summa pecuniâ à Pompejo in ærarium inflatâ, altera fere parte Paullinam vincit. Quod jam Lipsio, ex Plutarchi Pompejo, demonstratum. Sequitur itaque alios, qui pro, à Paulo, emendarunt, *Capitolio*: ac pro, majorem, scribit majore. Sed sententia, neque sic satis clara est, neque veritati

consentanea. Quamobrem enim inter ærarium, & Capitolium distinxerit Vellejus, cum ærarium, quod fuit in æde Saturni, in Capitolio fuisse satis constat? Suspicio itaque, tria illa verba, præterquam à Paulo, cum inepto librario textui esse inserta, cum Pauli triumphum magnificentissime ab aliis descriptum legisset. *Vossius.*

4. *T. Ampius.*] *L. Tampus* scribendum est ex antiquo denario, & veteri item inscriptione, ut in notis ad Cæsarem diximus. & totus hic locus ita legendus: *L. Tampus, & T. Labienus* Tribuni pleb. legem tulerunt, ut is ludis Circensibus corona aurea, &c. nam in antiqua editio est, ut si ludis Circensibus, &c. ex quo alii fecerunt, ut *L. Ludiis, &c.* Urfinus. *T. Ampius.*] Meminere hujus etiam Varro apud Nonium, Cæsar lib. *111.* de bello Civili, Cicero libro *11x.* ad Atticum, & alibi sæpe, Suetonius in Julio, aliique. Non tamen dubitabar Urfinus reponere *Tampus.* Nam Tampiâ familiam notam sibi ex nummis & lapidibus. Nec ulterius ab eo recessit magnus Casaubonus Not. ad Suetoniam ut se simile numisma vidisse scriberet, ita tamen ambigua scripturâ, ut tam *T. AMPIVS,* quam *TAMPIVS,* legi posset. Cæterum

Hub.

centibus <sup>1</sup> corona laurea, & omni cultu triumphantium uteretur, scenicis autem prætexta coronaque laurea. id ille non plus quam semel (& hoc sane nimium fuit) usurpare sustinuit. Hujus viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet: & <sup>2</sup> quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriæ suæ. Numquam

Hub. Golzius, in Thesauro rei antiquariæ, ex numismate quodam expressit, *L. AMPIVS.* Unde, quæ sit nostra de hoc loco sententia, quis facile colliget. *Vossius.*

\* *Tribuni pl. legem tulerunt.*] Considera orationis & historici ordinem, & rectius, tulerant, videbitur. *Acidalius.*

1. *Corona laurea.*] Parum periturum morumque Romanorum, qui auream coronam hic locarunt. Non fuit ea triumphantibus, sed è lauro. Et hæc ipsa Pompeji *Laurea*, ex Dionis claris verbis, lib. *xxxvi.* *Δαφροφορέιν τε αὐτὸν ἀπὸ πάρας τῆς πανηγύρεως, καὶ τῶν πολλῶν τῶν μὲν δόρυ καὶ ἐν πάρας μὲν αὐτοῖς, τῶν δὲ ἐπὶ νεύκων ἐν τοῖς ἡῶσι πύλων ἐνδύων:* Ipsum autem Laurum ferre (in capite) *Triumphalem* autem, per ludos Circenses. Sunt hæc ipsa decreta, quæ Vellejus dicit: & tu corrige. Lipsius. *Corona laurea.*] Recipienda erat in textum palmaria Lipsii emendatio; quam res ipsa ritusque Rom. & Dionis auctoritas firmat: unde nihil de aurea corona, sed de laurea habemus. Auream tamen Coronam defendit *Carol. Paschalius* in erudito de coronis opere. Judicent docti. *Savaro* ad *Sidon. Apollinar. carm. 27. v. 425.* confundit locum Nostri Auctoris cum iis, qui de coronis sacrorum certaminum victoribus dari solitis agunt. Nisi forte re-

spexit ad locum Plinii, *7. 26.* ubi de Pompejo: *Postea ad maria & deinde solis ortu missus hos retulit patria titulus more sacris certaminibus vincendum.* sed additur mox ratio: *Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.* Boecler.

2. *Quot partes terrarum orbis sunt.*] Hinc Cicero pro Cornelio: *Pompejus tot habet triumphos, quot sunt ævæ partesque terrarum.* Idem; *Pompeji tres triumpho testes sunt, totum orbem terrarum nostro imperio teneri.* Et Dio lib. *xxxvii.* *Duxit unum de omnibus bellis triumphum, in quo multa tropæa intulit de singulis rebus gestis; unum aliquod per exiguum, unum autem magnum, sumtu ingenti apparatus, quod DE ORBE TERRARUM inscriptionem habebat.* Appianus, Plutarchus, & unice Plinius. Scheggk. *Quot partes terrarum orbis sunt.*] Plane ad hunc sensum Plutarchus: *μέγιστον ἢ ὑπερθεῶς ὄδξαν καὶ μηδενὶ ἢ πώποτε Ρωμαίων χερσῶν, ὅτι τὸ τελεῖται θελαμῶδον ἀπὸ τῆς τελεῆς ἡπέλερ κατήραλλυ. ἐπιπέεις γὰρ καὶ ἀπὸ τε ἐπινοῦν ἐπεργεῖται θελαμῶδουχότες. ἔκείνη δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἐν Λιβύῃς, τὸ δὲ δούτε ἐργεῖται Ἐυρώπης, τῆστων δὲ τὸ πλεόσταιος. ἀπὸ τῆς Ἀσίας εἰσπαροῦν τῆστων πᾶσι τῶν οἰκιστῶν ἐδοκίμει τῆστων ἐπαχθῶν θελαμῶδους.* Maxime autem quoquam Romanorum ad id tempus comminus erat, quod certum triumphum ex



quam eminentia invidia carent. Itaque & Lucullus, <sup>1</sup> memor tamen acceptæ injuriæ, & Metellus Creticus, non injuste querens (quippe ornamentum triumphii ejus captivos duces Pompejus subduxerat) <sup>2</sup> & cum iis pars optimatum refragabatur, ne aut promissa civitatibus, à Pompejo; aut bene meritis præmia, ad arbitrium ejus, per-  
 41 solverentur. Secutus deinde est consulatus C. Cæsaris, qui scribenti manum injicit, & quamlibet festinantem in se morari cogit. <sup>3</sup> hic nobilissima Juliorum genitus familia, & quod inter omnes <sup>4</sup> antiquissimos constabat, <sup>5</sup> ab Anchise ac Venere deducens genus, forma omnium civium

*tertia orbis parte egit. Nam ter quidem etiam ante ipsum, triumphaverant. Ipse autem primum ex Africa, secundum ex Europæ, tertium sive hunc postremum ex Asia duxit, adeoque tribus triumphis totum quodammodo orbem triumphasse visus est. Boecler.*

1. *Memor tamen.]* Lucillum etiam inter invidos Pompejo fuisse, ait Paterculus; non tamen sine causa, sed quod acceptam injuriam ultum ire velle. Non percepit locum, hujus mentem Acidalius, qui *τὸ τῆς αἰτίας*, pro etiamnum, sive ad huc poni assimat. *Vossius.*

2. *Et cum iis pars optimatum.]* Accurate, ut solet, exequitur Dio 37. p. 53. Boeclerus.

3. *Hic nobilissima.]* Elogia Cæsaris passim habentur. Boeclerus.

4. *Antiquissimos.]* Vide ne fuerit: Et quod inter omnes constabat, antiquissimam. Nobilissimam, inquit, gente natus; certe, omnium consensu antiquissimam. Nam potest, ritu Romano, verustas esse in familiâ, non tamen imagines multæ, & nobilitas. *Lipsius.*

5. *Ab Anchise ac Venere.]* Strab. lib. 13. *Cæsar vero, quia & Alexandri amantissimus fuit, & certissima cum Iliensibus cognationis signa habebat, impendio ad beneficium incitabat, certissima quidem,*

*quia Romanus erat, Romani autem auctorem generis Æneam putant. Julius enim ab Iulo quodam ex progenitoribus, & ille ab Iulo cognomen hoc habuit, qui unus fuerit ex posteris Æneæ. Virgilius lib. 1, Appianus 2. bellor. Civil. Sueton. c. 6. Lucretius in exordio operis: Æneadam genitrix. Quam Deam contra hostes tesseram dedisse, Dio lib. 43. reliquit. Schegk. Venere.]* Notum est in nummis Cæsaris plerumque VENERIS GENETRICIS nomen exprimi. Occasione hac emendetur L. Julius Florus, qui & L. Annæus Seneca, in Pervigilio Veneris, ubi ait:

*Romulæ ipsa facit cum Sabinis nepotias;*

*Unde Ramnes, & Quirites, proque prole posterum*

*Romuli matrem crearet, & nepotem Cæsarem.*

Quæ lectio nihili est. Puto scribendum,

*— perque, prole posterum,  
Romuli matrem creavit, & nepotem Cæsarem.*

Dicit, Venerem, prole posterum, per Romuli matrem creasse nepotem Cæsarem. Lipsii, aliorumque conjecturæ, aut difficultatem non tollunt, aut multo longius à vulgata lectione recedunt. *Vossius.*

1. *Animo*

vium excellentissimus, vigore animi acerrimus, munificentia effulissimus, <sup>1</sup> animo super humanam & naturam & fidem eVectus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, <sup>2</sup> Magno illi Alexandro, <sup>3</sup> sed febrius neque iracundo simillimus; qui denique semper & somno & cibo in vitam non in voluptatem uteretur; cum fuisset <sup>4</sup> C. Mario sanguine conjunctissimus, atque idem Cinnæ gener; cujus filiam ut repudiaret, <sup>5</sup> nullo modo compelli potuit; cum M. Piso consularis Anniam quæ Cinnæ uxor fuerat, in Sullæ dimisisset gratiam; habuissetque fere XI IX. annos, eo tempore, quo Sulla rerum potitus est; magis ministris Sullæ adjutoribusque partium, quam ipso, conquirentibus eum ad necem, mutata veste dissimilemque fortunæ suæ indutus habitum, nocte urbe elapsus est. Idem postea admodum juvenis, <sup>6</sup> cum à piratis captus esset, <sup>7</sup> ita se per omne spatium, quo ab iis retentus est, apud eos gessit, ut pariter iis terrori venerationique esset; neque unquam aut nocte aut die

(cur

1 *Animo super humanam naturam.]* Ita ex Suetonio emendarunt, cum in Ms. invenissent motu. Alii legunt *metu*. [Utrumque servari potest, compelli enim eo non potuit.] Nulla animi commotione, nec spe, nec metu: *ἄνε ἐλαπίδι, & τὸ φέρον*, ait Plutarchus in Cæsare; ubi idem narrat. Similiter eadem voce usus Papinius i. Achilleidos:

*Trux puri, & nullo temeratus pectora motu.*

2. *Magno illi Alexandro.]* Cum quo etiam à Plutarcho *ἄξιον ἄξιον* comparatur, adde Appian. 2. de bell. civ. Boeclerus.

De quo non dubitandum. *Vossius.*

3. *Sed febrius.]* Unde Catonis verbum: *Unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam Remp. fabrium accessisse.* Schegk.

6. *Cum à piratis captus esset.]* Plut. Cæs. Sueton. Cæs. 4. & c.

4. *C. Mario.]* Ælene patricius huic plebeio? hoc saltem in Plutarcho lego, *Juliam Cæsaris amitam nuptam C. Mario fuisse, ex quâ minor Marius natus.* Ergo seniori Mario adfinis, juniori cognatus fuit. *Lipsius.*

7. *Ita se per omne.]* Vulgo, *semper. Ita se per omne.]* E. V. promit, *ita se per omne, & c.* nec miror, cur hic *semper*, pro, *se per*, inoleverit; cum facile *se per*, vel solâ m. literæ interpositione depravari poterat in *semper*. Burterius.

5. *Nullo modo.]* Vulgo, *nullo metu.* à nostra Suetonius cap. 1. *Neque ut repudiaret illam compelli à dictatore Sulla nullo modo potuit.* Schegk. *Nullo modo.]*



(cur enim, quod vel maximum est, si narrari verbis speciosis non potest, omittatur?) aut exalcearetur aut disfingeretur, in hoc scilicet, ne, si quando aliquid ex solito variaret, suspectus his, qui oculis tantummodo eum  
42 custodiebant, foret. Longum est narrare, quid & quoties ausus sit, quanto opere contra ejus qui obtinebat Asiam<sup>1</sup> magistratus P. R.<sup>2</sup> metu suo destituerit. Illud referatur, documentum tanti mox evasuri viri. Quæ nox eam diem secuta est, qua publica civitatum pecunia redemptus est (ita tamen ut cogeret, ante obsides à piratis civitatibus dari) contracta classe & privatus & tumultuaria, investus in eum locum in quo ipsi prædones erant, partem classis fugavit, partem merisit, aliquot naves multosque mortales cepit; lætusque nocturnæ expeditionis triumpho, ad suos reversus est: mandatisque custodiæ, quos ceperat, in Bithyniam perrexit, ad proconsulem Junium<sup>3</sup> (is enim Asiam tum obtinebat) petens, ut auctor fieret sumendi de captivis supplicii. quod cum ille, se factu-

1. *Magistratus.*] Intelliges autem Junium, qui pro consule Asiæ præerat. *Vossius.*

2. *Metu suo destituerit.*] Legitur etiam, destituerit. *Metu suo destituerit.*] Mihi rectius videtur; ut, destituerit, infinite legatur. *Burrer. Metu suo destituerit.*] Vulgo motu. Legendum, metu. Est etiam in primâ editione destituerit: quod retineo; & paulo ante, qui obtinebant Asiæ magistratus, multitudinis numero lego. *Lipsius.*

3. *Is enim Asiam tum obtinebat.*] Vulgo, cum idem. Verba implexa. Schegkii vocibus ejectis edidit: tum idem enim Asiam obtinebat. Manutius putat fuisse: Is enim Asiam tum obtinebat. Scriptura vetus mihi præit: Tum idem enim Asiam, eamque obtinebat. Hoc sensu. Tum, & illâ ætate, unus idemque proconsul Asiæ & Bithyniæ erat; aliter scilicet quam nostro ævo. Hæc

plane pro Velleji sermone & mente videntur: an pro vero? Nam ecce Bithynia illo tempore non Provincia, sed Regnum. Et nonne Cæsar ipse tunc defedit apud Nicomedem ejus regem? Ita est. sed suspicari oporteat partem aliquam regionis avulsam, & ad tributam Asiæ fuisse. Romani sæpe sic soliti incidere pennas regum. Sed hæc quia suspicio? valeat, si visum, sententia aliorum. *Lipsius.* Is enim Asiam tum obtinebat. ] In vetustioribus: Asiæ eam quam obtinebat. Placetne recipere & legere, Asiæ eandem? ut formam, de qua modo, iteraverit. Eam quidem Asiæ, interpretet illam oram Asiæ seu partem. quomodo Cicero ad Att. l. 5. epist. 21. *Iter igitur ita per Asiæ feci, ut etiam fames, qua nihil miserius est, que tum erat in hac mea Asia (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit.* *Acidalius.*

1. *Vendit-*

facturum, negasset, venditurumque captivos dixisset, (quippe sequebatur invidia inertiam) incredibili celeritate revectus ad mare, prius quam de ea re ulli proconsulis redderentur epistolæ, omnes quos ceperat suffixit cruci. Idem mox ad sacerdotium incundum<sup>3</sup> (quippe absens pontifex factus erat, cum in Cottæ consularis locum pæne

1. *Venditurumque captivos.*] Mallem, vindicaturumque. Illud atrox responsum, hoc pro re. quia revera captivi Proconsulis erant, in ejus provinciâ & administratione capti. Minatur ergo se vindicaturumque eos & aserturum. *Lips.* *Venditurumque captivos.*] Lipsius mallet, vindicaturumque. Sed cave ei auscultes. Minatus erat Cæsar mortem prædonibus. Junius proconsul, obiecta spe pretii, se eos sub corona venditurum respondit. Quo nil equidem Cæsarîs vôtis poterat adversari magis. Quid clarius verbis Plutarchi in Cæsare eandem hanc rem narrantis? *ἐκέλευε ἡ καὶ τοῖς ῥωμαῖοις ἐπιφθάλμια ἰσθμῶν (ἢν γὰρ ἔσκη ὀλίγη) καὶ πᾶσι ἀρχιμεγαλοῦτων σκεῦεσσι φάσσοισι* & ἐπιχολῆς, &c. Illo autem pretio occæcato, (neque enim exiguum erat) & de captivis consideraturum se dicente per otium, &c. *Vossius.*

2. *Suffixit cruci.*] Quod probant omnes præter Feneftellam, si Diomedii Grammatico fides: qui ex 2. Epitomarum Feneftellæ hæc laudat verba, quem admodum Cæsar à piratis captus sit, utque eos postea ceperit & decollaverit, & interpretatur, securi percussit. *Schegk.*

3. *Quippe absens Pontifex factus erat, &c.*] Valde hic sudant, & ut culpæ manifestus vapulat Vellejus. Bis, inquam, errat. quod & Cottam Flaminem Dialem facit, & Cæsarem ei dat successorem. Nam Tacitus clare scribit, duobus & septuaginta annis post Cornelii Merulæ eadem neminem sufficium. Dio pariter lib. LIV. sub Au-

gusto primum post Merulam Flaminem Dialem creatum. Quomodo igitur aut Cottæ Flamen, aut Cæsar? De Cæsare facile est. creatum dicit, non dicitur inivisse aut gessisse. De Cottâ, vocula una trajecta solvet nodum. Scribe: absens Pontifex factus erat in Cottæ Consularis locum, cum pæne puer à Mario, &c. Ipsa res est. Pontifex, inquit, factus (non sane Maximus: postea adeptus) in locum demortui Cottæ Pontificis: cum antea Flamen quidem designatus esset, sed Sulla violentiæ honor ille ei ademptus. Hæc ita esse cum res clamat, tum jurat nonnihil (unicum & solenne hic nobis auxilium) Editio prisca: in quâ prius illud cum nusquam comparet. Ego autem suo loco reposui, aut potius reperi & eduxi, cum latitaret in verbo locum. *Lipsius.* Quippe absens Pontifex factus erat, &c.] Editio princeps illud cum non agnovit. Hunc locum egregie emendavit Lipsius: Idque in Aninadversionibus suis solide ex Tacito, ac Dione, firmat. Taciti verba hæc sunt ex III. Annal. II. & LXX. annis post Cornelii Merulæ cadentem neminem (Sc. flaminem) sufficium. Quæ attuli, ut exiguo mendo liberarem. Parto enim, Tacitum scripsisse: vi. & LXX. annis. Quippe satis constat, Merulam occisum anno V. C. DCCLXVI. Flamines autem Diales restituti anno DCCLXIII., Iulo Antonio, & Fabio Maximo, consulibus: ut liquet ex Dione lib. LIV. Ergo patet, vi & LXX. annos intermedios Flaminibus caruisse. *Vossius.*



pæne puer à Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus, victoria Sullæ, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, amisset id sacerdotium) festinans in Italiam, ne conspiceretur à prædonibus, omnia tunc obtinentibus maria & merito jam infestis sibi, quattuor scalmorum navem, una cum duobus amicis decemque servis ingressus, effusissimum Hadriatici maris transjecit sinum. Quo quidem in cursu conspectis, ut putabat, piratarum navibus, cum exuisset vestem alligassetque pugionem ad femur, alterutri se fortunæ parans, mox intellexit frustratum esse visum suum, arborumque ex longinquo ordinem antemnarum præbuisse imaginem. Reliqua ejus acta in urbe, nobilissimaque Dolabellæ accusatio, & major civitatis in ea favor quam reis præstari solet; contentionesque civiles cum Q. Catulo atque aliis eminentissimis viris, celeberrimæ; & ante præturam victus maximi pontificatus petitione Q. Catulus, omnium confessione senatus princeps; & restituta in ædilitate, adversante quidem nobilitate, monumenta C. Marii, simulque revocati ad jus dignitatis proscriptionum liberi; & prætura quæstura-

1. Jam.] Omnes, quos vidi, tam infestis, neque male, tam pro valde. Schegk.  
2. Scalmorum.] Scalmus est lignum æres, cui navæ reimos loro quodam alligant: sive lignum fenestratum, rapiens remam, ut facilius solidiusque impellatur.

3. Dolabellæ accusatio.] XXI. ætatis anno. Tacitus de Oratoribus. Schegk. Dolabellæ accusatio.] Post hanc accusationem Dolabellæ, haud dubie principibus Patronis annumeratus est. Sueton. 55. Auctor de causis corrupti. eleg. 34, 8. Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem; uno & vicesimo Cæsar Dolabellam; altero & vicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calpurni, iis orationibus infestis sunt,

quas hodieque cum admiratione legimus. adde Valer. Max. 8, 9, 3. Plut. Cæs. Boecler.

4. Contentionesque civiles.] De quibus Plutarchus & Dio.

5. Victus.] Suet. Cæs. 13. Dio 37. Plutarch. Cæs.

6. Et restituta.] Suetonius Cæs. 11. causam exponit ἀντιπροτίτων, sc. emulationem adversus optimates, ut auctoritatem, inquit, Optimatum, quibus posse modis, invicem diminueret, tropæa C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonibus, olim à Sulla disjecta restituit. Boecler.

7. Revocati.] Quos Sulla excluderat. vide supra 2, 28, 4. Boecler.

1. Hoc

que mirabili virtute atque industria obita in Hispania, cum esset quæstor sub Vetere Antistio, avo hujus Veteris consularis atque pontificis, duorum consularium & sacerdotum patris, viri in tantum boni, in quantum humana simplicitas intelligi potest; quo notiora sunt, minus egent stilo. Hoc igitur Cos. inter cum & Cn. Pompejum & M. Crassum inita potentia societas, quæ urbi orbique terrarum, nec minus diverso quoque tempore, ipsis exitiabilis fuit. Hoc consilium sequendi Pompejus causam habuerat, ut tandem acta in transmarinis provinciis, quibus, ut prædiximus, multi obtrectabant, per Cæsarem confirmarentur consulem: Cæsar autem, quod anim-

1. Hoc igitur Cos.] Imo non illo Consule, sed Consule designato. Suetonius ita narrat, cap. XIX. & Livii epitoma: C. Cæsar Lusitanos subegit, eoque consulatus candidato, & captante temporibus. invadere, conspiratio inter tres Principes civitatis facta, Cn. Pompejum, M. Crassum, & C. Cæsarem. Idem Appianus. & addit Varronis librum in hanc conspirationem fuisse, cui titulus Τελειπλου. Lipsius.

2. Inter cum, &c.] Quos Cicero 2. ad Atticum Epist. 18. reges indigitat superbos. vide Appianum, Dionem, Ciceronem Epistolis ad Atticum, alias. Schegkianus.

3. Diverso quoque.] Lege cum Acidalio, quoque. Vossius.

4. Hoc consilium sequendi Pompejus, &c.] Fatalis rei Romanæ Oligarchia, cujus ἀσπίθων egregia observatione politica hic explanat Noster, qui & alias in talibus, quam sit studiosus χειροκρήτης & πολλύτης, ostendit. Est autem in diversis Triumvirorum consilii, unum & quasi generale propositum; quo suam quisque potentiam spectabat quærebaturque. Majore cum fiducia, Pompejus; majore cum calli-

ditate, Cæsar; majore cum vanitate Crassus. Cæsar, ut ad destinata perveniret, etiam Pompejum & Crassum in amicitiam reducerat, quod Plutarchus vocat πρὸς τὴν ἀρχὴν ἢ ἀλλοίως καὶ πολλύτην, οὐκ ἔστι δὲ φάουλ, καὶ μὴ δεινότητι. ἵνα κείνους σωτηρίαν ἐπιβύλας, præclarum alius factum & civili prudentia dignum, sed callide pravaque consilio ab ipso stultum. nempe, ut auxilio utriusque eo proficeret interrim, unde alterum alterius auxilio postea oppugnare ac deprimere posset, relegata interim communis potentia invidia in socios, quod ἑλλύτης notat. Lege Dionem 37. ubi & ceterorum propositum ostenditur. Florus rotunde 4, 2, 11. Sic igitur Cæsare dignitate comparare, Crasso augere, Pompejo retinere cupientibus, de invadenda Rep. facile convenit. Recte, de invadenda rep. ait. Hæc enim ut spoliū & merces ipsa sui petebatur hac conspiratione. à qua propterea Cato libertatis perniciem solebat petere: atque, cum alii discordiam postea Pompeji & Cæsaris existimarent reip. exitium attulisse, ille consensionem eorum fatalis mali causam sugerebat. Boecler.

K 5

1. Affini-



animadvertēbat se cedendo Pompeji gloriæ aucturum suam, & invidia communis potentiæ in illum relegata, confirmaturum vires suas: Crassus, ut quem principatum solus assequi non poterat, auctoritate Pompeji, viribus teneret Cæsaris. <sup>1</sup> Affinitas etiam inter Cæsarem Pompejumque contracta nuptiis. quippe filiam C. Cæsaris Cn. Magnus duxit uxorem. In hoc consulatu <sup>2</sup> Cæsaris legem tulit, ut ager Campanus <sup>3</sup> plebei divideretur, suafore legis Pompejo. ita circiter xx millia civium eo dedu-

1. *Affinitas etiam, &c.*] Affinitas & nuptiis ludere; prout potentiæ parandæ consiliis conducit, inter arcana habent, quicumque dominatum moluntur. Ita hic, jam alii (Capioni) pacta Cæsaris filia, in Pompeji transfertur matrimonium: rursus Pompeji filia, Fausto Syllæ filio desponsa, in manum Capionis jubetur convenire. Quo tenderent ea consilia, notat Cicero ad Atticum scribens 2, 17. Turbat ut Sampliceramus (Pompejum intelligit) nihil est quod non timendum sit. ὁ μολογερδύως τυραννίδα σου σε διαζέτει. quid enim ista repentina affinitatis conjunctio? Videat in talibus affinitatibus jam antea τῶν πατρῶν τυραννικῶν Cato, cum Pompejo, filioque ejus neptes ex fratre & sorete denegaret. eo quod animadverteret, suam quoque ad provehenda incivilia cœpta voluntatem quæri. Hanc ipsam quoque vafritiem impavide coarguit, apud Plutarch. in Cæs. p. 714. & Appian. 2. bell. civ. vociferatus: Δι' ἡμεῶν ἐργασθεὶς γαίμοις τῶν ἡγεμόνων. Boecler.

2. *Cæsaris legem tulit.*] Legis Juliae, sive ut Cicero, ut Suetonius, Campana duo mihi cum doctis viris capita. Unum; quo cautum, ut ager publicus ad subsidia Reip. vefigialis relictus divideretur. Cicero ad Atticum l. 2. Epistola 16. Alterum; ut ager à privatis in Campania possessus, redemptus

publica pecunia, distribueretur plebei. Publicus hac lege xxm. civium, quibus terni pluresve liberi extra sortem divisus est. Sueton. cap. 20. Dio lib. 38. Appianus. Privatus numquam, Cicero pro Domo. De utroque capite idem, Epistola 17. ejusdem libri: Quid ista repentina adfinitatis conjunctio? quid ager Campanus? quid effusio pecuniarum significanti? Dio tamen turbat, immense ipsum, in principio lib. 38. Omnem regionem, quæ publica pop. Rom. erat excepto agro Campano, quem Reip. ob præstantiam exemptum censuit relinquendum, dividit. & statim: Sic tandem ea lex perlata est; prætereaque decretum, ut ager Campanus, his qui ternos pluresve liberos habere divideretur. Quid pronuncianandum? Dionem legem Agrariam non percepisse, an non liquere? Schœgkiius. Cæsaris legem tulit.] Etiam hoc arcanis dominationis conjungit Cicero epistola modo laudata. Rem totam prolixè exposuit Dio princip. 38. ubi præsertim illa calliditas Cæsaris demonstratur, qui cum revera populi sibi animos adversum Optimates conciliatos hac lege cuperet, auctoritatem tamen Optimatum consensumque, in speciem requirebat præferereque, tota molitione ita disposita, ut ne occasionem quidem contradicendi invenirent. Boecler.

3. *Plebei.*] Plebei, dativus antiquus.

deducta, & jus ab his restitutum post annos circiter CLII, quam bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat. <sup>2</sup> Bibulus collega Cæsaris, cum actiones ejus magis vellet impedire, quam possent, majore parte anni <sup>3</sup> domi se tenuit. quo factò dum augere vult invidiam collegæ, auxit potentiam. Tum Cæsari <sup>4</sup> decretæ in quinquennium Galliæ. Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, disertus, audax, <sup>5</sup> qui neque dicendi neque faciendi ullum

1. *Et jus ab his restitutum.*] Placet doctorum virorum emendatio, qui legunt: Et jus civitatis restitutum, &c. Nam supra lib. 1. cap. 14. de Campanis item Vellejus dixit: Abbinē annos autem ceccl. Sp. Postumio, Putorio Calvino Cos. Campanis data est civitas, paritque Samnitium sine suffragio. Urfinus. Et jus ab his restitutum.] Cl. Puteanus inter lumina Galliæ leg. censebat: Jus Civ. restitutum, id est, civitatis. Certe rem tangit, & liquet hanc esse Velleji mentem. De verbo tamen ambigo: & quid si fuit, jus his restitutum, deleta voce quæ imperite irreperat? Ratio & historia non abnuvit. Nam jus apud eos nullum aut jurisdictionis: sed petebant Româ. Livius: Ceterum habitari tantum, tanquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis concilium, nec magistratus esse. Præfectum ad jura reddenda ab Româ quotannis missuros. Tamen à Puteano nondum abeo, & viri & rei causa. Lipsius. Et jus ab his restitutum.] A Cæsare & Pompejo. Non video, cur vulgata lectio mutari debeat. Postum.

2. *Bibulus collega Cæsaris.*] Dio 38. Sueton. Cæs. 20. Insignis error optimatum hoc loco notandus est. Cum enim suspectam merito haberent Cæsaris potentiam & Δι' ἡμεῶν τυραννικῶν, veluti adversarium ei dederunt hunc Bibulum. Auctor Appianus: ἢ ἐβλῶ

Ἀδελφίον Βίβουλον ἐς οὐανίαν (ἢ Καίσαρ) ἢ ἐχρῆτο ἐβλῶ (ἢ αὐτῶν) πτω- ἀρχῶν. Senatus Lucium Bibulum collegam Cæsari pariter & adversarium dedit. lib. 2. bell. civ. Adde Suet. Cæs. 19. Non recte. Videndum enim est, quis cui opponatur, in refringendis novis consiliis. Non erat is Bibulus, qui cum Cæsare componi posset in rep. gerenda. Non erat, inquam, idoneus vel caliditate vel auctoritate. Itaque statim in ipso ἀντιπαροχίας initio turpiter se dedit: cum ad speciosa Cæsaris verba potius, quam insidiosâ factâ animum attenderet, simulataque concordia imagine tantisper sibi imponi pateretur, donec Cæsar discordiæ adversus Bibulum vilituræ firmum quasi gradum occuparet. Boecler.

3. *Domi se tenuit.*] Per edicta obnuntiando dies festos esse, hisque nefas quidquam agere. Sueton. Dio. Ludos hic facit vir doctus in Calpurnii & Bibuli nomine, sine plausu. Schœgk.

4. *Decretæ Galliæ.*] Socero sc. (Pisoni) generoque (Pompejo) suffragantibus, ex omni provinciarum copia Gallias potissimum elegit, cujus emolumenta atque opportunitates idonea essent materia triumphorum. Sueton. Cæs. 22. Boecler.

5. *Qui neque.*] Cur non audiamus potius Vellejum, quam correctores? Sane V. C. habet, quique dicendi, neque faciendi. Nec debuit mutari. Postum.



illum nisi quem vellet nosset modum, malorum propo-  
 ritorum executor acerrimus, infamis etiam fororis stupro,  
 & actus incesti reus ob initum<sup>2</sup> inter religiosissima P. R.  
 sacra adulterium; cum graves inimicitias cum M. Cice-  
 rone exerceret (quid enim inter tam dissimiles amicum  
 esse poterat?) & <sup>3</sup> à patribus ad plebem <sup>4</sup> transfret, legem  
 in tribunatu tulit: <sup>5</sup> Qui civem R. indemnatum inter-  
 emisset, ei aqua & igni interdiceretur. Cujus verbis et si  
 non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. ita vir  
 optime meritus de rep. conservatæ patriæ pretium <sup>6</sup> ca-  
 lamitate exilii tulit. Non caruerunt <sup>7</sup> suspitione oppressi  
 Ciceronis Cæsar & Pompejus. Hoc sibi contraxisse vide-  
 batur Cicero, <sup>8</sup> quod inter xx viros dividendo agro Cam-  
 pano

1. *Actus incesti reus.*] Prolixè habes  
 historiam apud *Plut. in Cæs. Dion. 37.*  
*Sueton. Cæs. 6.* Boecler.

2. *Inter religiosissima P. R. sacra.*] *Bona Veræ, Græciæ Gynæciæ;* cujus sollem-  
 niter sacrificio, sive ut Festus nomi-  
 nat, *Daunio*, Consulibus, prætoribus, aut  
 Pontificibus ædes vacabant, meliori pro-  
 cul remoto sexu. *Locus Sacrorum Flo-  
 ro.* Cicero *Paradox. Opertum Bonus De*  
*vocat, & sacra Opertantia Plinio,* quæ in  
 operto, id est occulto, sive secreto  
 fiunt. *Schægkhus.*

3. *A patribus ad plebem.*] Traduxit  
 Cæsareo diem die horaque nona, lege  
 lata de adoptione ejus. *Schægk.* *A pa-  
 tribus ad plebem.*] Cæsare in invidiam  
 Ciceronis eum transducente. *Sueton.  
 Cæs. 20.* nimirum ut tribunatum, qui  
 patriciis non patebat, impetrare posset.  
 Tales autem tribuni, qualis Clodius  
 describitur, rebus novandis idonei,  
 ideoque molitoribus dominationis  
 grati sunt. *Boecler.*

4. *Transfret.*] Imo, *transfret.* Ita bene  
 à Gryphio, aliisque editum. *V. ff.*

5. *Qui civem R. indemnatum.*] Vulgo  
 male, *damnatum.* *Qui civem R. indem-  
 natum.*] M. Ciceronem præcipue lex

Clodia notabat, qui conjuratos indi-  
 cta causa necaverat, quod cum omnes  
 historiarum, tum ipse Cicero in epistolis,  
 & orationibus commemorat. *Manut.  
 Qui civem R. indemnatum.*] *Plut. in  
 Cicer. & præsertim Dio 38.* ubi & *in-  
 iuriam hujus legis* declaratur, & quo  
 consilio, quibus Potentum fraudibus  
 oppressus sit Cicero, egregie ostendit-  
 tur. *Appian. 2. bell. civ. Boecler.*

6. *Calamitate.*] Gryphio, *Marneffio,*  
 aliisque editum *calamitatem.* Et ita re-  
 ponendum. *Vossius.*

7. *Suspitione.*] Nec suspicio erat, sed  
 manifesta fides. Vide *Dionem.* *Boecler.*

8. *Quod inter xx viros.*] A Cice-  
 rone epist. 2. lib. IX. ad Att. xx. *ovv,* ut  
 hic, nominantur. item epist. 6. lib. 2.  
 ad eundem: cum quo consentit *Dio*  
 lib. xxxix. Contra, de v. viris, de  
 provinciis cons. & epist. 7. l. 2. ad Att.  
 Et in oratione in Pisonem, cum dixit,  
*Eorum honorum, quos cum proximis com-  
 municavit, me socium esse voluit:* vide-  
 tur significare quinque potius, quam  
 viginti viros. quid enim honoris Pom-  
 pejus, & Pisto consulares, ac Cicero  
 ipse consecutus esset, accepto inter vi-  
 ginti viros loco? Hæc igitur, mani-  
 feste

pano esse nolisset. Idem<sup>1</sup> intra biennium,<sup>2</sup> sera Cn. Pom-  
 peji cura, <sup>3</sup> verum ut cœpit interrita, votisque Italiæ ac  
 decretis senatus, virtute atque actione <sup>4</sup> Annii Milonis  
 tribuni pl. dignitati patriæque restitutus est. Neque post  
<sup>5</sup> Numidici exsilium aut reditum, quisquam aut expulsus  
 invidiosus, aut receptus est lætius. Cujus domus, quam  
 infeste à Clodio disjecta erat, tam speciose à senatu resti-  
 tuta est. Idem P. Clodius <sup>6</sup> in senatu, <sup>7</sup> sub honorificen-  
 tissimo ministerii titulo, M. Catonem <sup>8</sup> à rep. relegavit.  
 quippe

esse inter se pugnantiæ, difficultatis  
 asserunt plurimum in dijudicanda ver-  
 itate. Quamobrem relinquo, quod ii,  
 qui judicio, ingenioque præstant, ac-  
 curatius considerent: quibus aliquid  
 afferentibus, quo videamur in alter-  
 utram partem impelli, libenter assen-  
 tiemur. *Manutius. Quod intr. xx. vi-  
 ros.*] Cæsar enim, ut occurreret no-  
 va consilia, optimum & clarissimum  
 quemque dividendis agris adhibere  
 cupiebat, quasi nimis eorum non sua, sed  
 ipsorum auctoritate illa res gereretur.  
 quod animadvertens Cicero, decus at-  
 que dignitatem suam noluerat alienæ  
 dominationi gratificari. *Boecler.*

1. *Intra biennium.*] Satis laxè scrip-  
 tum. Omnino intra biennium: atque  
 adeo abfuit tantum Cicero mentes  
 ipsos quatuordecim. Pulsus enim an-  
 no dcccv. circiter Kal. Aprilis: rediit  
 anno insequenti, Mense Sextili. *Plu-  
 tarchus* tamen menses xvi. computa-  
 vit, parum exactè. *Lipsius.*

2. *Sera Cn. Pompeji cura.*] Tu obser-  
 va infidam hic quoque Potentum amicitiam:  
 Modo abjiciunt, si utile suis  
 rebus existimant: modo attollunt, si  
 ex crecti restitutione aliquem suæ po-  
 tentiæ usum commenti sunt. Ut benefi-  
 cio obligare possint adversarium, in-  
 iuria eo redigunt, ut beneficii capax  
 sit. *Boecler.*

3. *Verum ut cœpit interrita.*] Vulgo,  
*verum & cœpit interrita.* Forte juxta

Rhenanum, *capito interrita.* Ursinus ita  
 legit, sicuti in textu posuimus. Idem  
 censent *Lipsius, & Schægkhus.*

4. *Annii Milonis.*] Extat pro eo in  
 cæde Clodii Ciceronis discretissima o-  
 ratio.

5. *Numidici exilium.*] Fuit enim ve-  
 re gloriosum Ciceroni hoc exilium,  
 sicut & *Philiscus* in egregio illo cum  
 Cicerone colloquio judicaverat apud  
*Dion. 38.* *Boecler.*

6. *In senatu.*] Cujacius censet voces  
 in senatu delendas, quippe repetitas è  
 superioribus lineis. *Lipl. etiam hono-  
 rificentissimi.*

7. *Sub honorificentissimo ministerii ti-  
 tulo.*] Vide *Plut. arch. Cat. Min.* Ita sci-  
 licet lupi apud oves, in fabula, de re-  
 movendis canibus agunt. Ceterum  
 quam alias late pateat istud arcænum,  
 quo *specie honoris homines seponuntur,*  
 eximia dissertatione pertractat *Gru-  
 tius de cons. ad illud Taciti 2. A. 42. 2.*  
*Tiberius amativi juvenem* (Germanicum)  
*specie honoris statuit.* *Lipl. a. polit. 14. 70.*  
 In Nostro exemplo non sefellit sane  
 Catonis prudentiam Clodius, qui ul-  
 tro clamavit, *ὡς ἐπέδρα το πρῶτος*  
*καὶ ἀπεπληλακισμός, & ἐπέδρα ἐστίν;*  
*insidiarum & contumelia causa sibi id*  
*ministerium à Clodio imponi.* Sed quo-  
 modo poterat voluntati populi, quem  
 perferata nare trahebat Clodius, resi-  
 stere? *Boecler.*

8. *A Rep. relegavit.*] Rectè re-  
 legavit.



quippe legem tulit, <sup>1</sup> ut is quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, ad spoliandum regno Ptolemæum, <sup>2</sup> omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum. Sed ille sub adventum Catonis, vitæ suæ vim intulit: unde pecuniam longe sperata majorem Cato Romam retulit. <sup>3</sup> cujus integritatem

lau-

gavit. non enim, inquit Cicero pro Sextio, illi ornandum M. Catonem, sed relegandum, non illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt. causam expressit pro Domo. Provinc. Consul Plutarchus, Dio. Schegkianus.

1. *Ut is quæstor.*] Atqui diu ante Cato Quæstor, quod notum est. Medetur Aldus, & legit: Quæstor. ego felicitus: Quæstorius. Lipsius. *Ut is quæstor.*] Bene Quæstor. Ita Piso in ceteriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est. Sallustius, at extra ordinem. Suetonius. Cæsar: Cn. Pisoni ob suspicionem conjurationis urbanæ Hispania provinciam à senatu extraordinem data est. retineamus igitur vulgatum. Schegkianus.

2. *Omnibus morum vitiis.*] Mirum Schema Velleji. quasi morum vitia Ptolemæum regno exuere, & Romanis spoliandum tradere debuerint. Aliter & verius Ammianus Marcellinus 14, 27. de Cypro loquens: nec piget dicere, avidè magis hanc insulam populum Romanis invasisse, quam justè. Ptolemæo enim rege federato nobis & socio, ob ararii nostri angustias jussu sine ulla culpa proferri, ideoque haurito veneno voluntaria morte deleti, & tributaria facta est, & velut hostiles ejus exuviæ classi impositæ, in urbem advektæ sunt per Catonem. Florus quoque non obscure indignitatem rei innuit, cum 3, 9, 3. inquit: Divitiarum tanta erat fama, non falso, ut victor gentium populus, & donare regna consuetus, P. Clodio Tribuno duce, socii virique regis confiscationem mandaveris. Videnda, quæ

ad Marcellinum Henr. Valesius; ad Florum, Freinshemius, duo clarissimi Viri, notare. Alii alios colores quæstivè, ac in Clodio omnem ejus rei culpam rejecerunt. Verum hi colores sunt, quibus appingendis valde solertes sunt, magistri & ministri dominationis: ut iniquitas, avaritia, ambitio sub virtutum & juris nominibus lateant. Boecler.

3. *Cujus integritatem.*] Hoc in Catonem conferri, credibile non est, cujus per omnem vitam laudatâ à bonis omnibus integritas. Addendum igitur puto, non: ut sit non laudari, nefas est. Manutius. *Cujus integritatem.*] Aldum hic culpatur Rob. Titius, qui immissa negatione legit (perfecto male) non laudari. Sed Titius ipse an extra culpam? Lectionem retinet, in sensu parum videt. Nam sic explicat: adeo præstabile esse Catonis integritatem, ut quasi polluantur, si laudibus cum quis profæqui velit. Et dat auctorem ejus interpretamenti Aristotelem, qui primo ad Nicomachum ait: *ὄν τῶν ὁρίστων ἄριστον ἐστὶν ἁπλοῦς*: quod optimarum rerum non sit laudatio. Itaque & Deos felices beatorumque prædicamus, & virorum eos qui Divi proximi: non autem laudamus. Sed nos Titi jam libere à te discendum, quam tu à recto sæpe & à vero. Nihil minus Vellejus voluit. Quid ergo hoc argue saltem dixit, Nefas esse laudari in Catone integritatem & à pecunia absentiam, cum alix sint ejus magis eximix, in aliis alicum etiam è vulgo cadat: in Catone laudetur, quidquid in

alio

<sup>1</sup> laudari, nefas est: insolentia præne argui potest, quod una cum consulibus ac senatu effusa civitate obviam, cum per Tiberim subiret navibus, non ante <sup>3</sup> is egressus est, quam ad eum locum pervenit, ubi erat exponenda pecunia. Cum deinde <sup>4</sup> inmanes res, vix multis voluminibus explicandas, C. Cæsar in Gallia ageret; nec contentus plurimis ac felicissimis victoriis, innumerabilibusque cæsis & captis hostium millibus, etiam in Britanniam transjecisset exercitum, alterum præne imperio nostro ac suo quærens orbem: <sup>5</sup> invictum par consulum Cn. Pompejus & M. Crassus, alterum iniere consulatum; qui <sup>6</sup> neque petitus honeste ab his, neque probabiliter gestus est.

Cæsari

alio haud temere exstet. Ita Claudianus in laudatione Mallii:

*Nam spectas quis oper, instatque peccora luero*

*Commemoret? fuerint aliis hæc fortè decora,*

*Nulla potest laus esse tibi quæ crimina purget.*

Plane ad hanc sententiam est etiam illud Taciti de Agricola: *Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, injuria virtutum fuerit.* Lipsius. *Cujus integritatem.*] Quare? quia ita ab omni vitio utique remotus, ut minime laudari ducat, facere officium suum. Et hoc est quod innuit Plinius, Panegyrici cap. 42. ubi laudato Trajano quod dominos liberasset ab accusatione servili, infert: *Non vis interim laudari, nec fortasse laudanda sint: gratia sunt tamen recordantibus, &c.* Gruterus.

1. *Laudari nefas est.*] Quia omnes laudes superat.

2. *Effusa civitate.*] More, tam in urbe, quam provinciis vulgato. Cicero alibi: *Quid habet admirationis tali viro advenienti candidato consulari obviam prodisse multos, quod nisi esset factum, magis mirandum videretur. quod si etiam*

illud addam, quod à consuetudine non abhorret. Schegk.

3. *Is egressus est.*] Lego, *Is egressus est.* Manutius.

4. *Inmanes res.*] Vide comm. Cæsari. & Dionem lib. 40.

5. *Invictum par consulum.*] Cum in V. C. sit: *Victus par Consulum, &c.* posset legi: *Vetus par Consulum, &c.* Ursini. *Invictum par Consulum.*] Age, Pompejus invictus esto (etsi Cæsar aliter docuit) quid? etiamne Crassus? Inconveniens plane verbum. Scribo: *inlucum par.* Lipsius. *Invictum par consulum.*] Forte *invivum*: ut quorum occultam conspirationem jam populus olfecerat. Acidali.

6. *Neque petitus honeste, &c.*] Nam & factiose ac pane per vim, ex arbitrio suarum partium, invaserant consulatum, & magistratus quos vellent constituerant, & omnia potentix augendæ patrabant novabantque. inter quæ etiam decreta in alterum quinquennium (Dio de triennio meminit, sed intellexerim de consultatione potius, quam de decreto) Cæsari Gallia, Pompejo Hispania & Africa; Crasso Syria & vicinæ provincix, referri debent. Dio 39. Plut. Cæs. & Crass. Appian. 2. bell. civ. Boecler.

I. Ceteræ



Cæsari lege, quam Pompejus ad populum tulit, prorogata in idem spatium temporis provinciæ: Crasso bellum Parthicum in animo molienti, Syria decreta. qui vir, cetera sanctissimus immunisque voluptatibus, neque in pecunia neque in gloria concupiscenda aut modum norat, aut capiebat terminum. hunc proficiscentem in Syriam diris cum ominibus, tribuni pl. frustra retinere conati. quorum execrationes si in ipsum tantummodo valuissent, utile imperatoris damnum salvo exercitu fuisset reip. Transgressum Euphratem Crassum petentemque Seleuciam, circumfusis immanibus copiis equitum, rex Orodes una cum parte majore Romani exercitus

1. Cetera sanctissimus.] E Græcia veterum sermonis genus, usitatum ab optimo quoque. Tacitus; cetera equestri familia; & Juvenis alia clarus. Agellius, pleraque doctus. Apulejus pleraque mundus. Et Florid. 1. Mafsius Phryx cetera, & barbarus. Schegk.

2. Diris cum ominibus.] Minutius in Octav. Et ut Thrasimenus Romanorum sanguine & major esset & decolor, sprexit auguria Flaminius: & ut Parthos signa repetamus, divinum imprecationes Crassus & meruit & irrisit. Quales fuerint, & quia mire huc faciunt, & antiqui ritus, supra repertam ex Appiani Parthico: Solus Ateius occurrent, primum voce cohibebat; denuntians non procederet; deinde adparitorem iussit, desinere cum injectis manibus. verum id collegis Tribuni non permittentibus, adpariter Crassum missum fecit: Ateius vero ad portam accurrens, posuit ibi ardentem foculum: & Crasso prætercunte sufficem faciens, libansque insuper, diris cum dicebat execrationibus, nova & horrenda nomina Deorum invocans. eas execrationes secretas & prisca Romani talem vim putant habere, ut nemo sine devotus possit evadere, immo nec illi, qui devoret, bene cedere: quamobrem non temere his utuntur. Gemina germana

Plutarchus in Crasso. Schegk. Diris cum ominibus.] De his devotionibus, diris, imprecationibus sollenniter publiceque conceptis vide omnino doctissimi Briffon. r. formul. solenn. ubi & hujus historiæ occurrit declaratio ex Plutarcho, Appiano, Dione, Cicerone, Luciano. Adde nostrum supra 2, 22, 2. Boetius.

3. Utile imperatoris damnum.] Ne crede tam maligne de Crasso tenuisse aut scripsisse Vellejum, ut censet utilem patriæ fuisse ejus mortem. Honestius veriusque: vile Imperatoris damnum. id est, exigua, nec in magno, jaclata. Lipsius. Utile Imperatoris damnum.] Lipsius, vile reponit. Ceterum scriptores belli Parthici vide notatos ad Flor. 3, 11. Est autem memorabile cumprimis in exitu Crassi exemplum, qualis vindicta in justissima bella, avaritiamque inexplebilem solcat consequi, nam id magno consensu agnoscunt scriptores observantque hoc loco. Boetius.

4. Seleuciam.] Plures sunt Seleuciæ. Hic intelligitur ea, quæ ad Euphratem.

5. Circumfusis.] V. C. circumfusos. Forte, circumfusum. Vossius.

6. Rex Orodes.] Plutarcho in Crasso est

tus interemit. reliquias legionum C. Cassius, atrocissimum auctor facinoris, tum quæstor conservavit; Syriamque adeo in P. R. potestate retinuit, ut transgressos in eam Parthos, felici rerum eventu fugaret ac funderet. Per hæc insequentiaque & quæ prædiximus tempora, 47 amplius quadringenta millia hostium à C. Cæsare cæsa sunt, plura capta. pugnatum sæpe directa acie, sæpe in agminibus, sæpe eruptionibus: bis penetrata Britannia.

est Υραδης: Africano apud Eusebium Ηραδης. Malim utrobique legere, Οραδης. Ex Vellejo, Floro, Appiano, Dione, & aliis. Morodem hunc vocare videtur Servius ad xr. Æneidos. Sed videtur tantum. Nam omnino locus illius est mendosus. Nos cum integrum adscribemus, non solum, ut prodeat emendator, sed etiam quia historiam hanc Crassi illustrat. Romana, inquit, signa figebantur in castris: & cum ad bellum eundem foret, captatis auguriis evellebantur à terra. Nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria hoc habebatur, si evellentem facile sequerentur. Adeo ut cum fito in Orodis bello (ita lege, non, Morodis) sit Crassus occisus, qui iturus ad Parthiam (V. C. legit, prælium) evellere signa vix potuit. Refert inde historiam similem Flamini; in qua pro Thrasymninam, Thrasymenum, legendum, apparet. Vossius.

1. Amplius quadringenta.] Valde attexit Cæsarianam laudem (si modo laus è cædibus): atterit tanquam præ aliis & libat. Nam ecce Plinius scribit, Præter civiles victorias, undecies centena & nonaginta duo millia hominum occisa ab eo præliis. Et Appianus in Celticis: Μυρασί τε γδ ἀνδρῶν ἀγρίων, ὡ τοῖς δίκῃ ἐπὶ τῷ οἷς ἐς ῥοσθηγῆεν, ἐς χθίρας ἡλθον, εἰπὺς ὅφ' ἐν τῷ μέσῳ στωαράζοι, πειρακιστῶν πολέοισι. Καὶ τῶν ἐπὶ τῷ μὲν ἐζωρησάν, ἡπὺς ὃ ὡ αὐτῶ πῶν κρετῶσαν:

Quadrages centena millia ferocium hostium (si quis partes in unum & in summam vedigat) decem illis annis, quibus Gallia præfuit, manus cum eo conferre. è quibus decies centena millia capta fuerit, decies altera in ipso certamine perire: reliquis scilicet elapsis. Nec aliter Plutarchus per occasionem enumerat, in Pompejo. Quis ergo ambiget hic rescribere secc. id est, octingenta millia hostium? Etiam si quis amplius volet, per me liceto. Lips. Amplius quadringenta.] Malim cto. Nam Plinius, Solinusque scribunt, Præter civiles victorias undecies centena, & nonaginta duo millia occisa ab eo præliis. Nisi malis cum Lipsio, secc. Nam Appianus in Celticis decies centena millia tantum occisa esse tradit. Vossius.

2. Sæpe in agminibus.] Malim ad Livianum exemplum, sæpe agminibus. Ille xxr. Magis agmine, quam acie, in via concurrerunt. Agminibus concurrere est, non explicatis ordinibus distinctaque acie. Lipsius. Sæpe in agminibus.] Etiam malim cum aliis abesse voculam in. nam quod habemus Livii lib. 10. sub finem: Sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum; forte & ibi abjicienda utraque præpositio. Gruter. Sæpe in agminibus.] Ex definitione agminis intelleges quam adposite hic noster locutus sit. ad Iudor. lib. 19. cap. 3. Schegk.



tannia. novem denique ætatis vix ulla non iustissimus triumphus meritus. <sup>1</sup> Circa Alesiam vero tantæ res gesta, quantas audere vix hominis; perficere, pæne nullius nisi Dei fuerit. <sup>2</sup> Septimo ferme anno Cæsar morabatur in Galliis, <sup>3</sup> cum medium jam <sup>4</sup> ex invidia potentia male

1. *Circa Alesiam.*] Sic malui cum veteribus libris & doctis viris, quam *Alexiam*. Condita autem ab Hercule, totius Gallia Metropolis, libera ac sui juris usque ad C. Cæsaris ævum. Diodorus libr. 5. Situm ejus Cæsar libr. 7. bell. Gall. & Strabo habent scriptum. *Schegk. Circa Alexiam.*] Repone, *Alesiam*, ex Ms. Ita semper Græci, plerumque etiam Latini. Non ignoro tamen, X. & S crebro commutari. Florus lib. 1. r. r. cap. x. scribit, totam belli molem circa Gergoviam fuisse; non Alesiam, ut Velleius, alique. Cujus errore jam olim etiam deprehendit Anonymus seu Cæsaris, seu Julii Celsi exscriptor. Et sane nil manifestius. Nec facile invenias, juxta Romanam olim à Senonibus captam, quæ Gallis Romanos infestiores reddiderint, quam pericula apud Alesiam adita. Insignis de hoc est Taciti locus, lib. xi. Annalium; sed etiam summi viri Iusti Lipsii sententia, tam prodigio corruptus, ut ne Attius Navigius quidem pater augurum, ei sine libris mederi queat. Verba Taciti hæc sunt, ex oratione contra proceres Gallia Comata; qui nuper jus civitatis consecuti, etiam jus adipiscendorum in urbe honorum petebant. *Oppleturos omnino divites illos; quorum avi proavique hostilium nationum duces, exercitus nostros ferro vique ceciderunt; divum Iulium apud Alesiam obsederunt. Recentia hæc: quid si memoria eorum inoreretur, qui Capitolio, & ara Romana, manibus eorumdem prostratis. Fruerentur sane vocabulo civitatis: insignia patrum, decora magistratum ne vulgarent.* Ego tamen mihi bene persanasse

visus sum. Scribo: *Quid si memoria eorum inoreretur, qui Capitolio, & ara Romana, manibus eorumdem prostratis, fruereutur? Sane vocabulum civitatis; insignia patrum, decora magistratum ne vulgarent.* Per aram Romanam, Maximam intelligit Tacitus; quam, ut & Capitolium, non fuisse prostratam, ex Plinio, Solino, aliisque, satis constat. Sed nolo pluribus conjecturam nostram firmare. Jam enim satis orbitam excessisse videor. Merebatur interim hoc Taciti locus. *Vellius. Circa Alesiam.*] Florus *Alexiam* vocat, 3, 10, 23. vide ipsum *Cæs. bell. Gall. 7. Plurarch. in Cæs. Αἰγ. πολλὰ τὴν ἐν εὐνοῖα ὁ πῶς Ἀλεξίαν κινδύνῳ ἔργε διέξω, αἷς ἔργα τολμῆς κὲ δεινότητι οἷα τὴν ἀλλαν ἀγῶναν εἰδὶς τὴν ἀσπυρῶν.* Multas ob causis gloriam Cæsaris auxit hoc ad *Alesiam* certamen: quippe ubi ea virtutis consiliique documenta, qualia non in alio facile certamine edidit. Boeclerus.

2. *Septimo ferme anno.*] *Septimum ferme annum, ego. Lipsius.*

3. *Cum medium jam.*] Apposite tunc demum Iulium pignus concordia coherentis dixit. nam antea sane non erat opus tali obside. Gruter.

4. *Ex invidia potentia.*] *Vulgo, Pompeii.* Displicet suspectumque est in primore loco nomen *Pompei*. Si rectum, quid ita statim Pompejum repetit? cur non potius scribit, *inter eum & C. Cæsarem?* series & mos stili sic postulabat. Cur etiam solum Pompejum causam facit infida hujus concordia? peccavit enim non minus Cæsar. Denique primogenia lætio nulla habet

male coherentis inter Cn. Pompejum & C. Cæsarem concordia pignus, Iulia uxor Magni decessit; atque omnia inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna, <sup>1</sup> filius quoque parvus Pompeii, Iulia natus, intra

habet Pompeii nomen. Illa sic: *ex invidia Pompei ac Camilie.* Profecto legendum: *ex invidia potentia male.* Nam sult compendio scriptum, *potentia.* Bona præ vulgata veraxque hæc sententia. Obiit, ait, Iulia unicum pignus sive vinculum concordia male jam hærentis, quia alter alterius potentia invadebant: hic illius crescenti, ille hujus adultæ. Lucanus ad Iuliam:

*Morte tuâ discussa sedes, bellumque morere*

*Permissum ducibus. stimulos dedit emula virtus.*

Emulationem mutuum expressit, uti & hic Velleius. *Vellius. Ex invidia potentia.* Rhien. & Burr. cum monstro suo lætioni Morbboniam ablegavimus. Lucanus, lib. de Iulia;

*— nam pignora juncti sanguinis, & divo seraleis amine lectas*

*Abstulit ad mænies Parcarum Iulia, sava*

*Intercepta manu; quod, si tibi fata dedissent*

*Majores in luce moras, tu sola farentem*

*Inde vitrum poteras, atque hinc retinere parentem;*

*Armataque manus excusso jungere ferro,*

*Ut generos saceris media junxere Sabina.*

*Morte tua discussa sedes, &c.*

*Schegk. Ex invidia potentia.*] Florus lib. 4. cap. 2. Exinde quoniam mutuo metu tenebantur, Crassi morte apud Parthos; & morte Iulia, Cæsaris filia, que nupta Pompeio, generi foerique concordiam matrimonii fœdere tenebat, statim

*emulatio erupit.* Simillima Lucanus libro 1. *Scidal. Ex invidia potentia.*] Gruterus legebat: *ex invidia potentia annula, coherentis.* Quod non placet. Neque enim dicit Velleius, Iuliam ex invidia potentia æmula discessisse; sed ob invidiam male cohasisse concordiam inter Pompejum, & Cæsarem. Verior ergo conjectura Lipsii: *ex invidia potentia, male coherentis, &c.* Vossius.

1. *Filius quoque parvus Pompeii.*] Laudat hunc locum Belgii nostri Lumen Electorum lib. 2. cap. 17. ubi defendit Suetonium, damnatque Dionem Cassium, quorum hic adseruerat, neptem natam è Iulia C. Cæsaris; ille vero nepotem. Et verum est, stat a Tranquillo præter Velleium nostrum etiam Lucani verus, volentibus multis pluribus Bibliotheca Palatina: deque tribus Tranquilli codicibus, unus tantum præfert, *neptem.* Sed tamen tantum abest, ut ego Dionem deserendum patrem tanquam reum; ut contra adferam, habuisse non solum auctorem quem sequeretur Plutarchum; sed etiam Senecam. Is enim diserte consolatione ad Helvium cap. 34. *Vixit Sextus Pompejus, primum savori superstes, cujus morte optime coherentis Romanæ pacis vincula resoluta sunt, &c.* ad eum locum summus ille vir fatetur, nihil se videre, nihil extricare. quæ enim hæc *savor Sexti Pompeii*, quam nepris Iulii? quam filia Cn. Pompeii? hæc produxit, ut constet summos quoque viros, homines esse, id est, errare & labi; neque sicut scurrilitee iis insultandum, si quid forte committant, quo se probent humanos. Gruter.



tra breve spatium obiit. <sup>1</sup> Tum in gladios cædesque civium furenti ambitu, cujus neque finis reperiebatur, nec modus, <sup>2</sup> tertius consulatus soli Cn. Pompejo, etiam adversantium antea dignitati ejus judicio delatus est. cujus ille honoris gloria, veluti reconciliatis sibi optimatibus, maxime à C. Cæsare alienatus est. sed ejus consulatus omnem vim <sup>3</sup> in coërcitionem ambitus <sup>4</sup> exercuit. Quo tempore <sup>5</sup> P. Clodius à Milone candidato consulatus, <sup>6</sup> exemplo inutili, factò salutari reip. circa <sup>7</sup> Bovillas, contracta ex occurso rixa, jugulatus est. Milonem reum non magis invidia facti, quam Pompeii damnavit voluntas. quem quidem <sup>8</sup> M. Cato palam lata absolvit sententia.

quam

1. *Tum in gladios cædesque civium.*] Tribunorum præsertim plebis ferocia tumultus excitabat, comitia turbabat, pro consiliis tribunos militum postulabat (quo nimirum plures repp. capesserent) populo suis malis applaudente & in perniciem suam faviente. Οὐτε γὰρ ἐμὲ ἑλπίσας, εἴθ' ὕγιες εἰδὲν ἔπειτα, ἀλλ' ἄλλης παρὰ μὲν ὄψεσσι, πολλὰ δὲ δειπνοῦντες, πολλὰ δὲ ἐπιπλεῖν μακρόχρονοι. Neque enim moderati sanique quidquam agebant, sed tumultuabantur invicem turbabantque cum largitionibus multa, cum plerumque certaminibus gerentes ac cædibus, inquit Dio 40. p. 159. apud quem plura antecedunt & consequentium vide, ut æstimes, quantum brevitate mirifica, signanter tamen, expresserit Vellejus. Similia habet Plut. in Cæs. p. 721. Boetl.

2. *Tertius consul. &c. advers.]* De Catone præsertim & Bibulo Plutarchus in Pomp. de totius senatus consilio Dio 40. fuisse inter artes Aristocraticas, ut Pompejo soli delatus Consulatus & dictaturam impediret, quam tribuni pl. Pompejo magnis jam clamoribus desiniabant; & Pompejum à plebe avocaret, atque ad optatiorum partes traduceret; denique ne durior in servitio

essent Romani, si cum Pompejo Cæsar, quod timebant, consul factus esset. Sed quid est τὴν ταύτην πολιτικὴν ἀρχήν, si hoc non est? Nulli jam prudentiæ, nulli arti sua vis. murabantur miseris, non tollebantur. Et jam ἀδύναστος reip. regnum parturientis occiperant. Boetlerus.

3. *In coërcitionem ambitus.]* Vide Dion. 40. Appian. 2. b. c. Plut. Pomp. Sigon. de judic. 2, 29. Boetler.

4. *Exercuit.]* Potius, exercuit. Lips. 5. *P. Clodius, &c.]* Quod tantum tumultum in urbe excivit, ut SC. factum sit; Dent operam interrex, Tribuni plebis, Cn. Pompejus procos. ne quid deventum Resp. capiat. Pædian. in Milon. Epitome Livii cviii. Schegk.

6. *Exemplo inutili.]* In V. C. fuerat: exemplo inutiliter factò, &c. Forte in codice MS quædam lituræ obversitate fuerant extritæ: legendumque, exemplo inutili, interim factò salutari Reip. &c. Vossius.

7. *Bovillas.]* Urbs hæc in via Appia ad undecimum ad urbe lapidem, teste Cicero & Cornuto in Persium.

8. *M. Cato absolvit sententia.]* Dubitatur doctiss. Cicero interpretis, Alconius Pedianus, commentationibus in Milo-

quam si maturius tulisset, non defuissent qui sequerentur exemplum; probarentque eum civem occisum, quo nemo perniciosior reip. neque bonis inimicior vixerat. Intra breve deinde spatium belli civilis exarsunt initia: cum justissimus quisque & à Cæsare & à Pompejo vellet dimitti exercitus. quippe Pompejus in secundo consulatu Hispanias sibi decerni voluerat, easque per triennium absens ipse ac præsidens urbi, per Afranium & Pettejum consularem ac prætorium, legatos suos administrabat; & iis qui à Cæsare dimittendos exercitus contendebant, assentabatur; iis, qui ab ipso, adversabatur, qui si ante biennium quam ad arma itum est, perfectis muneribus theatri & aliorum operum quæ ei circumdedit, gravissima tentatus valetudine deceffisset in Campania (quo quidem

Milonianam. Cujus corrupta verba partim Velleii, partim ipsius Alconii causa, adscribimus: Fuerunt (inquit) qui crederent, M. Catonis sententia eum esse absolutum. Nam & bene cum Rep. actum esse morte P. Clodii non dissimulabat, & studebat in petitione consulatus Miloni, & reo assuerat. Nominaverat quoque eum Cicero presentem, & testatus erat, eum audisse à M. Favonio, ante diem sortium, quam cædes facta erat, Clodium dixisse, periturum eo triduo Milonem. Sed Milonis quoque notam audaciam vertiari p. utile visum est. Barthius quidem Advers. lib. xvi. cap. rv. rescribit; Sed Milonis quoque nota audacia obviã irrita republica utile visum est. Verum enimvero quam expedita foret ratio veteres emendandi, si ita in eorum scriptis grassari liceret? Equidem unica tantum litera addita, scribendum puto: Sed Milonis quoque notam audaciam verti à rep. utile visum est. Verti, pro averti: quomodo Valerius Flaccus lib. II. ait:

— Priami sed quis jam vertere regnis  
Fata queat.

Vossius.

1. *Assentabatur.]* Lips. assentebatur. Assentari tamen aliquando sumitur, pro assentiri, ut Gruterus docet, in suspic. libr.

2. *Iis qui ab ipso.]* Rhenani editio, iis qui ab ipso quoque, non debuit mutari. Boetlerus.

3. *Ante biennium.]* Ex fide historiarum Lipsius mallet annum.

4. *Perfectis muneribus theatri.]* Vellejus infra: quam magnifico animi temperamento Cn. Pompeii munera assumpta igni restituit. Nil itaque mutandum. Notandum tamen significationem rationem, muneri, censet Gruterus. Et sane non esse vocabulum è vulgo, satis indicat Frontinus, libello de Aquæductibus Urbis Romæ; his verbis: quantum publicis operibus, quantum muneribus (ita enim cultiores appellant) quantum lacubus, &c. beneficio principis detur. Sic recte edidit Onuphrius. Et ita etiam, ante visum Onuphrii codicem, legendum conjecerat, usus sola editione Florentina luntæ; in qua perperam, appellantur. Vossius.



dem tempore univerſa Italia <sup>1</sup> vota pro ſalute ejus, primo omnium

1. *Vota pro ſalute ejus.*] Juven. Satyr. 10.

*Provida Pompejo dederat Campania ſebes*

*Optandas; ſed multe urbes, & publica vota*

*Vicerunt. igitur fortuna ipſius, & urbis*

*Servatum victo caput abſtulit. —*

Primi Neapolitani auctore Praxigora. Plutarchus. Quod ſane, inquit Dio libr. 41. magnum fuiſſe & ſplendidum munus, nemo omnium negaverit, mirram ulli unquam alii, præter eos, qui poſt ea tempora ſuamam in omnia poteſtatem obtinere, decretum. Lubido pauca quædam obſervate mihi collecta poſt alios adferre de votis.

Quæ aut pro Imperatore, aut pro populo. Panegyricus: Nuncupare vota pro æternitate imperii, & pro ſalute civium, immo & pro ſalute principum, & propter illis pro æternitate imperii ſolebamur. Illa concepta 11. Nonas Januar.

Non ipſis Kalendis placitum & erudite probatum ad Tacitum Lipſio, Annal. lib. 16. Cui commodo manum, & aſſero porro verbis Caſi J. C. in l. ſi calvitur, cccxxiii. de verbor. ſign. Poſt Kalendas Januarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur, immo dies hæcæ ſolemnia, qua concipiebantur, abſolute uti iſtæ dictus, *Vota*.

Vopiuſcus, Tacito: Divorum templum fieri juſſit, in quo eſſent ſtatue principum bonorum, ita ut iſilem natalibus ſuis, & Partibus, & Kalendis Januar. & Votis, libamina ponerentur. Hæc quæ pro populo, ipſis Kalendis. Tacit. lib. 4. Annal. Sed Caſar ſolemnia incipientis anni Kalend. Januarias epistoſa præcatus, & ſtatim: *Quem enim diem vacuum pæna, ubi inter ſæcra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abſtineri mos eſſet, vincula & laqueus inducantur?* Spartianus in Alio Vero: *Orationem*

*pulcherrimam paraſſet, qua Kalendis Januarias Hadriano potri gratias ageret, acceptæ petitione, qua ſe exiſtimaret juvari, Kalendis ipſis perit, juſſuſque ab Hadriano, quia vota interveniebant, non lugeti. Duravit inde à tempore Reipub. liberæ, & conſulum, qui vota pro ſalute populi ipſis Kalendis in Jovis opt. max. templo nuncuparunt. oſtenſum à doctis ex Ovidio, frequentatum in Livio. Immo illis ipſis ſibi mutuo populus hinc inde vota ſignabant, ſtrenas mittebant. Ovidius 1. Faſtorum; *At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis?**

*Et damus alternas accipimusque præces?*

Et Tibullus de Meſſalla, lib. quarto; *Nam modo fulgentem Tyro ſubtemine veſtem*

*Indueras, oriente die duce fertilis anni; ſubdit:*

*Quin largita tuis ſunt multa ſilentia votis.*

Ad ſtrenas referri non inſcite poteſt locus Paulli J. C. in l. 12. D. de adminiſtr. tut. ait: *Solemnia munera parentibus cognatiſque mittere.* Mittebant & Imperatori. teſtis præter Suetonium, Dio libr. 171. Fuit & alia cauſa, cur ipſi Kalendis extra urbem eſſet, nempe hominibus anni auſpicio, & ſeſto die occupati negotium præceter, neve ſtrenas ab iis acciperet, quod Auguſtum ſeſſeſe improbat. quod tamen deinde tamquam debitum ſibi poſcebant principes. apud Juſtinian. C. de oblatione votor. Imp. *ARCADIUS & HONORIVS A. A. BASILIO P. V.*

*Quando votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri, & ſilidis obryziacis (de his Cujac. ad tit. de vet. num. pot.) principibus offerendi devotionem animo libenti ſuſcipimus: ſtatimque ut deinceps ſequentibus annis uniuſcujuſque ſedulitas principibus ſuis talia*

omnium civium ſuſcepit) deſuiſſet fortunæ deſtruendi ejus locus, & quam apud ſuperos habuerat magnitudinem, illibatam detuliſſet ad inferos. Bello autem civili, & tot quæ deinde per continuos xx annos conſecuta ſunt malis, <sup>2</sup> non alius majorem flagrantioremque, quam <sup>3</sup> C. Curio tribunus pl. ſubjecit facem: vir nobilis, eloquens, audax, ſux alienæque & fortunæ & pudicitix prodigus, homo ingenioſiſſime nequam, & facundus malo publico. <sup>4</sup> cujus animo, <sup>5</sup> voluptatibus vel libidini- bus, neque opes ullæ neque cupiditates ſufficere poſſent. hic primo pro Pompeii partibus, id eſt, ut tunc habebatur, pro rep. <sup>6</sup> in ox ſimulatione contra Pompejum & Cæ- ſarem,

*ingerant ſemper, & deſtrant.* Hæc de ſolemniſſibus votis. moris præterea in adverſa valeridine principis ſuſcipere, clarum ex Xiphilino, Suetonio, Tacito, aliis, & adſcribere Epistoſis ad principem, ſe vota ipſi facere. Dio libro 57. Deſique tanta utebatur clementia, ut cum aliquando Rhodiorem magiſtratus data ad eum epistoſa non ſubſcripiſſet, illud conſuetum; *Quod vota ipſi facerent, celeriter eos excitos, quaſi male multaturus, cum id quod deerat, adjeſciſſent, indemnes dimiſſit.* Schegk. *Vota pro ſalute ejus.*] Dio 41. pr. Plin. Pomp. Juvenal. 10.

1. *Deſuiſſet fortunæ.*] Tali ſententia Plutarchus in Pompeio optat: *Utinam tum obriſſet (poſt tertium triumphum) cum adhuc Alexandri fortunam haberet. nam que ſcæta ſunt non minimam ſelicitati ejus impoſuere labem.* Boecler.

2. *Non alius majorem.*] Nam perturbatis reip. temporibus tales homines, qualis hic deſcribitur Curio, idonea ſunt inſtrumenta, dominationis conſilia agitantibus. Boecler.

3. *C. Curio.*] Hic eſt ille C. Curio, Tribunorum, ut Appianus tradit, eloquentiſſimus & apud populum gratiſſimus, de quo Cælius Epistoſt. ad Ci-

cer. *Quod tibi ſupra ſcripſi Curionem frigere, jam calet, nam ſerventiſſime conſerptur. beſtiſſime enim quia de intercalando non obtinuerat, tranſiit ad populum, & pro Cæſare loqui cepit. Huc referendum non abſurde putant locum iſtum de Curione ex Varr. lib. 4. de vita pop. Rom. apud Non. Obſtringit-lare. Schegk.*

4. *Cujus animo.*] Haud dubie corruptiſſimus eſt hic locus, cui medelam hæcenus nemo excogitavit. Liplius tenavit: *cujus animi voluntatibus;* & poſtea pro cupiditates civitates ſubſtituit. Gruterus illa verba, *voluptatibus vel libidibus,* à mala manu eſt, itaque deleri oportere exiſtimavit. Acidalius, pro animo, legit omnino. Quid-dius horum conſideras, vel ſtilus vacillabit vel ſenſus. Boecler.

5. *Voluptatibus.*] Varie varii huic loco medentur. mihi ſemper illa, *voluptatibus vel libidibus,* viſa ſunt interpretis additamentum, ſuper vocem animo. Gruter. Forſan tale quid ſub-intelligendum, *inquinato,* vel, ut Saluſtius loquitur, *cooperato.*

6. *Mox ſimulatione.*] Cujus ſimulationis conſilia expoſuit ſimulatore Dio 40. non procul à ſine. Boecler.







melior videbatur, alterius erat firmior. <sup>1</sup> Hic omnia speciosa, illic valentia. <sup>2</sup> Pompejum senatus auctoritas, Cæsarem militum armavit fiducia. Consules senatusque <sup>3</sup> causæ non Pompejo summam imperii detulerunt.

Nihil

*melior, quia à Coss. mandata ipsi erat defensio reip. contra Cæsarem hostem judicatum: sed videbatur tantum, non erat. Satis notum est, & scriptoribus diligenter memoratum, quod uterque pro sua dominatione, neuter pro rep. bellaverit. Solutus Cato fecerat aliquas & reip. partes, sicut Seneca loquitur ep. 104. Quanquam hæc ipsa species & splendida nomina Pompejanorum non parum deformata sunt: illa intemperantia, qua tractationem Cæsaris de pace repulerunt, τὴν ἀπειρηστέτω Κασσαίης ἢ ἀπέδοσαν αὐτοὶ μὴ χανιστιδῶρος. speci. sissimum colorem ac prætextum Cæsari hoc pacto ipsi concinnantes. Plutarch. Cæs. Scriptores hujus belli vide Cæmerti notatos ad Flor. 4. 2. quibus omnino Dionem adde. Boecler.*

<sup>1.</sup> Hic omnia speciosa, illic valentia.] Ita est: Pompejus ipse multa gestorum gloria, multis regum amicitiiis, populorum auxiliis subnixus, & jam reip. ac libertatis propugnator habebatur: sed revera majus in Cæsareanis partibus robur, sive ducem spectâtes, sive milites, sive instrumenta belli solida. Cæsar ipse inorat. ad milit. ridet inaniam Pompeii nomina & speciem, apud Lucan. 1.

— Veniat longa dux pace solatus  
Militæ cum subito, partesque in bella  
togate,  
Marcellusque loquax, & nomina vana  
Catonis, &c.

Boeclerus.  
<sup>2.</sup> Pompejum senatus auctoritas.] Scriptores passim testantur. Vide orationem Lentuli ap. Lucan. p. incipio l. 5. ubi inter alia:

— non unquam perdidit ordo  
Mutato sua jura solo, mententia teclæ

*Cæsar habet vacuasque domos, legesque  
silentes,  
Clasusque justitio tristi fora, Curia  
solos  
Illa videt Patres plena quos urbe fuga-  
vit.  
Ordine de tanto quisquis non exulat, hic  
est Boecler.*

<sup>3.</sup> Cause non Pompejo.] Ego vero hæc non capio. Quid est *cause deserre summam imperii*? Illa igitur imperavit? exercitus duxit, instruxit? nugæ. Nos arbitramur fuisse: *cause nominis, Pompejo.* Illud sane constat, regimen & imperium in hoc bello delatum ad Pompejum, idque (ut Velleius per me nunc dicit) causa famæ & nominis Pompejani. Ille enim triumphis victoribusque celebrer, & in ore omnium Magnus. Lentulus ipse Consul, qui more majorum alioqui dux, apud Lucanum auctor hujus sententiæ:

*Consulate in medium Patres, Magnum-  
que jubete  
Esse ducem. Lato nomen clamore Senatus  
Excipit, & Magno fatum patriaque  
suumque  
Imposuit.*

Cæsar 111. Civil. in oratione Bibuli: *Poststatem se ejus rei nullam habere: propterea quod de Concilii sententia summam belli rerumque omnium Pompejo permiserint.* Liptius. *Cause non Pompejo.* Viri summi isthæc mutant; tanquam causæ deferri nequeat summa imperii, ignaræ scilicet imperare, exercitum ducere, instruere, &c. Sed nihil tamen vetat auspicia esse penes causam, ducatum vero penes Pompejum: ut præ se ferat auctor, non tam militasse Consules Senatunque Pompejo ejusque ambitioni, quam causæ

<sup>1</sup> Nihil relictum à Cæsare, quod servandæ pacis causa tentari posset: nihil receptum à Pompejanis. cum alter consul <sup>2</sup> iusto esset ferocior; <sup>3</sup> Lentulus vero salva rep. salvus esse non posset; M. autem Cato moriendum ante, quam ullam condicionem civis accipiendam reip. contenderet: vir antiquus & gravis Pompeii partes laudaret magis, prudens sequeretur Cæsaris; & illa gloriosa, hæc terribiliora duceret. Ut deinde spretis omnibus quæ Cæsar postulaverat, <sup>4</sup> tantummodo contentus cum una legione titulum

causæ suæ publicæ. De auspiciis multa diximus in Discursibus ad Tacitum prioribus. Et tale quid etiam respexit in restituendo Capitolio Helvidius Priscus, de quo nonnulla signavimus ad librum quartum Historiarum Taciti cap. 9. loco autem isti interpretando, unice facit Lucanus timine libri 5.

— docuit populos venerabilis ordo

Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.

Gruter. *Cause non Pompejo.*] Nihil hic mutandum. Sensus est: Pompejo delatum imperium, non quod ei faveret senatus, sed quod causa ejus videretur iustus. Vidit hoc Gruterus; vidit & Gillotius apud Savanem in erudito ad Sidonium commentario, lib. 111. epist. viii. ubi multis hanc lectionem confirmat. *Postius.* *Cause non Pompejo.* Gronovius diatrib. ad Stat. l. 3. tit. 3. c. 32. legit: *Causa nomine Pompejo, &c.* id est, ut ipse causam Senatus luceretur, subintelligit, non ut imperaret, vel potius dominaretur, cum contra Cæsarem sui Dominum afferrent. Boecler.

<sup>1.</sup> Nihil relictum à Cæsare.] Vide quam dissentiat Plutarchus in Antonio. *Manutius.* *Nihil relictum à Cæsare.* Ita quidem præ se ferebat: sed fortasse verissimum est iudicium Plutarchi in Antonio, Cæsari bellum pridem & vehementer cupienti fuisse; quippe quem stimularet *ἔπος ἀπαρηγορητὸν ἔδωκεν* ἀπαρηγορητὸν ἔδωκεν

*τὸν εἰπεὶ τὸ μέγιστον, inexplēbilis imperandi amor, & insana principum cupiditas. cuius getendæ, jurisque titulo exornandæ maximas interim occasiones Pompejani præbuerunt homini, quod negari non potest. Boecler.*

<sup>2.</sup> Iusto esset ferocior.] *Maxellum* intelligit, cujus ferociam præsertim etiam ex *Aspin.* 2. licet intelligere. Porro uterque Cos. ideo creati erant, quia Cæsarem summo odio prosequerentur: norante eodem. Boecler.

<sup>3.</sup> Lentulus &c.] Propter magnitudinem scilicet aris alieni: nam his nimium civili bello opus, sive, ut apud Sallustium notantur, *his perditæ republ. opus est.* Cæsar 1, b. c. Lentulus, inquit, aris alieni magnitudinis, & spe exercitus ac provinciarum & regum appellandorum largitionibus movetur: si que alterum fore Syllam, inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat. Boecler.

<sup>4.</sup> Tantummodo contentus.] Hoc usque ad verbum decreverat, parenthesi se jungendum opinor à reliqua periodo, adhibita etiam correctione quadam, alioqui tota comprehensione satis apte non cohæret. quod ut iudicari commodius possit, verba ipsa, qua mihi probantur & distinctione, & correctione, recitabo: *Ut deinde, spretis omnibus, quæ Cæsar postulaverat, (tantummodo enim contentus cum una legione titulum retinere provincia, privatus in urbem venire, & se in petitione consu-*



tulum retinere provinciæ; privatus <sup>1</sup> in urbem veniret, <sup>2</sup> & se in petitione consulatus suffragiis P. R. <sup>3</sup> committeret decrevere: ratus bellandum Cæsar, cum exercitu <sup>4</sup> Rubiconem transit. Cn. Pompejus consulesque & major pars senatus, <sup>5</sup> relicta urbe, ac deinde Italia, transfirere <sup>6</sup> Dyrrhachium. <sup>7</sup> At Cæsar Domitio \* legionibusque Corfi-

\* Corfinii, quæ una cum eo fuerant, potitus, duce aliisque qui voluerant abire ad Pompejum, sine dilatione dimissis, persecutus Brundisium, ita ut appareret, in alle integris rebus & condicionibus, finire bellum, quam opprimere fugientes, cum transgressos reperisset consules, in urbem revertit: redditaque ratione consiliorum suorum in senatu, & in concione, ac miserrimæ necessitudinis, cum alienis armis ad arma compulsus esset, Hispanias petere decrevit. Festinationem itineris ejus aliquandiu morata \* Massilia est, fide melior <sup>3</sup> quam consilio prudentior: in-

latus suffragiis P. R. committere decreverat) ratus bellandum Cæsar cum exercitu Rubiconem transit: Cn. Pompejus, Consulesque, & major pars Senatus, relicta urbe, ac deinde Italia, transfirere Dyrrhachium. Manut.

1. In urbem.] Et consulem se creavit, Floro. Dictatorem Eutropio. neuter recte & ordine. Consule Dionem, Plutarchum, Appianum. Schegk.

2. Et se in petitione consulatus, &c.] Verba, quæ præcedunt, & ipsa sententia postulat, ut legatur, committere, decrevere: ratus bellandum, &c. Ursin.

3. Committet, decrevere.] Hæc est scriptura exemplaris scripti; agiturque de decreto Senatus, alii nobis oggesserunt, decreverat retinere: at id natum omnino circa pulpitum Burrerii. Grut.

4. Rubiconem.] Flaminix flumen. Quondam Italix Gallixque terminus.

5. Relicta urbe.] Describit eam ex urbe fugam graphice Dio 41. Cæterum an prudenter à Pompejo factum sit, quod Urbem Italiamque reliquit, non una erat sententia. Quodam, inquit Plutarchus in Pompejo *οὐ τοῖς ἀέλοῖς πῆδεν* *εὐθὺς ἠγγύαζεν*, in optimis belli consiliis ponunt Pompeii ex Italia discessum: Ipse Cæsar mirabatur, quod relicta munita urbe, cum præsertim ex Hispania copias expectaret, marique polleret, Italia tamen excederet. Cicero etiam reprehendisse fertur, quod Themistoclis potius consilium quam Periclis imitatus sit Pompejus, cum tamen tempora hujus casus non illius exemplum supradicarent. Quod periculissimum virorum iudicium non videtur de nihilo: cum præ-

sertim non tam consilio Pompeii, quam impetu Pompejanorum suscepra profectio videatur. Potest tamen opponi: Pompejum illis populis, regibus, tetrarchis, dynastis, quorum amicitia nitentur propriam facium, & usum in adversa & inimica loca pericere debuisse. Sed imbellem illum genium multitudinem Pompejus cum Cæsariani militis bello indurati peritia & virtute debebat contendere, simul illud reputare, minorem ubique esse cedentis auctoritatem, & qui recedat, fugere credi. Certe non omisit Dio notare

talem eventum 41. p. 178. Πομπηῖος ἦν ἐν τῷ πλεῖστῳ παρῆλθε καὶ τῶν ἄλλων Ἱταλῶν ἕως ἐξέλιπε, πανταχοῦ τῶν ἐναντιῶν τοῖς ποταμοῖς, ὅτε ἐς αὐτῶν οὐ τὴν Ἀσίαν κατέπεσον, καὶ ἐλομήθη καὶ πρῶτος, ἀφ' ὧν περ καὶ τῶν τυχῶν καὶ τῶν δόξαν ἀντιπαλοὺς ἐκίνησε. Atque ita Pompejus patriam omnemque Italiam reliquit, longe ille quidem diversa ac plane contraria iis molitus, quam antea probaverat, cum ex Asia rediret. Itaque & FORTUNAM & EXISTIMATIONEM prioris contrariam natum est. Boecler.

6. Dyrrhachium.] Urbs in ea Macedonia parte, quæ incumbit mari Adriatico.

7. At Cæsar, &c.] Quæ de Domitio, item de oratione Cæsaris in urbe hic memorantur, præter Dionem, Appianum, Plutarchum, præsertim Ipse diligenter exposuit r. bell. civ. Noti sunt & jam supra indicati scriptores totius civilis belli: è quibus deinceps, ea tantum

tum mutabimur, quæ nostro instituto opportuniore videntur. Boecler.

\* Legionibusque.] Cæsar in hac re legiones non nominat, sed cohortes xxxiiii. quæ nondum fuisse videntur sub legionum suarum signis. Sunt autem illæ ipsæ cohortes, quæ, in iudicio Milonis, præsidium iudicibus & Pompejo. Lucanus ad Domitium:

— tua classica servat

Oppidum quondam polluto tiro Miloni. Vbi mirum nisi scribendum, Pullato, id est, sordidato & reo. Talis enim, Romano ritu, eorum vestis. Pollutum autem cur appellet, quare pollutum illum & scædum interemit? Lipsius.

1. Corfinii.] Oppidum in Pelignis.

2. Massilia.] Celebre Massiliæ nomen, cujus disciplinam arque gravitatem non solum Græcia, sed haud scio an cunctis gentibus anteposendam iure dicam. Cicero pro Flacco, & Tacitus ait, Locum Græcia comitate & provinciali parcimonia mistum & bene compositum. Mollitiam tamen nomen differt Athenis, quia credebantur γυναικῶν ποθειν. Hinc Plauto Massilenses mores, molles, & (cum Appuleio loquor) partarii. Schegk.

3. Quam consilio prudentior.] Melius se medios & neutrius partis præstitissent hoc tempore Massilienses. Certe si

ullum tempus cuiquam civitati Massiliæ fualit, hoc videtur illud fuisse. Utrique obstricti erant, Pompejo Cæsarique: nec de iustitia causæ aliquid certi in re perplexa videre licebat. Atque etiam Pompeii vetustiora, Cæsaris recentiora essent merita, quæ tamen obligatio gratiam & fidem ex æquo postulabat. Itaque honesta sane fuisset oratio, prudentisque consilium, quod præferrebat initio apud Cæsarem l. r. b. c. Intelligere se divisum esse P. R. in partes duas: neque sui iudicium, neque suarum esse virium discernere, mira pars iustior causam habeat: principes vero esse earum partium Cn. Pompejum & Cæsarem patronos civitatis; quorum alter agros Polcarum, Aecomicorum & Helviorum publice iis concesserit, alter bello vicis Gallias attribuerit, vicigalixque auxerit. quare partibus eorum beneficium parem se quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iurare, aut urbe aut partibus recipere. Hoc responsum etiam Dio vocat, *ἀποκαταστασιον ἀξιωματικῶν*. Sed mox Pompejanis se partibus adjunxerunt, eaque re iram Cæsaris asperarunt. Quem errorem nec Strabo omisit notare lib. 4. τῶν κερσίνθηλι μέγιστον ἀπὸ αὐτοῦ τῶν ποταμῶν τῶν Ἀδριαμυθίας ἀπέσπαλον; cum parti vicis se adjunxissent, plerumque felicitatis suæ perdidere.



tempestive <sup>1</sup> principalium armorum <sup>2</sup> arbitria captans, quibus ii se debent interponere, qui non parentem <sup>3</sup> coercere possunt. Exercitus deinde, qui sub Afranio consulari ac Petreio pratorio fuerat, ipsius adventus vigore ac fulgore occupatus, se Cæsari tradidit. uterque legatorum & quisquis cuiusque ordinis sequi eos voluerat, <sup>4</sup> remissi  
51 ad Pompejum. Proximo anno, cum Dyrrachium ac vicina

*didere.* Scilicet arbitria volebat agere Massilia principalium armorum, ut Velleius iudicat, quia dum Pompejum sequitur, Cæsaris causam damnavit: neque prudenter fidem alteri approbare conata est, quam utrique debebat: sicut nec illa pars responsi satis prudens erat, cum Cæsaris consilia se morari vel se profiterentur, antequam satis expendissent suas ad morandum vires opesque. Unde Velleiana *intra* illa subnascitur: *Principalibus armis ii se debent interponere, qui non parentem coercere possunt.* quasi diceret, si Massilienses iis instructi fuissent opibus, quibus Cæsar potuisset terri compescique, tum sane quivissent dicere: *absine potibus nostris Cæsar; omnia arma adversus Pompejum, excede finibus nostris, aut pacato habitu ingredeve.* Nunc *substituta erat leges dicere ei, qui armorum minus armis eludere possent.* Miscratione interim dignissima est optima & de Romano nomine præclarissime merita civitas. Quare Cicero 2. offic. 8. serio deplorat *in triumpho portatum eam urbem, sine qua nunquam Romani imperatores ex transalpinis bellis triumpharent.* id quod indignissimum merito viris bonis videbatur: non debebat enim triumpho ostentari, quod miscratione mæstitiæque publica potius abscondi crebatur. Boetius.

1. *Principalium.* Id est, quæ a principibus viris sumebantur.

2. *Arbitria captans.* Trogi Epitoma

exordio historiæ, *Populus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant.* Schegk.

3. *Coercere possunt.* Ergo iure quiescant inferiores. Livius lib. 9. cap. 14. de Papyrio: *Signa inde ferre iussit, & copias eduxit; mansissimam increpans gentem, quæ suarum impotenti rerum, præ domesticis seditionibus discordisque aliis modum pacis ac belli facere æquum censere.* ubi nos plura hujus commatis. Gruterus.

4. *Remissi ad Pompejum.* Ita ab initio capitis Domitium captum aliosque qui voluerant abire ad Pompejum sine dilatione dimissi. Qua re & gloriæ non parum & insigne ad res gerendas momentum sibi peperit Cæsar, sicut Dio animadvertit. Moderationis hujus exemplum etiam apud Suetonium habemus Cæs. 75. *Denunciante enim Pompejo, pro hostibus se habiturum, qui Reip. desuissent: ipse medius & neutrius partium, suorum sibi numero futuros proximitavit.* Quibus autem ex commendatione Pompeii ordines dederat, potestatem transfundi ad eum omnibus fecit. Prudenter sane, nam quid invidis, id est, infidis auxiliis fidas ac adiutoribus? Nam & signotis tua imperia exequeretur, & quamprimum poterat, discessionis ac defectione te nudabunt. Ita sunt homines: cogentem fugient, non invitantem sponte sequentur. ceterum enim ibi plus juris esse ac fortunæ, ubi minus est cogationis. Boetius.

1. *Castris.*

vicina ei urbi regio <sup>1</sup> castris Pompeii teneretur (qui accitis ex omnibus transmarinis provinciis legionibus, equitum ac peditum auxiliis, regumque & <sup>2</sup> tetrarcharum simulque dynastarum copiis, immanem exercitum confecerat, & mare præsidii classium, ut rebatur, seferat; quo minus Cæsar legiones posset transmittere) sua & celeritate, & fortuna C. Cæsar usus nihil in mora habuit, <sup>3</sup> quo minus & cum vellet, ipse exercitusque classibus perveniret, & primo pæne castris Pompeii sua jungeret, mox etiam obsidione munimentisque eum complecteretur. <sup>4</sup> Sed inopia obsidentibus, quam obsessis, erat gravior. <sup>5</sup> Tum Balbus Cornelius, excedente humanam fidem temeritate, ingressus castra hostium sæpiusque cum Lentulo collocutus, consule dubitante quanti se venderet, illis incrementis fecit viam, quibus non <sup>6</sup> Hispaniensis natus, sed Hispanus in triumphum & pontificatum as-

1. *Castris Pompeii.* In Ms. fuit: *castris Pompejo retineretur.* Nec fuit mutandum. *Retinere* autem, pro simplici *tenere*, etiam apud Florum lib. 11. cap. ultimo: sive potius lib. 11. c. 1. Sic enim optime in editione, quam habemus, princeps distinguitur. Verba Flori hæc sunt: *Provinciam P. R. non bello, sed, quod est æquum, hereditario jure retinebat.* Vossius.

2. *Tetrarcharum.* Tetrarcha Græca voce denotat eum, qui quartam regni partem obinet. Horat.

— modo Reges atque tetrarchas,  
Omnia magna loquens, &c.

3. *Quo minus & cum vellet.* Meo animo rectius, & quo vellet, alterum quam vim habeat, (non pudet fateri) nescio. *Acidal.* Quo minus & cum vellet. ] *Lego: Quo minus eo cum vellet, &c.* Nimirum Brundisium. Vossius.

4. *Sed inopia obsidentibus.* Mira tamen tolerantia Cæsariani sustinere illam inopiam, disidentes: prius se cortice ex arboribus vicinos, quam Pompejum

in manibus dimissuros. Cæs. b. c. 3. Sueton. Cæs. 68. Plutarch. Dio 41. Appian. 2. b. c. Boetius.

5. *Tum Balbus Cornelius.* ] Observate Politici. mira & audax hæc corruptio, sed sine quâ perierat Cæsar. Talia firmiter & pertinaciter tentanti vix deest successus. Idoneum autem instrumentum hic Balbus, quia amicus, & ab interiore notâ, Lentulo. Ipse ad Ciceronem (inter Epistolas ad Atticum lib. vii. ep. xv.) *Quod Lentulum Consul meum voluisti hic remanere, Cæsari gratum, mihi vero gratissimum medium fidus fecisti. Nam illum tanti facio, qui non Cæsarem magis diligam.* Et plura, quæ addit. Lipsius. *Balbus Cornelius.* ] Omnium sua ætate ditissimus, & qui moriens pop. R. viritum vicenos quinos denarios legavit. Dio 1. 48. Plin. 7. Ejus patruus Plinio lib. 5. c. 5. & Africanus Epistola ad Plancum apud Ciceronem nominatus. Schegk.

6. *Hispaniensis.* ] Vulgo, *Non Hispaniæ, Asia natus. Hispaniensis.* ] Mihi vide-



surgeret, fieretque ex privato <sup>1</sup> consularis. Variatum deinde proeliis, sed uno longe magis <sup>2</sup> Pompejanis prospere

IO,

tur legendum, non Hispania sua natus. Burrer. Hispaniensis.] Subsecutum hoc videtur: quod si legas, natus esset: id est, Consuleret, & splendorem afferret, ipseque Cæsaris gratia potens & clarus, non dico in Hispania sua fieret, sed homo Hispanus & pontificatum & consulatum postea adipisceretur: planius erit. Manni. Hispaniensis.] Obscurum ait Aldus: vere. Sed quantula lux, quam ipse auferat? Legit, natus esset. id est, inquit, Consuleret & splendorem afferret. Sed sic quoque locum parum splendet: quem in clariorum fortasse magis dabit noster Phœbus. Ille suadet: quibus non Hispaniensis, sed Hispanus. Affirmo ita se rem habere. Hac audacia, ait Vellejus, effectum, ut Balbus ille, non dicam civis è Latio aut incola Hispaniæ saltem, sed vere Hispanus & externus, Romæ pervenire ad sacerdotium & triumphum. Certe hoc novum. Nam plene civibus, hoc jus magistratum & imperiorum tantum. Plinius clare ab hac sententia, de Africa & Garamantibus lib. v. cap. v. *Omnia armis Romanis superata, & à Cornelio Balbo triumphata, unius omnium externo curru & Quirintium juve donato. Quippe Gadibus nato civitas Romana, cum Balbo majore paterno, data est.* Atque idem de Balbo majore, lib. vii, cap. 43. *Fuit & Balbus major, inquit, Consul, primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum, usus illo honore, quem majores Latio quoque negaverunt.* Videsne externos non admissos ad magistratus, etsi in civitatem admissos? In utroque igitur Balbo hoc novum. in altero, quod Consul primus exterorum; in altero, quod Pontifex & Triumphalis. Sed de vocatione quoque discrimine (proprie enim & signate Vellejus scripsit) addam. Sospiter: *Cum dicimus Hispanus, nomen*

nationis ostendimus; cum autem Hispaniensis, cognomen eorum qui provinciam Hispaniam incolunt, etsi non Hispanus, Martialis: *Ne Romam, si ire deceveris, non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.* Idem discrimen passim apud scriptores in Siculo, & Siciliensi; Græco, Græcensi; Germano, Germaniciano; & talibus. Vide Festum in *Corinthiensis*. Lipsius. Legitur etiam, non Hispania Gadibus natus. Hispaniensis.] Fæde corruptus locus. Si ejicere ista liceret, sed Hispanus; item factam habebam: quibus homo Hispania Gadibus natus, in triumphum. Alias, mutabam: natus, ab Hispanis in triumphum. quod sic probo, ut quod paulo plus, quam nihil. Etiam trajectio mihi tentata: quibus homo Hispanus, & Hispania Gadibus natus, in triumphum. Eamque non aspernandam putem. Obiectum enim illi, Gadibus natum esse, in accusatione, ut minus honorificum, ex Ciceronis oratione pro eodem patet. Occurrunt & nunc alii modi, quos premo, ne sine modo vanum hoc divinandum genus habeam. De ipso Cornelio Balbo, quem suo modo noster Balbus Cornelium, versus nomen ordine, ut in aliis plerunque (& hoc pridem homines docti accurate notarunt) multa præclara Tullius memorat loco, quem dixi: sed ante hæc tempora, & hoc facinus. *Acidal.*

1. *Consularis.*] Hoc est consul. Etsi enim consularis vix aliter sumitur, quam pro exconsule: si originem tamen vocis consideres, quemcumque extulit consularis, seu eum gerat, seu gesserit, recte eum consulari dignitate insignem, ac proinde virum dixeris consularem, sive consulari dignitatis. Vossius.

2. *Pompejanis prospero.*] Adeo quidem ut Cæsar diceret: *Actum de nobis erat, si hostis scivisset victoria uti.* Vide

scri-

ro, quo graviter impulsi sunt Cæsarum milites. Tum Cæsar cum exercitu fatalem victoriæ suæ Thessaliam petiit. Pompejus longe diversa aliis suadentibus (quorum plerique hortabantur, ut in Italiam transmitteret: neque Hercules quidquam partibus illis salubrius fuit: alii, ut bellum traheret, quod dignatione partium in dies ipsis magis prosperum fieret) usus impetu suo hostem secutus est. <sup>3</sup> Aciem Pharsalicam & illum cruentissimum Romano nomini diem, tantumque utriusque exercitus profusum sanguinis, & collisa inter se duo reip. capita, <sup>7</sup> effusumque alterum Romani imperii lumen, tot talesque Pom-

scriptores paulo ante laudatos. Burrer.

1. *Neque Hercules.*] Absolute Livius lib. 22. *Neque Hercules montibus his ab transitu Pœnorum ullo Peragri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum.* A pulejus Miles. 11. *Et vellem Hercules materiam reperire aliquam.* Schegg.

2. *Salubrius fuit.*] Ita etiam Appianus judicat. Certe etiam alterum istud consilium trahendi belli prorsus è Pompeii futurum erat: sicut clare Plutarchus explicat. Sed Pompejum non tam impetum suum, quod hic Vellejus dicit, quam fatalis suorum temeritas in noxia consilia & exitium præcipitavit. Boetivius.

3. *Dignatione.*] Male Robertus Titius, dilationi. Scheggius rectè dignatione partium in dies. *Dignatione.*] Hoc pacto plana & prompta sententia Gryphium secutus edidi. Voce dignationis usus Cicero lib. 10. ad Atticum & Tacitus sæpe. Schegg.

4. *Ipsi.*] Ipsi legendum puto; ut ad Pompejum referatur. Burrer.

5. *Aciem Pharsalicam.*] Vide Cas. 3. bell. civ. Plut. Cas. & Pomp. Dion. 41. Appian. 2. b. c. Flor. 4, 2, 44, & c. Liv. epist. 111. Lucan. 7. alioque. Boetiv. Pharsalicam.] Pharsalia regio Thessalix. Hinc celebres campi Pharsalici.

6. *Romana nomini.*] Est in mss. *Romani nomini.* Opinor etiam, *Romani nomini diem* legi posse, fortassis etiam debere. *Et collisa.*] Vulgo, & consilio Rhenanus putat fortasse legendum, commissis.

7. *Effusumque.*] Vulgo, *effusum. Effusumque.*] Hoc modo cum Rhen. & V. N. Jano Duza ad illud in Præcidaneis;

*Effossos oculos novet atro gutture corvum,* legendum. error ex promiscua V, & O litterarum usurpatione. Deinde persistit Vellejus in lchemate; Dixerat, collisa inter se duo reip. capita: subdit, & alterum Rom. imperii lumen sive oculum effusum esse. Maro Æneid. 111. de Polyphemo;

— & ad aquora venit,  
Luminis effossi fluidum lavis inde cruorem.

Laberius apud Agellium: *Democritus Alderites Physicus Philosophus, clypeum Constituit contra exortum Hyperionis Oculos effodere ut possent splendore æreo.* Et Orosius lib. 1. c. 13. *Devorandas crudeliter addiebant, atque insurre prodigium (Minotaurum) effosis Græcia luminibus saginabant.* Quid multa circuitione? tam in proclivi veritas, quam olim cum pluit imber. Schegg. *Effusumque.*

M



Pompejanarum partium cæsos viros, non recipit enarranda hic scripturæ modus. Illud notandum est: ut primum C. Cæsar inclinatam vidit Pompejanorum aciem: neque prius neque antiquius quidquam habuit, quam omnes partes (militari & verbo & consuetudine utar) <sup>2</sup> dimitteret. Proh Di immortales, quod hujus voluntatis <sup>1</sup> erga Brutum suæ postea vir tam mitis pretium tulit! Nihil illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit, quando neminem nisi acie consumptum, civem patria desideravit: sed in-

nus

*sumque.*] Orta hæc lectio ex errore editionis Gryphianæ, & aliarum, quæ *effusum* expressere. Scoppius igitur, Poppa, aliique, *effusum* omni vi propugnant. Mihi nihil certius, quam Vellejum reliquisse, *effusumque*. Hoc qui negare audeat, neget simul esse Latinum, & conjectaneo plus fidei adhibendum asserat, quam Ms. lectioni. *Vossius.*

1. *Quam omnes partes.*] Vulgo, in omnes partes. *Quam omnes partes.*] De Clementiâ Julianâ sermo est: sed quid ad eam dimisso hæc in partes? Scribe: *ut omnes partes.* Mens. Nihil prius Cæsar habuit, quam ut omnes adversarios suos incolumes dimitteret, gladiis & militari sævitia subduceret. Hos autem tales vocat *partes*, idque militari verbo, inquit: quia durum videbatur in civili dissenso dicere *Hostes*. Usum hujus vocis crebrum alibi notavimus: tu hic originem vides, & nondum tritum id satis fuisse hoc significatu. Cur enim alias excuset? Quod quidam *partes* legunt, Iperno. Nec enim militiæ aut castrorum, sed Curia hoc verbum. Vide etiam an non aptius, *militari verbo ex consuetudine utar.* Ex, inquam, pro *et*, copulâ. Quæ enim hic consuetudo proprie? quinimo hoc dictum voluit, *Ut* se verbo militari; idque ex consuetudine, & quia diu miles. *Lipsius.*

2. *Dimitteret.*] Liplius arbitrabatur, militare illud verbum esse, *partes*. Ita-

que emendabat: *quam ut omnes partes, &c.* Potius militare id verbum esse censens, *dimitteret.* Virgilius xi. I. ardui operis:

*Luturnamque parat fratris dimittere ab armis.*

Ubi Servius: *Per transtium* (inquit) *historia usus est verbis.* Nam qui ab exercitu relaxantur, ab armis dicuntur dimitti. Sallustius de Appio, ubi eum Coita in conicione ab exercitu cogit abscedere, dicit se ejus opera non usurum, eumque ab armis dimittit. In Velleii vero verbis, ut intelliges, non repones. *Voss. Dimitteret.*] Sensus fuerit: *nihil prius habuit Cæsar, postquam in sua manu victoriam intulisset, quam ut omni inimicitiam, partiumque odium ex animo abjiceret, neque jam Pompejanos, ut hostes suos, neque suos, ut Pompejanos hostes, sed utroque ut civis considerabat, adque civis simul & simul, tanquam dimissus à bello, finem odii noxæque indiceret.* Alluditur ad Cæsaris vocem: *Miles parce civibus.* Ecce, non ut partes adversas nominat Pompejanos, neque se ut diversæ partis considerat, sed *civis civibus* vult parci. *Boetius.*

3. *Erga Brutum.*] Etiam Plutarchus in *Cæsare & Dio sine* 1. Statim in comparationem ingratitudinis, qua postea Brutus violat conservatorem suum, sententiam acuit. Immuerat Cæsar Bruto, cum non compareret: salvumque postea gavissus benigne exceperat. *Boetius.*

1. *Quos*

nus misericordiæ corruptit pertinacia, cum libentius vitam victor jam daret quam victi acciperent. Pompejus profugiens cum duobus Lentulis consularibus Sextoque filio & Favonio prætorio, <sup>1</sup> quos comites ei fortuna aggregaverat, <sup>2</sup> aliis ut Parthos, aliis ut Africam peteret, in qua fidelissimum partium suarum haberet regem Jubam, suadentibus, Ægyptum petere proposuit memor beneficiorum, quæ in patrem ejus Ptolemæi, qui tum puero quam juveni propior regnabat Alexandriæ, contulerat. <sup>3</sup> Sed quis in adversis beneficiorum servat memoriam? aut quis ullam calamitosis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem? Mihi itaque ab rege, qui venientem Cn. Pompejum (is jam à Mytilenis Corneliam uxorem receptam in navem, fugæ comitem habere cœperat) consilio Theodoti & Achillæ exciperent, hortarenturque ut ex oneraria in eam navem, quæ obviam processerat, transcenderet. quod cum fecisset, princeps Romani nomi-

1. *Quos comites.*] Vulgo, quos victores darent comites. *Quos comites.*] Hoc equidem, ut nunc legitur, tam intelligo, quam si natus numquam essem. Quod sitic: *Quos, victore Cæsare, comites ei fortuna aggregaverat:* nihil erit apertius. Audax conjectura: fateor: aliquanto tamen eorum audacior, qui illud, *victores darent delent.* *Manut. Quos victores.*] In aliis libris hæc istæ voces *victores darent*, non reperiuntur: & recte, ut censet Liplius: repetitæ enim sunt è superioribus lineis. Aldus, *Quos victore Cæsare, comites, &c.* *Quos comites.*] Audaces viro docto, qui verba *victores darent*, delens, ille mihi, qui recipit. repetita namque ex præcedente versu, *victor jam daret.* Schegk.

2. *Aliis ut Parthos.*] De Parthis etiam Appianus. Sed refutat eam sententiam Dio principio l. 42. idem qui gravi observatione perplexitatem Pompeii, & ex perplexitate desperationem ar-

guit. Didicerat alias Pompejus in adversis bene sperare, idque tanto viro, tantaque indolec experientia dignum erat. nunc omnem spem abjicit, cum tamen multa ad sperandum & resurgendum superessent. Scilicet antea adversos casus, antequam acciderent, præviderat, & quid factu opus foret, si occidissent, meditatus erat: nunc certa spe victoriæ præcepta, inopinato casu percussus, consilium timore & confectione perdidit. Vide ipsam *Dionis* super ista re *Ἡρακλειδῶν*. *Boetius.*

3. *Sed quis in adversis, &c.*] Pleni sunt auctorum libri talibus sententiis: quippe id argumentum locis *Rhetoricis* opportunum est comprimis. hic *Rhetorum campis.* Cæsar in hoc ipso scelere Ægyptio commemorando l. 3. b. c. *plerumque in calamitate ex amicis inimicis existere* notat. *Boetius.*

4. *Mytilenis.*] Urbs Lesbi, à quo tota hodie insula nomen accipit.



nominis, imperio arbitrioque <sup>1</sup>Ægyptii mancipii, C. Cæsare, P. Servilio Cos. jugulatus est. Hic post tres consulatus & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem, sanctissimi ac præstantissimi <sup>2</sup>viri, in id evecti super quod ascendendi non potest, duodevagesimum annum agentis, pridie natalem ipsius, vitæ fuit exitus: in tantum in illo viro à se <sup>3</sup>discordante fortuna, ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam. Quid aliud quam nimium occupatos dixerim, quos in ætate & tanti & pæne nostri sæculi viri <sup>4</sup>fefellit quinquennium? cum à C. Attilio & Q. Servilio consulibus <sup>5</sup>tam facilis esset annorum digestio. quod adjeci, non ut arguerem, sed ne arguerem.

54 <sup>6</sup> Non fuit tamen major in Cæsarem, quam in Pompejum fuerat, regis eorumque, quorum is auctoritate regebatur, fides. quippe cum venientem eum tentassent insidiis, ac deinde bello laceßere auderent, <sup>7</sup>utrique summo imperatorum, alteri superstiti meritas pœnas luere suppliciiis. Nusquam erat Pompejus corpore, adhuc <sup>8</sup>ubique nomine: quippe ingens partium ejus favor \* bellum excitave-

rat

1. *Ægyptii mancipii.*] Senec. ep. 4. De Pompeii capite Pupillus & spado tulere fontentiam. Item de brev. vit. 14. Pompejus Alexandrina perfidia deceptus, ultimo mancipio transfodiendum se præbuit. Boelcl.

2. *Viri in id evecti.*] In laudibus Pompeii, Jupiter, ut luxuriat ubique Cicero; cui innatum Pompejanarum partium amorem noster scripsit. Post reditum in senatu: Cn. Pompejus omnium genium, omnium seculorum, omnis memoria facile princeps. Ad Quiritis: Cn. Pompejus vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt; virtute, sapientia, ac gloria princeps. Acidal.

3. *Discordante Fortuna.*] Valde signanter & *ἐπιφάνως* istam fortunæ discordantis *ἀντιθεῖς* tractat Dio 42. p. 210. & 211. adde Luca-

num, sine 8. Boeclerus.

4. *Fefellit quinquennium.*] Errorum hunc errarunt Plutarchus & Appianus, ut docuit Sigonius in Fastis. Schegk.

5. *Tam facilis.*] Probum est, tamen editio vetus: *tam felix*: An fuit, *tam non fallax*. Liplius.

6. *Non fuit tamen major.*] *Cæsare sine 3. b. c. & Hirtius bell. Alex. Plutarch. Cæs. Appian. 2. b. civ. Suet. Cæs. 35. Flor. 4. 2, 54. & Liv. epit. 112.* Boecler.

7. *Utique summo.*] Suspicetur aliquis membrum deesse, alteri mortuo: cui recte subjunctum, *alteri superstiti*. Etiam meritis, melius quam meritis. Liplius.

8. *Ubi que nomine.*] Vulgo, *ubique iube nomine*. *Ubi que nomine*. Ego hic quam recte, aliorum esto judicium, pro *Jube*, restituo, *vivens*, vel *vigens*. Ut aliquid tamen aptius excogitari posse,

non

rat Africum. quod ciebat rex Juba & Scipio, vir confularis, <sup>1</sup>ante biennium, quam extingueretur Pompejus, lectus ab eo socer. eorumque copias auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itinerum <sup>2</sup>locorumque inopia, perductis ad eos legionibus: qui vir, cum summum ei <sup>3</sup>à militibus deferretur imperium, <sup>4</sup>honoratori parere maluit. Admonet promissæ brevitatis fides, quanto omnia <sup>55</sup>transcursu dicenda sint. Sequens fortunam suam Cæsar, pervectus in Africam, quam occiso Curione, Julianarum duce partium, Pompejani obtinebant exercitus, ibi primo <sup>6</sup>varia fortunam expugnavit via, inclinatæque hostium

non diffiteat. *Manut. Ubi que nomine.*] Titius legit, *ubique ibat nomine*. Merito rejicit is, qui eum confecit Yvo: atque ipse vult deleri ut supervacuum *Jube* nomen. Fesentior. etsi haud male rescripseris, *ubique vivebat nomine*. Liplius. *Ubi que nomine.*] Yvo Villiomarus, sive Scaliger, recte τὸ *Jube* delendum censuit. Non est tamen, quod nimium emendatione sua gloriatur. Nam & ita jam ante eum à Gryphio, Marneffio, Stephano, aliisque fuit editum. *Vossius.*

\* *Bellum.*] *Hirtius de bell. Afric.* ceterique, quos jam sæpe laudavimus. *Boeclerus.*

1. *Ante biennium*] *Triennium*. Profecto *Triennium* est, si quidem duxit eam in tertio suo Consulatu, Plutarcho notatum. Nec tamen muto. Solennes ejulmodi dissensus. *Liplius.*

2. *Locorumque.*] *Locorum* inopia in victu & potu intelligit. *Locorumque.*] Quod si *aquarumque*. *Locorumque.*] Emendo, *liquorumque inopia*. Ansa erroris fortasse, quod olim *licorumque* fuerit scriptum. Ita enim scribebant; ut, *inicus*, pro *iniquus*; *cum*, pro *quum*; *locus*, pro *loquus*, aliaque id genus. Siccum illud Catonis iter, præter alios, eleganter describit Lucanus lib. 1. x. Pharsalix. *Vossius.*

3. *A militibus.*] Depravatum est à *militibus*, in *ambitus*, vitio scribæ posterioris. *Burrer. A militibus.*] Cum in antiqua editione sit: *Cum summum ei ambitus deferretur imperium, &c.* posset legi: *Cum summum ei ab illis deferretur imperium, &c.* Ursin.

4. *Honoratori parere maluit.*] *Clarius Appianus: recusasse Catonem imperium, quod adessent legati consulares, cum ipse prætorius tantum esset, itaque hic quoque legum habendam rationem, quod apud Plutarch. in Cat. Min. addit. Paulo antea legitur in Nostro: itinerum locorumque inopia: rectissime. ne quis correctionibus indulgendum hic putet. Boecler.*

5. *Varia Fortunam, &c.*] Ferent hoc puræ & Latiares aures? spernunt mex. Lego firmiter: *primo varia fortuna, mox pugnavit sua*. Acute. Initia, inquit, belli ambigua, latus exitus & à fortuna plane Cæsariana. Risit enim semper illi viro, & in bellis utique victus eam habere in mancipio & potestate. Ipse gloriatur apud poetam, quem sensuum & honesti acuminis causa amo-

— quem numina nunquam  
Defluunt, de quo male tunc Fortuna  
meretur

Cum post vota venit.  
Liplius. *Varia Fortunam, &c.*] Ingeniosiss.



stium copiarum. Nec dissimilis ibi adversus victos, quam in priores, clementia Cæsaris fuit. Victorem Africani belli C. Cæsarem gravius excepit <sup>1</sup> Hispaniense (nam <sup>2</sup> victus ab eo Pharnaces vix quidquam gloriæ ejus <sup>3</sup> adstruxit, quod Cn. Pompejus Magni filius, adolescens impetus ad bella maximi, ingens ac terribile conflaverat: undique ad eum adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium, ex toto orbe terrarum auxiliis confluentibus. Sua Cæsarem in Hispaniam comitata fortuna est, sed nullum unquam atrocius periculosiusque ab eo initum proelium, adeo ut plus quam dubio Marte, descenderet equo, consistensque ante recedentem suorum aciem increpita prius fortuna, quod se in eum servasset exitum, denunciaret militibus, <sup>4</sup> vestigio se non recessurum: proinde viderent quem & quo loco imperatorem deserturi forent. verecundia magis quam virtute acies restitutæ sunt, <sup>5</sup> à duce quam à milite fortius. Cn. Pompejus, gravis vulnere inven-

niosissima est emendatio Lipsiæ, an Acidalii: *Ibi primo varia fortuna, mox pugnavit sua.* & si non ita scripsit auctor, scribere debuit. *Grut. Varia Fortunam.*] Emenda, ut superius. *Γοιων* τὸ πῶς alias etiam Cæsari attribuit Vellejus. Imo & Lucanus: ut lib. v.

— Pariter tot regna, tot urbes, Fortunamque suam tacta tellure recepit. *Vossius.* [Lectio tamen vulgaris tolerari potest.]

1. *Hispaniense.*] Vide *Hirtium de bell. Hispan.* ceterosque. neque enim toties repetemus satis nota cuius nomina. *Boelerus.*

2. *Victus ab eo Pharnaces.*] Quia hunc Cæsar adgressus (Florus) uno & non toto proelio obrivis more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscidit; nec vana prædicatio de se Cæsaris, ante victum hostem, quam visum: Ideoque his tribus solummodo verbis, *Veni, vidi, vici*, victoriam suis signifi-

caste, eorumque in triumpho inter pompæ ferula postea prætulisse titulum (non acta belli ostendens sicut cæteris, sed celeriter confecti nota) tradit Dio, Plutarchus, Appianus, alii. Seneca tamen pater Suasor. l. 1. imitatione Tusci hac tria protulisse Cæsarem significat. *Schegk.*

3. *Adstruxit.*] Scribendum cum Lipsio, *adstruxerit.*

4. *Vestigio se non recessurum.*] Scilicet rebus tam dubiis periculorum remedium sunt ipsa pericula, neque temeritas videri debet, necessaria audacia; sive, ut accuratissime omnium Tacitus loquitur, ubi præsidium ab audacia mutatur, quem virtus jam non potest eripere. Qua de re multa multi, quæ non exscribimus. Ad *Scipion. Amirat. dissert. polit. ad Tac. ix.* Boeler.

5. *A duce.*] Aliter, *C. à duce.* *A duce.* [Si divinatio locum habet, emendo, *ceterum à duce.* Manut. *A duce.*] Ita fuit

inventus, inter solitudines avias interemtus est. <sup>1</sup> Labienum Varumque acies abstulit. Cæsar omnium victor, <sup>2</sup> regressus in urbem, quod humanam excedat fidem, <sup>3</sup> omnibus, qui contra se arma tulerant, ignovit, magnificentissimisque gladiatorii muneris, <sup>4</sup> naumachiæ, & equitum peditumque, simul elephantorum certaminis spectaculis, epulique per multos dies dati celebratione, replevit eam. <sup>5</sup> Quinque egit triumphos. Gallici apparatus <sup>6</sup> ex citro,

in Ms. Aldus emendabat, *ceterum à duce.* Quod non displiceret, si in Mss. C. soleret pro *ceterum* poni. Malim ergo: *Sed à duce.* &c. Vossius.

1. *Labienum.*] Cujus fortis ac fideli opera usus Cæsar in Gallis. Cicero ad Tironem: *maximam autem plagam accepit (Cæsar) quod is qui summam auctoritatem in illius exercitus habebat, T. Labienus, focus sceleris esset, noluit, reliquit illum & nobiscum est.* & ad Attic. lib. 7. *Labienum hęcæ judico. facinus jamdiu nullum civile præclarior, qui, ut aliud nihil, hoc tan um perfecit: dedit illi dolorem causam transitionis exprimit ipse Cæsar.* *Schegk.*

2. *Omnibus, &c. ignovit.*] De clementia sua Cæsar ipse gloriatur Epist. ad Ciceronem. *Reste auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate. atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum mentem factum probari abs te, triumpho & gaudeo.* De magnificentia Cæsaris in muneribus etiam mentio apud Sallustium II. Orat. *Schegk.*

3. *Naumachiæ.*] Spectaculum hoc ludicri certaminis, euripis effossis sæpe, & admittit in theatrum aqua. Prodigalitatis hujus etiam alii meminere auctores.

4. *Quinque egit triumphos.*] Loquitur de triumphis ferulis, simulacris, imaginibus aliis diversâ consecratis materia. Sueton. c. 37. *Egit diverso quemque genere & adparatu, ita doctis placitum. Non*

dissentit Dio, qui ebur ad Hispaniensem refert: *Sed Fabio etiam Peditoque* (ait lib. 43.) *legatis suis, quique nihil propriis auspiciis gesserant, triumphandi copiam fecit: qua in re id visum multum excitavit, quod is imaginibus ferulisque nonnullis non eburneis, sed ligneis utebantur.* Hincque jocus apud Quintilianum eadem de re lib. 6. *ut Chrysisippus, cum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata, post dies paucos Fabio Maximiligneæ, thecæ esse oppidorum Cæsaris dixit.* Agit enim de triumphis non Cæsaris, sed ejus legatorum. & notum ebur omnibus triumphis tralaticium fuisse. Vir clarissimus hic pro citro, legendum monet cedro, ut pro lance accipitur; quod aperte pugnat cum verbis Velleii: deinde retum quod torquet, eadem ratione retorqueo. confer inter se ex variis editionibus hæc capita Plinii libri 16. cap. 43. lib. 12. c. 3. lib. 15. cap. 7. & aut vehementer fallor, mecum vulgatum defendens. Citræ menisæ mentio apud Ciceronem in Verrinis. & citri usus jam inde cum cedro in sacro fumo. Plinius lib. 13. *Rasile argentum capio, simulacra, ferulaque ex argenteis laminis politis, levigatis, non cælati. Carullus;*

*Transfer omine cum bono*

*Limen aureolis pedes,*

*Rusilemque subs forem.*

*Schegk.*

5. *Ex citro.*] Torrentius, ad Suetonii Julium, legendum arbitratur, *cedro;*



tro, <sup>1</sup> Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispanienſis argento raſili conſtitit. Pecunia ex manu-

Nam citrum (inquit) vix ſuo tempore novit Plinius: tantum abſt, ut univerſum triumphi Gallici instrumentum citro conſiſterit. Ubi primum mihi monendum arbitror, quod Plinium attinet, apud eum paſſim lib. XI I. cap. xv. & ſequentibus, pro citrum, librarios imperite ſcripſiſſe, cedrum. Quo vitio ubique fere carent Mss. & vetus editio Parmenſis anni c10ccccxxvi. ſolideque adeo id firmat, quod eandem arborem dicat, quæ Græcis *Ἰβύριον* vocatur. Ut ad antiquiora tranſcendam, habemus illud Catonis apud Feſtum, ex oratione, Ne quis iterum Cos. fiat: *Dicere poſſum, quibus velle, atque adis ædificatæ, atque expolita maximo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis Pœnicis ſent.* Nimirum Africa Romano- rum jugum jam induere coeperat. Quid multis? omnem dubitationem eximit Lucanus lib. x. ubi loquitur de convivio Cæſaris, ac Cleopatrz;

*Dentibus hic niveis ſeclos Atlantide Sylva*

*Impoſuere orbes, quales ad Cæſaris ora Nec capto venire Juba. Præcæcus & amens*

*Ambitioneſſeſſor, civilia bella gerenti Divitiis aperire ſuas, incrudementem Hoſpitiis armatis. Non ſit licet ille nefando*

*Marte paratus opes mundi quaſiſſe ruina:*

*Pone duces priſcos, & nomina pauperis avi,*

*Fabricius, Curioſque graves: hic ille recumbat*

*Sordidus Etrufciſ abductus conſul avartus:*

*Optabii patriæ talem duxiſſe triumphum.*

Ait priſcos etiam duces, quos fama ob continentiam adeo laudat, opraturos fuiſſe triumphum agere, qualem Cæ-

ſar, hoc eſt, cujus apparatus ex citro conſtare. Nam de citreis operibus heic Lucanus loqui, certum vel ex illo Martialis, lib. xiv. lemimate, *Menſa citrea.*

*Accipe feliciſ Atlantica munera ſylvæ: Aurea qui dederit dona, minoræ dabit.*

Quæ quidem ad Torrentii opinionem reſellendam ſuffecerint. Ridiculum vero, quod dicat Popma, alios cedri ſubſtituere, quod opera citrea viliora arbitrentur, quæ triumphum Cæſaris adornarent. Itaque in eo torus eſt, ut citri præſtantiam extollat. Nec ſaniora ſane, quæ de hoc Velleii loco promit Dalecampius ad Plinii Nat. Hiſt. lib. XIII. cap. xv. *Voſſius.*

I. *Pontici ex Acantho.*] Cenſebat Æneas Vicus Parmenſis, in Julio Cæſare ſuo, militum chlamydes ex acantho herba contextas fuiſſe. Nam ex ea veſtes confici ſolitas, docent Dioſcorides lib. III. cap. xvii. Virgilius Æneid. I. & ad eum Servius, qui & hæc Varronis verba adducit: *Neambes in India eſſe ait arbores, quæ ſirant lanam. Item Epicadus in Sicilia, quarum floribus cum dempti ſint aculei, ex his implicitiſ mulieres multiplicem conficere veſtem.* Ita ex codice Fuldenſis locus ille legi debet. *Neambes* tamen pro *Necientes* de conjectura repoſui. Ut fuerit illud ex libris ejus *πρόλιον*: quorum meminit Ammonius de Vocum Diſt. Atque idem ſane de acanthinis veſtibus liquet ex Plinio Nat. Hiſt. lib. xxiv. cap. xii. & aliis. Nequeo tamen Vico aſſentiri. Nam Velleio quidem de curru triumphali ſolum, & oppidis in triumpho prælatiſ, ſermonem eſſe arbitror. Sic ſane in triumpho Alexandrino oppida eburnæa intelligenda eſſe, liquet ex Quintiliano, lib. vi. cap. iv. Acanthum igitur

<sup>1</sup> manubiis lata paullo amplius <sup>2</sup> ſexies millies H. S. Neque illi tanto viro, & tam clementer omnibus victoriis ſuis uſo, <sup>3</sup> plus quinque menſium principalis quies contigit. quippe cum menſe Octobri in urbem revertiſſet; <sup>3</sup> idibus Martiis conjurationis auctoribus Bruto & Caſſio, quo-

igitur arborem Ægyptiam, non herbam, in Velleio intelliges. *Voſſius.*

1. *Manubiis.*] Gellius lib. 13. c. 23. quid prædam ad manubiis diſtet declarat, cum prædam eſſe dicit ipſa corpora rerum, quæ capta ſunt: manubiis autem eſſe iplam pecuniam, quæ à quaſtore ex venditione prædæ redacta eſt. Cicero in Orat. de L. Agraria: *quod ad quemque pervenerit ex præda, manubiis, &c.* ubi manifeſte diſtinguit.

2. *Sexies millies H. S.*] Haud muto, & videtur hæc iplâ pecunia eſſe, quæ depoſita poſtea ad Opis, quam *ſepties millies* fuiſſe Cicero non ſemel indicat, & poſtea Vellejus. Juriconſulto celebri an adſentiar *ſexages millies* reponenti? *opido enim tenuis*, inquit, eſt hæc ſumma. Miror. Nam *ſexies millies*, faciunt æſtimatione Budæana (quam haud temere quis mihi carpat) centies quinquagies centena millia aureorum. Et an Paullus Æmilius tantum intulit? an ipſe Pompejus? longe infra. Illud tamen fateor, paullo majorem ſummam in Appiano me reperiſſe: qui tuſiſſe in triumpho Cæſarem dicit: *Μουραδύς ἐξ ἡμῶν πικλάτων: ſexagintaquingie millia talentum.* Ea eſſent quaſi decies ſexies millies H. S. computatione Romanâ: haud dubie ſupra Vellejanum numerum, ſed longe infra immanem illum correctoris. Nam *ſexages millies*, fecerit centum quinquaginta aureorum (cum vulgo loquar) *milliones*. Lipſius. *Sexies millies.*] Viſi hæc quoque ſumma oppido tenuis Clar. Juriconſulto Fr. Horomano. reponit, *ſexages millies*. At depoſuit duarum ad Opis ſepties mil-

lies; & ad Perſei bellum, non bellum. *Schegk.*

3. *Plus quinque menſum.*] Cicero ad Att. lib. x. cap. 7. dixit, ejus Regnum vix ſemestre eſſe poſſe. *Manut.*

4. *Idibus Martiis.*] De *æde Cæſaris* plerique, quos hæc tenus nominare opus fuit. An merito acciderit ei hic exitus, varie diſputatur. & jam olim *occiſus Cæſar aliis poſſimum, aliis pulcherrimum facinus videbatur*, teſte Tacito I. A. 8. 7. ad quem locum vide quaſo, quæ *Vir Illuſtris Chriſtophorus Forſtenus* notavit: ubi præſertim cum *Dione* ac prudentiſſimo quoque Hiſtoricorum, præjudicium divina ultionis *adverſum parricidas* urget, magniſque exemplis confirmat. Res tota illic videtur redire: *paſſionem*, ſecundum tritum vulgi verbum, *juſtam; actionem injuſtiſſimam* cenſeri debere. Immiſera ei hanc cladem haud dubie *Divina Juſtitia*, tum alia facinora, tum Pompejanarum partium funera reique publicæ perturbationem, & civilem ſanguinem ultura: ſed interfectores ipſi ſcelentiſſimo conſilio auſuque faciunt ſuſcepere. cum præſentim, nondum invadit dominationem, ſed poſtquam jam pacto & juramento civium juſ quoſdam nactus erat, interfece- rit Cæſarem. Nam quod *Brutus* apud Appianum jaçitat *ἔδωκεν τῶν Ῥωμαίων αἰὲς τοὺς ἄλλους, ἑλπίσας*, merito reſutat *Hugo Grotius de jur. b. & p. 2, 13, 15.* confer I. 4, 19. & 3, 19, 2. Egregia eſt diſſertatio *Dionis principio lib. 44.* Certe inter inſignes *ſulætiſimos politiciſ* retulerim illam *Cæſarionis* intemperantiam, qua toties cædem & percussores Julii extollit & im-



<sup>1</sup> quorum alterum promittendo consulatum non obligaverat, contra differendo Cassium offenderat; adjectis etiam <sup>2</sup> consiliariis cædis familiarissimis omnium, & fortuna partium ejus in summum evectis fastigium, D. Bruto & C. Trebonio aliisque clari nominis viris, interemptus est. cui magnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, consulatus collega, <sup>3</sup> imponendo capiti ejus <sup>4</sup> Lupercalibus sedentis pro Rostris

infi-

modice prædicat: cum tamen ex illa de tyrannicidio quaestione, cujus sæpe in epistolis mentionem facit, nunquam se plane pleneque extricare queat. Boeclerus.

1. Quorum alterum promittendo. ] Vi de Plut. in Cæs. subtili sententia quaestioforum *Urbis Cæsar* notat *Vellejus*, qui eum habere quam exspectare maluit honores, nec promittendo mitigantur, & differendo offenduntur. Quæquam animo invidiæ facibus jam succenso, omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est. Vide de his & ceteris popularibus sceleris Dion. 44. p. Boecler.

2. Consiliariis. ] Tentabam, consiliis aliis cadit. Lips. Consiliariis. ] *Eusebius* quidem qui retingunt, consiliis aliis cædis famil. sed cur ea huic loco minus conveniat, facit quod statim sequatur, alique clari nominis viris. Consiliarios heic vocat, consilii ejusdem participes; qua significatione & usus Cicero. Gruter.

3. Imponendo capiti ejus. ] Vere audax & indignum facinus, præter mille alios, elegantissime Cicero 2. Philipp narrat, & exagitat acerrime cum hactum insequentibus ferme omnibus. *Acidalius*.

4. Lupercalibus. ] Lupercalia placuit Varroni inde arcessere nomen, quod Luperci sacra facerent in Lupercal. Est enim Lupercal, *iste Servio*, spelunca sub monte Palatino, in qua capro læbatur, id est, sacrificabatur. De ori-

gine tamen Lupercalium, varia traduntur ab auctoribus. Sunt namque qui ab Euandro ex Arcadia in Italiam translata affirmant, Dionysius, Livius, Plutarchus, & multi alii. Nonnulli instituta & celebrata primum à Romulo & Remo tradunt propter factam sibi ab avo Numitore urbis in monte Palatino condendæ potestatem, quam causam explicat Valerius Maximus, lib. 2. his verbis: *Lupercalium mos à Romulo & Remo est inchoatus, cum lætitia exultantes, quod his Numitor avus Rex Albanorum eo loco, ubi educati erant, urbem condere permisisset sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Argivus consecraverat sacrificio facto, castisque capris, epularum hilaritate ac vino largiore prorepti, divisa pastorali turba, cincti pellibus immolatarum hostiarum, jocantes: cujus hilaritatis memoria annua circuitu Feriarum repetitur.* Plutarchus quoque alias scribit, lustrationis causa inquit ura videri posse, eo quod fiant diebus fastis mensis Februarii, qui nomen ab expiationibus habet. Ovidius in *Fastis* eo refert, quod Romani beneficii memores præstiti à lupa, in educandis infantibus, Romulo & Remo, templum illi extruxerint ad ficum *Ruminalem*, quod est appellatum *Lupercal*. Sic enim ait:

*Illo loco nomen fecit, locus ipse Lupercal,  
Magna dati nutrix præmia lactis habet.*

Templi

insigne regium, <sup>1</sup> quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur. Laudandum experientia consilium est 57  
Pansæ atque Hirtii: qui semper prædixerant Cæsari, <sup>2</sup> ut principatum armis quæsitum armis teneret. ille dictitans, mori se quam timeri malle, dum clementiam quam præ-

Templi hujus sacerdotes, *autlore Varone*, dicebantur *Luperci*, qui nudi rem divinam agebant, perque vicus urbis, & compita discursantes pellibus, & scuticas dissectis obvias quasque foeminas verberabant, ita eas foecundas fieri existimantes. Unde & *Crepos* appellat *Festus*, à crepitu pellicularum. Sed enim aliqui rursus (no id negligam) dicta voluerunt *Lupercalia* à lupis arceendis, quod celebrato sacrificio tali in Panis honorem, qui est dictus *Lycæus*, lupi arcerentur à pecoribus & stabulis. Scribunt enim *Plutarchus* & *Livius*, cum *Euander* solemnè hoc sacrificium intulisset in Italiam ex Arcadia, benigne illi *Faunum* montem & agros assignasse, inque illius radicibus constitutum *Lycæo* templum, ubi nudum conspiciebatur Dei simulacrum, pelle amictum caprina, quo habitu currebant Romæ in *Lupercalibus*. Proprium erat ejus celebritatis, ut *Luperci* immolarent canem, vel expiationis gratia, quod Græci canes adhiberent ad expiandum, vel in gratiam *Lupæ*, quæ *Romulum* ac *Remum* creditur enutrisse, vel denique quod sacrificium fieret *Pani*, cui propter greges amicus est canis. Sciendum insuper agitata fuisse *Lupercalia* 15. Calend. Martii, (*Lycæa* nominant Græci) eorumque diem veteres februatam dixisse. Nec tantum *Luperci* ea celebrabant, verum & alii quandoque viri, virisque permixtæ mulieres. Quapropter scribit *Plutarchus Antonium nudum in Lupercalibus fuisse vestitum per urbem*. Diu durasse Romæ hanc superstitionem constat, quam abolitam, tandem restituit *Au-*

gustus, suscepto Pontificatu maximo, ut scribit *Suetonius*, vetuitque currere imberbes. Ferias etiam has fuisse stativas, ut *Agonalia* & *Carmentalia*, annotat *Macrobius Fugger*.

1. Quod ab eo. ] Ita recte emendavit *Rhenanus*. vulgo, quod ab eo id repulsum erat, ut non offensum videretur. Forsan offensum referendum ad insigne regium, ut sensus sit, ita repulsum insigne, ut tamen non offensum, non turbatum capite videretur.

Quod ab eo ita repulsum. ] *Suet. Cæs. 79. Dio 44. p. 278. Plut. in Cæs. & Anton. Vanitas insignis Antonii: quam merito exagitat Cicero in Philippicis & apud Dion. 45. in oratione adversus Anion. Boecler.*

2. Ut principatum armis quæsitum. ] *Henricus Savilis*, cujus eruditissimum de militia Romana librum ex *Anglico* Latino fecit *G. M. Lingelsheimus*, Prætorianorum custodiam non nisi foris in bello usurpatam Romanis ait: donec *Sulla* & *Cæsar* usque ad dominatum, domi quoque tanquam inter hostes retinuerunt consuetam custodiam. Sed *Sulla* resignato simul dominatu & præsidio (*Appian. 1. & 2. & 4. Sallust. & alii*) quamobrem à *Cæsare* notatus, nescire litteras, potest videri secutus saniores *Grammaticam*, quam ipse *Cæsar*, qui dimisso præsidio, nec simul dominatu, commisit periculosum & insignem sollicitissimum in politica administratione, & viam ad suam perniciem patefecit. Lubens adscripti verba elegantissimi libelli; è quo & *Clapmarus* quædam mutuatur *Arcan. 3, 14.* ubi plura super hoc argumentum. *Boecler.*

I. Plu-



præstiterat, expectat incautus ab ingratis occupatus est. cum quidem <sup>1</sup> plurima præfagia atque indicia Dii immorta-

1. *Plurima præfagia.*] Manilius 4. *Ille etiam calo genitus caloque receptus, Cum bene compositis victor civilibus armis*

*Jura togæ regeret, toties prædicta capere*

*Vulnera non potuit, toto spectante senatu*

*Indicium dextra retinens, nomenque crone*

*Delevit proprio, possent ut vincere fata.* Schlegel. *Plurima præfagia*] Suetonius: Conspiratum est in eum à T. amplius, C. Cassio, Marcoque & Decimo Bruto principibus conspirationis. Qui primum cunctati, utrumne illum in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem partibus divisus è ponte deicerent, atque exceptum trucidarent: an in Sacra via vel in aditu theatri adirentur: postquam senatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edictus est, facile tempus & locum prætulere. Sed Cæsari futura cædes evidentibus prodigijs denunciata est. Paucos ante menses cum in colonia Capua deduci lege Julia coloni, ad extruendas villas, & pulcra vetustissima disjicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui seruitantes reperiebant: tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuæ, sepultus inventa est, conscripta litteris verbisque Græcis, hac sententia: *Quandoque ossa Capyia detecta essent, fore ut Latio prognatus, manu consanguinorum necaretur, magnisque mox Italiae cladibus vindicaretur.* Cujus rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos & sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pa-

bulo abstinere, ubertimque flere. Et immolantem haruspex Spurinna monuit, caveret periculum quod non ultra Martias Idus proferretur. Prædæ autem easdem Idus, avem regalium, cum laureo ramulo Pompejanæ curiæ se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecuta, ibi dem discerperunt. Ea vero nocte cui inluxit dies cædis, & ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram jungere. Et Calpurnia uxor imaginata est, collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubi- culi fores sponte patuerunt. Ob hæc simul & ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, & quæ apud senatum proposuerat, agere differret: tandem D. Bruto adhoritante, ne frequentes ac jam dudum opperientes destitueret, quinta fere hora progressus est: libellumque infidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis ceteris quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commisit. Dein pluribus hostiis casus, cum litare non posset, introiit curiam, spreta religione: Spurinnamque irridens, & ut falsum arguens, quod sine ulla noxa Idus Martiæ adessent: quamquam is *venisse quidem eas diceret, sed non præterisset.* Assidentem conspirati, specie officii circumsteterunt, illicoque Cimber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliqui rogaturus, propius accessit: tenuentique, & gestu in aliud tempus differenti, ab utroque humero togam apprehendit: deinde clamantem, *Ista quidem vis est*, alter Cassius adversum vulnerat, paulum infra jugulum. Cæsar Cassi brachium arripit gladio trajecit: conatusque prostrare, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit undique se strictis pugio-

mortales futuri obtulissent periculi. nam & haruspices præmonuerant, ut diligentissime iduum Martiarum caveret diem; & uxor Calpurnia territa nocturno visu, ut ea die domi subsisteret, orabat: & libelli conjurationem nunciantes dati, ab eo neque protinus lecti erant. Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, <sup>1</sup> cujuscumque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. Quo anno <sup>58</sup> id patravere facinus Brutus & C. Cassius, prætores erant; D. Brutus consul designatus. Hi una cum conjurationis globo, stipati gladiatorum D. Bruti manu, Capitolium occupavere, cum consul Antonius (quem cum simul interimendum censuisset Cassius, testamentumque Cæsaris abolendum, Brutus repugnauerat; dictitans, nihil amplius

pugionibus peti, toga caput obvolvitur: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Et si tradiderant quidam, M. Bruto irruenti dixisse, *Και σὺ εἰ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον,* Exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu jacuit, donec læticæ impostum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, lethale ullum reperitum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus conjuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii consulis, & magistri equitum Lepidi, destiterunt. *Plurima præfagia, & c.*] Vide superius citatos versus Manilii. In quibus versibus pro nomineque, perperam Scaliger reponit *omneque*. Sensus enim est, Cæsarem sanguine suo delesse tabellas sibi traditas, quæ conjurationem, & conjuratorum nomina indicabant. De qua re

vide Suetonium, Dionem, & alios. *Veßius.*

1. *Cujuscumque fortunam mutare.*] Reperit inferius: *Quippe ita se res habet, ut plerumque qui fortunam mutaturus est, consilia corrumpat, officiatque quod mirrimum est, ut quod accidit, etiam merito accidisse videatur, & casus in culpam transiat.* plura ad hanc mentem Lipsius in arduo illo opere Constantiæ. Schlegelii. *Cujuscumque fortunam, & c.*] Ita recte Lipsius: *legebatur enim, cuius quemf. m. Plut. in Cæs. ἀδελφῶν ἐξ ἑαυτοῦ ἀπεσπάρχησεν, ὡς ἀφύλακτον εἶναι τὸ πᾶσι κοινόν.* Non tam impravisionem, quam inevitabile videtur fatum esse. Appianus: *ἡλικὸν γὰρ ἀεὶ ἐξελθὺς Καίσαρος θνήσκων.* Talia passim obvia, vide Cl. Freinsheim. ad (urt. 5. 11, 10. & Lips. 1. polit. 4. Vellem tamen Lipsium (quippe qui ad usum pietatis & vitæ eam doctrinam tradere instituit) cautius adhibuisse quædam gentilium loca; quæ nimirum studiose à Stoicæ necessitatis hypothesi repurganda, & ad Christianam philosophiam diligentius exigenda sunt. *Boecklianus.*



amplius civibus <sup>1</sup> præter tyranni, ita enim appellari Cæsarem factò ejus expediebat, petendum esse sanguinem) convocato senatu, cum jam Dolabella, quem substitutus sibi Cæsar designaverat consulem, fasces atque insignia corripuisset consularia, velut pacis auctor, <sup>2</sup> liberos suos obsides in Capitolium misit, fidemque descendendi tuto interfecto Cæsaris dedit: & illud <sup>3</sup> decreti Atheniensium celeberrimi exemplum, relatum à Cicerone, oblivionis præteritarum rerum, decreto patrum comprobatum est. Cæsaris deinde <sup>4</sup> testamentum apertum est, quo

1. Præter tyranni.] Plutarch. in Anton. *ἐπιπύσει τὸν Βρυτάνον, ἀξίων τῶν ἰσχυρῶν νόμων καὶ τῆς δικτατορίας τοῦ Λεωνίου Περσέων, ἐλευθέρων καὶ καθαρῶν ἀδικίας ἐπιπέσει.* Prohibuit autem Brutus (sc. interfici Antonium) cupiens actionem pro legibus & jure susceptam, sinceram & ab iniquitate puram esse. Hic color nimicrum factò quærebatur. Boecler.

2. Liberos suos obsides.] Cicero Philipp. 1. Pax denique per eum (Antonium) & liberos ejus cuius præstantissimis civibus confirmata est. Intelligitur unus Antonii filius. nam idem subjungit: *Recipubli. tuus parvulus filius in Capitolium à te missus pacis obses fuit.* & idem Philipp. 11. *Pacem haberemus, quæ erat facta, per obsidem puerum nobilem, Bombalium filium.* At Livius & Dio Antonii & Lepidi volunt. Schegk.

3. Decreti Atheniensium.] Justinus lib. 5. memorat: Ipsum decretum *μὴ πυνθίσκειν*. de quo certatim historici. Quoddam Vellejum: de tota re ipse Cicero præclarissime initio Oration. Philipp. primæ: *Nec vero usquam discedebam, nec à Repub. dejiciebam oculos ex eo die, quo in adem Telluris convocati sumus, in quo templo quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis: Atheniensium que renovavit vetus exemplum. Græcum etiam verbum (τὸ ἀμνηστίας) usurpari,*

quo tum in sedandis discordiis erat usa civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. Acidal. Decreti Atheniensium.] Intelligitur *Ἀμνηστίας ψήφισις, decretum sive Lex oblivionis.* Cujus inventores Athenienses celebrantur. Nobilis est præsertim Ciceronis de *Amnestia oratio*, cujus hie meminit Noſter, descripta *Dioni lib. 44.* Boecler.

4. Testamentum apertum est.] Adoptio secundum J. C. duobus modis fit; aut principali rescripto, aut imperio magistratus. hic notabis tertium, per Testamentum. Suetonius Tiber. *Testamento adoptatus hereditate adita mox nomine abstulit.* Eutropius; *Vindicaturus patris sui mortem, à quo per testamentum fuerat adoptatus. plura reperies apud J. C. in Observationum libris.* De variis modis, per arma, barbam, comam sive capillum, sacras preces, adoptandi posterioribus principibus placitis, doctissimus Pithœus Adversar. 1. ait: *Nepotem sororis suæ Juliae, vere. Suetonius, Dio, Appianus, Plutarchus Bruto & Antonio; si sequeris Sigonii ac Xylandri correctionem, quamvis vulgata eodem argumento defendi possit, quo noſter & Suetonius Cæsarem avunculum magnum Octavii, avunculum nominare non crubescunt.* Schegk.

I. Nepo-

quo C. Octavium, <sup>1</sup> nepotem sororis suæ Julię adoptabat. de cujus origine, <sup>2</sup> etiam si præventis, & pauca dicenda sunt. <sup>3</sup> Fuit C. Octavius, ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives. Hic prætor inter nobilissimos viros creatus, primo loco, cum ei dignatus Atiam conciliaſset uxorem, ex eo honore fortitus Macedoniam, <sup>4</sup> appellatusque <sup>5</sup> in ea imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit, prætextato relicto filio. quem C. Cæsar,

1. Nepotem sororis suæ.] Filium sororis falso nominat Plutarchus in Antonio. Manutius.

2. Etiam si præventis.] Legerem, etiam si præventis tamen pauca dicenda sunt. Manut. Etiam si præventis.] Falsi suspecta vox, præventis. Nam quid ob hanc rem se excuset? an aliquum omnium origines ante ipsum indiçæ, intaçæ aliis, quas passim hie inferit? aut cur non & ibi excuset idem? Fors legendum, etiam si præparatis, hie pauca dicenda sunt. Festinare se innumeris locis ait, quin & civism, & in transcurso omnia hæc scribere: adeoque opus ipsum appellat transcursum. Acidal. Etiam si præventis.] Omnes viri eruditi hie operam lufere. Scribendum est: etiam si prævenit, & pauca dicenda sunt. Ita erat in autographo. Non cogitare intepretes, Augustum ipsum vitam suam perſcripſit se, ibique de majoribus etiam tractasse. Quod vel sola Suetonii verba initio illius vitæ factis declarant, qui ubi aliorum retulit sententias, subjicit: *Ipsi Augustus nihil amplius, quam equestri familia, ortum se scribit, veteri ac loquente, & in qua primus senator patris suus fuit.* Fragmenta ejus in Variis lectionibus collegit Janus Rutgersius. Nos alii: præterea è Tertulliani libro de Anima eruisse nobis visi. Locus ejus vulgo ita circumfertur: *Reformatorum imperii, & puerulum adhuc, &*

privatum loci, & Julium Octavianum tantum, & sibi ignotum, M. Tullius jam & Augustum. & civilium turbinum sepulchorem, de somnio norant. In Vitellii commentariis conditum (st. Nam quis Vitellii commentarios fando unquam audivit? Ita igitur rescribendum putamus: *de somnio norat; ut in Vita illius commentariis conditum est.* Quæ, ut nobis quidem videtur, non conjectura, sed res ipsa est. Voss.

3. Fuit C. Octavius.] Sueton. Aug. 3. & 4. Dion. 45.

4. Appellatusque in ea Imperator.] Legendum: *Appellatusque ex ea Imperator, &c.* Nam de hoc ipso Octavio extat verus inscriptio, in qua est: IMP. APPELLATUS EX PROVINCIA MACEDONIA. Ursinus.

5. In ea. Rhem. in eam imperator. antique Salustius Catilin. quod L. Sulla exercitum, quem in Asiam (ita in veteribus legi & monuerunt quidam, & ipse deprehendi) duxerat. Fragmenta legis Agrariæ: QUEI. AGER. PUBLICUS. POPULI. ROMANEI. IN. TERRAM. ITALIAM. P. MUUCIO. L. CALPURNIO. (OS.

Et Thoriz:

QUEI. FORUM. IN. AMICITIAM. POPULI. ROMANI. BELLO. PUNICO. PROXIMO. MANSERUNT. Schegk.

I. Hispan-



far, major ejus avunculus, educatum apud Philippum vi-  
tricum dilexit ut suum, natumque annos x i i x , <sup>1</sup> Hispa-  
niensis militiæ assecutum se postea comitem habuit,  
numquam aut alio usum hospirio quam suo, aut alio ve-  
ctum vehiculo: pontificatusque sacerdotio puerum ho-  
noravit. Et <sup>2</sup> pacatis bellis civilibus, ad erudiendum li-  
beralibus disciplinis <sup>3</sup> singularis indolem juvenis, <sup>4</sup> A pol-  
loniam eum <sup>5</sup> in studia miserat, mox belli Getici ac de-

1. *Hispaniensis militiæ.*] Scribo, *Hispaniensis militiæ*. Suetonius cap. vi i i i . Aug. Profectum mox avunculum in Hispaniam adversus Pompeii liberos, per insistas hostibus vias subssecutus, magno opere demeruit. Lips. Hispaniensis militiæ.] Lipsius malebat: Hispaniensis militiæ. Alibi nihil mirandum videtur, sed nec Hellenismus hic existimari debet, cum haud dubie comes Hispan. mil. clare & simpliciter dicatur. Suet. Aug. 8. Doecler.

2. *Pacatis.*] Vulgo, *paratis*. *Pacatis.*] Aldus, *paratis*, alii *paratis*. Ego nihil mutandum censeo. Nam bella civilia pacata potius, quam parata, aut parata erant. Quod verius dici potuisset, nisi aut Pompeius liberos, aut Caesar heredem reliquisset; ut utar verbis Flori lib. iv. cap. i i i . *Postius*.

3. *Singularis indolem juvenis.*] Quid si logamus, singularis indolis juvenem?

4. *Apolloniam.*] Rei militaris & litterarum causa. Appian. Sita in Macedonia ad Mare Ionium, optimis olim institutis & disciplinis. Strabo. Schegk.

5. *In studia miserat.*] Id agente tum fato, ut qui Monarchiam Romanam conditurus esset, omnibus ad tanti fastigii gubernationem artibus instructus accederet, satis nimirum intelligebat Cæsar, indolem solam, utur singulariorem, non sufficere ad absolvendum singulare virum: nisi accedant liberales disciplinae, id est, solida rerum gerendarum instrumenta. Operæ pre-

tium est autem inspicere Dionis verba, qui lib. 45. p. 307. emphatice describit studia, quibus Augusti ingenium ad summam fortunæ cultum excitatum eruditumque est. Primo universim memorat, Julium studuisse, ut Octavianus ad gerendam temp. evulveretur, & in omnibus iis recte institueretur, quibus indigeo, qui tanto imperio digni funditurus est, ο καλοστε εν μεροια επ αυτω ελπιστας, ες τε τες διπαιδεως αυτων εσηρασι, κη επι τω δεχλω ηκαη, κη παυθ' οσα παροσηκα τω μελλονη διοκοικησεν, τω αρχη, ακρωτος εξεπαιδουσε. Postea sigillatim quaedam nominat: Λογισι τε γδ ηθερακοις ηχ' οπι τη Δαλιων, αλλα κη τηδω τη γλωτη ηκαειρ. κη εν ταις πρατειαις ερωμωριως εξεπαιειρ, ται τε πολιτικη κη τε δεχηκη ιχυρως εδιδουκερ: Exercebat etiam in studio eloquentiæ, non modo ad Latinæ, sed & ad Græcæ linguae promtiudincm. Laboribus militiæ strenue insuebat: demique quidquid ad temp. gerendam imperiæque & magistratus administrandos pertinet, egregie discisibat. An habemus totam & exempli loco commendandam ejus informationis descriptionem, qua summis publicisque rebus nata ingenia preparari debent? In disciplinis τε πολιτικη κη δεχηκη, uno verbo studium Politicæ; quod cum latissime pateat, imperandi præsertim artes hic complectitur: in Linguis, elo-

inde Parthici habiturus commilitonem. Cui ut est nunciatum <sup>1</sup> de cæde avunculi, cum protinus ex vicinis legionibus centuriones suam suorumque militum operam ei pollicerentur, neque eam spernendam <sup>2</sup> Salvidienus & Agrippa dicerent; ille festinans pervenire in urbem, <sup>3</sup> omnem ordinationem & necis & testamenti Brundisii comperit. Cui adventanti Romam, immanis amicorum occurrit frequentia: & cum intraret urbem, <sup>4</sup> solis orbis super caput ejus, curvatus æqualiter rotundatusque, in colo-

quentiam Græcam Latinamque: in Exercitationibus, opus militia: in apparatu subsidisque, quidquid juvare prudentiam, aut dignitatem ornare, vel commendare elegantiam principalis fastigii potest. Modum præterea rationemque institutionis, non ad scholam aut umbram, sed ad lucem & vitam tendentis præclare indicant illa: τὸ ακρωτος, τὸ ερωμωριως, τὸ ιχυρως. quibus & solide, & strenue & efficaciter geri in hoc negotio omnia debere, ostenditur. Vide quæ Lipsius disseruit ad lib. i. Polit. suorum, c. 10. Tetigimus etiam id argumentum in comment. Nepot. p. 43. Boeclerus.

1. *De cæde avunculi.*] Monui, frequenter cognationum gradus confundere scriptores: ut, Confobrinum cum Sobrino, hic, avunculum cum avunculo magno. itaque Suet. c. 8. Profectum mox avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeii liberos. & c. 10. Nihil convenientius ducens quam necem avunculi vindicare. Epitoma Livii: ut sibi adversum avunculi percussores adisset. Schegk.

2. *Salvidienus.*] Ita Rhen. Gryph. & Sueton. Aug. Livii epitom. Quod Schegkio placet, præ illo Salvidienus, quod est in Aldi editione. Salvidienus. ] Placuit hæc vocabuli scriptio, quia & antiqui ita nominant præ illo Manutii, Salvidienus. ] Credo istum esse cui gregem pascenti flamma e capite emicuit, & quem consilatu honesta-

vit Augustus, Suetonius c. 66. Dio lib. 48. Schegk. Salvidienus. ] Ita legendum, non Salvidenus, ut ediderat Aldus. Vide Suetonium in Augusto & Dionem lib. xlviii. Epitomen Livii, lib. cxxxiii. Ubi perperam Carolus Sigonius | Salvidienum substituit, vitiosos Suetonii codices secutus. Apud Appianum tamen i i i . de bellis Civilibus legitur etiam Σαλβιδιων. Sed mendole. Nam à Salvidius est Salvidienus, ut à Nasidius Nasfidienus, à Galilius Gallienus, & similia. *Postius*.

3. *Omnem ordinationem.*] Alii ordinantem. Wecheliana editio ordinem. Omnem ordinationem. ] Alii, ordinem. Sed non video, cur vetus lectio mutari debeat. *Postius*.

4. *Solis orbis.* & c. ] [Radiatum autem caput divinitatis signum. ] Elegans locus de capite radiato sive radio, qui proprius Deorum. Pacatus: Si alius se veri credidit majores, Castros geminis albensibus equis, & stellatis apicibus insignes, pulverem curoremque Thessaliciæ equis albuentes. Suetonius August. c. 94. Sequenti nocte statim videre visus est, filium mortali specie, (hic nota leorsim ire in prælagio à Vellejo) ampliorem, cum fulmine & sceptro exuviiisque Jovis ops max. ac radiata corona super laureatam currum bisseis equis candere eximio tractantibus. Lucanus:

Fulminibus manes, radiisque ornabitur astris.



60 colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est. Non placebat Atiæ matri Philippoque vitrico, adiri nomen invidiosæ fortunæ Cæsaris: sed afferebant salutaria reip. terrarumque orbis fata conditorem conservatoremque Romani nominis. Sprevit itaque cœlestis animus humana consilia; & cum periculo potius summa, quam tuto humilia, proposuit sequi; maluitque avunculo & Cæsari de se, quam vitrico cre-

Et postmodum principum, à Julio Cæsare, cui populus inter alios etiam huic honorem tribuit. Florus: *Circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona: suggestus in curia, fastigium in domo. Augustus vero serio se terapis & effigie numinum per flamines & sacerdotes coli voluit.* Tacito teste. effigie præcipue Jovis. Lipsius ibi. caulam colliges ex adducto Suetonii loco. Exinde mos transfusus ad posteros. Plinius in Paneg. *Horum unum si præstisset alius, illi jam dudum radiatum caput, & media inter Deos sedes auro staret, aut eboe.* Panegy. Maximiano dictus: *Trabeæ vestræ triumphales, & fasces consulares, & silla curules, & hæc obsequiorum stipatio, & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum pulcherrima & augustissima.* Lucanus in Alexandro, Eratimo interprete:

*Romam urbem repetes, & claras Tibridis undas,  
Vertice ferta gerens radiis distincta ferenis.*

Ad formam refero illud magni vatis: *Quadrifido vehitur curru, cui tempora circum*

*Aurati bis sex radii fulgentia cingunt.* Silius Ital. lib. 3.

*Hospitia excipiunt cæli, folioque Quirinus*

*Concedet, mediumque parens fraterque locabunt.*

*Sidere iuxta radiabant tempora nati.* Schegkiius. *Solis orbis, &c.] Sueton.*

*August. 95. Post necem Cæsaris, reverso ab Apollonia & ingredienti eo urbem, repente liquido ac puro sereno, circulus ad speciem cœlestis arcus orbem Solis ambit.* Dio 45. pagina 308. eis γδ πλὴν Π' ἀπλω εἰσοῖ] & ωτῶ, ἰεῖς πῶν τῆ ἡλιον ποδῶν καὶ ποικίλην ὄψεσιν. *Ingrediente eo urbem, iris magna & varia totam solem ambit.* Seneca ita describit quæst. natural. 1, 2. *videamus nunc, quemadmodum fiat is fulgor, qui sidera circumcinct.* Memoria proditum est, quo die divus Augustus urbem ex Apollonia reversus, intravit, circa Solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet: hunc Græci Halo vocant, nos dicere Coronam aptissime possumus. & paulo post, Arcam vocat. Plinius 2, 28. *cernuntur & circa solis orbem eum specie corona & versicoloris circuli: qualiter Augusto Cæsare in prima juvenia urbem intrante post obitum patris ad nomen ingens capessendum.* Adde Obsequent. c. 128. Boecler.

1. *Nomen invidiosæ fortunæ.]* Adit nomen, qui testamentum adoptatus nomen suscipit, quod ferre iustus est. Lucem à Cujacio pete Observeat. 7. Schegkiius.

2. *Et Cæsari.]* Vis peculiaris voculæ & inest. Maluit primo ut avunculo, deinde ut Cæsari, tanto viro & tali, de se credere, quam vitrico, non ea fonte (ut solet non minor saepe vitricorum, quam novercarum esse malitia) in privignum voluntate, neque ea prudentia & judicio. *Acidal.*

1. *Semet-*

credere; dictitans, nefas esse, quo nomine Cæsari dignus esset visus, semetipsum videri indignum. Hunc protinus Antonius consul superbe excipit; (neque is erat contentus, sed metus) vixque admissio in Pompejanos hortos, loquendi secum tempus dedit; mox etiam, velut insidiis ejus petitus, scelestè insimulare cœpit: in quo turpiter deprehensa ejus vanitas est. Aperte deinde Antonii ac Dolabellæ consulum ad nefandam dominationem erupit furor. HS septies millies, depositum à C. Cæsare ad ædem Opis, occupatum ab Antonio, actorum ejusdem, infertis falsis, indubitateque corruptis,

COM-

1. *Semetipsum.]* Legendum videtur: *Sibi me ipsum videri indignum, &c.* nam præcedit: *Quo nomine Cæsari dignus esset visus, &c.* Ursinus.

2. *Vixque admissio.]* Vide historiam illius congressus colloquique apud Appian. 3. ἐμφυλ. Boecler.

3. *Velut insidiis ejus petitus.]* Plutarch. in Anton.

4. *Antoni ac Dolabellæ.]* Quæ duo capita nata esse post homines natos ceterima & spurcissima, Tullius inquit, 11. Philipp. *Acidal.* Antonii ac Dolabellæ.] Nemo ista clarius annotavit Appiano 3. ἐμφυλ. qui & ipse consilium δυνάστεως μαγαρχικῆς Antonio tribuit: tacitamque Dolabellæ, quem Senatus Antonio opposuerat, cum eo collusionem memorat. Ita tum erant tempora: quibus Senatus factionum compressionem mandabat, ii ad factiosos transibant, suæque studentes potentia, nihil pensi moderate habebant. Boeclerius.

5. *HS septies millies, &c. ad ædem Opis.]* Delemus τὸ ἀδὲμ. idque paullo verius, quam Batavia lumen alterum Had. Junius & septies. Nam inductus à Plutarcho, qui in Antonio quatuor modo millia talentum in hac re numerat, vult hic fuisse HS. millies: quod responderet Græcicè illi summæ. Sed

vere inductus. Cicero nonne aliquoties cum Vellejo? ut Philipp. 3. *Ubi est septies millies, quod est in tabulis que sunt ad Opis?* Iterum: *Septies millies falsis proscriptionibus donationibusque averte.* Atque alibi vocat pecuniam maximam: & pecuniam innumerablem. Lipsius. *HS septies millies, &c. ad ædem Opis.]* Rectè se habere hunc numerum Lipsius ex Cic. Philipp. 2. contra H. Junium probat. sed quod idem delect ædem, non video quid caussa habeat, cum præsertim etiam Cicero Phil. 2. ita loquatur. Boeclerius.

6. *Infertis falsis.]* Vulgo, infertis falsis civitatibus. *Infertis falsis.]* Ita ediderat Rhenanus aliique. Lipsius mallet: *commutatisque & corruptis.* Aldius: *infertis falsis, sublatiisque.* Ursinus existimat retinendam veterem lectionem: *infertis falsis civitatibus, corruptisque commentariis.* Mihi ne sic quidem satis perlanatur videtur locus; cuius scilicet manet insolens adhuc, & suspicionem corruptionis præfert structura: De re ipsa Cic. in Philipp. & Appian. 3. ἐμφυλ. p. 529. πολλὰ ἐς πολλῶν πόλεων ἀποστειλῆς, καὶ ἰδωμένων πόλεων, καὶ δυνάστεων, καὶ τοῖς δὲ τοῖς ἐαυτῶν φρονέουσιν, καὶ ἐπεχρασθερῶν ἢ πᾶσι τοῖς αἰτέσθαι τὰ Κεῖσσερ & ὡσαύτως ἄλλοις



commentariis. <sup>1</sup> Atque omnia pretio <sup>2</sup> temperata, <sup>3</sup> vendente remp. consule. <sup>4</sup> Idem provinciam D. Bruto designato consuli decretam, Galliam occupare statuit; Dolabella transmarinas decrevit sibi: <sup>5</sup> interque naturaliter dissimilimos ac diversa volentes crescebat odium. eoque C. Cæsar juvenis quotidianis Antonii petebatur insidiis. Torpebat oppressa dominatione Antonii civitas. indignatio & dolor omnibus, vis ad resistendum nulli aderat, cum C. Cæsar, <sup>6</sup> xix annum ingressus, mira ausus, ac summa

τιῶν ἡ χάρις οἱ λαοῦσις ἦδ' ἔσται Ἀρ-  
ταυρίῳ. Multa in multorum gratiam ad-  
jecit, civitatibus, dynosis, suisque cus-  
todibus gratificans: & præferbantur  
quidem Cæsaris commentarii, quasi præ-  
scripta in vis hæc omnia essent, sed qui  
acceptant, Antonio se debere gratiam,  
facile intellegebant. Boecler.

\* Corruptis.] Video ab aliis edi, in-  
dubitataque corruptis: anne à conjectura  
? Fas & nobis ea uti: commutatisque  
& corruptis. Lipsius.

1. Alique omnia pretio, &c.] Malim,  
itaque: vel si videbitur, adeoque. Nam  
expressum minime placet. De re fre-  
quentissime vehementissimo cum sto-  
macho Tullius in Philipp. quarum se-  
cunda: Cum domi tua turpissimo mer-  
cau omnia essent venalia. Ibid. Cujus  
domus quæstuosissima est falsorum com-  
mentariorum & chirographorum officina:  
agrorum, oppidorum, immunitatum, ve-  
ligalium flagitiosissima nundinæ. Ibid.  
Neque vestigalia solum, sed etiam impe-  
rium pop. Rom. hujus domesticis nundinis  
imminutum est. Ibid. Omnino nemo ul-  
lius vel fuit emptor, cui defuerit hic ven-  
ditor. Item 3. Una in domo omnes, quo-  
rum intererat totum imperium Pop. Rom.  
nundinabantur. Item 5. Sed quorsum  
Ciceronem exscribemus? cuius inte-  
græ potius orationes, quam frustra le-  
gantur. Acidal.

2. Temperata.] Videndum an pro  
temperata legendum sit temperata. Ursin.

3. Vendente Remp. Consule.] Quo  
nomine Cicero eum graviter exagitat in  
Philippicis. Boecler.

4. Idem provinciam.] Vide omnino  
Cic. Philipp. 11.

5. Interque naturaliter dissimilimos.]  
Distinctio exemplarium vitiosa hic  
est. Non enim intelliguntur Antonius  
& Dolabella (quippe qui ex dissidio,  
communione Agrippæ τὸ ἐγγυκλιῶν in  
gratiam redierant, parique voluntate  
dominationem moliebantur, ut antea  
dictum est) sed Antonius & Cæsar  
Octavianus, unde mox cum notatione  
causæ sequitur: eoque C. Cæsar juvenis  
quotidianis Antonii petebatur insidiis.  
Distincti ergo: Dolabella trans-  
marinas decrevit sibi, interque naturaliter  
dissimilimos ac diversa volentes crescebat  
odium: eoque C. Cæsar juvenis quotidia-  
nis Antonii petebatur insidiis. Est autem  
eadem sententia, qua supra de Clodio  
& Cicerone dixit: quid enim inter tam  
dissimiles amicum esse poterat? 2, 45.  
Boecler.

6. XIX. annum.] Alii legunt, XIX.  
male. vide Tacitum lib. 31. 11. Manut.  
XIX. annum.] Bene viri docti observa-  
runt, ambitiose ita loqui Vellejum  
quod jam XIX. annum ætatis propem-  
modum Octavianus confecerat. Pessi-  
ma autem Florus lib. 1v. cap. 1v. In-  
tra decem & octo annos Cæsarem hoc  
tempore fuisse scribit. Verissime ipse  
Augustus in monumento Ancyrano,

ANNOS

ma consecutus, privato consilio, majorem senatu pro rep.  
animum habuit. primumque à <sup>1</sup> Calatia, mox à Casilino  
<sup>2</sup> veteranos excivit paternos. Quorum exemplum secuti  
alii, brevi in formam iusti coiere exercitus. mox cum  
Antonius occurrisset <sup>3</sup> exercitui, quem ex transmarinis  
provinciis Brundisium venire iusserat, <sup>4</sup> legio Martia &  
Quarta, cognita & senatus voluntate & tanti juvenis in-  
dole, sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt. Eum  
senatus, honoratum <sup>5</sup> equestri statua, quæ hodieque in  
Rostris

ANNOS VANDVIGINTI NATVS. Vos-  
sius.

1. Calatia.] Campaniæ oppidum,  
sicut & Cassinum.

2. Veteranos excivit paternos.] Hinc  
evocati dicti, quod milii militia rursus  
ad eam convocantur. Dio, plura sta-  
tim scribo. Schegk. Veteranos excivit  
paternos.] Similiter epitome Livii li-  
bro cxvii. Cæsar Reip. vires contra eum  
paraturus, deductus in colonias veteranos  
excitavit. Ubi malim, excivit, ut in  
Vellejo. Vossius. Veteranos excivit pa-  
ternos.] Quæ hic noster memorat, la-  
tius exposita vide apud Dion. 45. p. 313.  
& 314. Appian. 3. ἐμφύλ. pag. 552.  
Hoc quoque à Prudentibus reprehen-  
sum est in actionibus Augusti apud  
Tacitum t. A. 10, t. cupidine dominandi  
concoctis per largitiones veteranos. Boecl.

3. Exercitui.] Non placet Popma,  
qui è sola conjectura edere non dubi-  
tavit, exercitui. Vulgata lectio omnino  
retinenda est. Non enim Antonius oc-  
currit Cæsari, sed exercitui, quem ex  
Græcia acciverat. Hoc esse verum, li-  
quet ex Ciceronis Philippicis, Appia-  
no, Dione, aliisque. Vossius.

4. Legio Martia & Quarta.] Qua-  
rum mentio apud Ciceronem Epistol.  
libro ad Plancum. De Legionum no-  
minibus non exscribo Dionem, litte-  
ratissimum Stewechium ad Vegetium,  
Goltzium, alios quis hæc cura cura-  
ta. Schegkij. Legio Martia & Quarta.]

Non, Tertia, ut te docebet Cicero in  
Philipp. & Appianus 111. bel. Civil.  
Meminit hujus legionis etiam auctor  
fragmenti perperam Vellejo adscripti;  
item inscriptio apud Gruterum, in qua  
expressum, LEG. MARTIA VICTRIX.  
Inveni etiam in Glossario nostro Ms.  
Legio Martia, quæsi numerus militum  
Marie consecratus. Ubi Marti, legen-  
dum quivis videat. Vossius.

5. Equestri statua.] De hoc equestri  
statuæ honore à Senatu C. Cæsari de-  
cretæ, extat mentio apud alios etiam  
scriptores. At non à Senatu, sed à po-  
pulo Rom. decretum eum honorem  
fuisse, apparet ex argenteo denario, in  
quo adjecta est inscriptio, P O P V L I  
I V S S V; Quamvis in alio etiam simi-  
li denario, S. C. inscriptio posita sit.  
Ut videri possit duas C. Cæsari adole-  
scenti equestres statuas decretas fuisse,  
nam à Senatu, alteram à populo Ro-  
mano. De ea, quam decrevit Senatus  
præter denarium, in quo est, S. C. me-  
minit hoc loco Vellejus, & Cicero  
etiam in epistola ad Brutum xv. & ad  
Q. Fratrem lib. 111. De ea vero, quam  
populus Romanus posuit, argenteus  
item Augusti denarius extat, in quo  
diximus inscripsum esse, P O P V L I  
I V S S V. Ursin. Equestri statua.] Ita  
etiam narrat alii scriptores. Et fate-  
tur Ursinus, extare denarios in quibus  
hæc equestri statua conspicitur, adje-  
cta inscriptione, S. C. Obijcit contra,



Roftris posita ætatem ejus scriptura indicat (qui honor non alii, per CCC annos, quam L. Sullæ & Cn. Pompejo & C. Cæsari contigerat) <sup>1</sup>propratore, una cum <sup>2</sup>consulibus designatis Hirtio & Pansa, bellum cum Antonio gerere jussit. Id ab eo annum agente <sup>3</sup>vicefimum, fortissime circa <sup>4</sup>Mutinam administratum est; & D. Brutus obsidione liberatus; Antonius turpi ac nuda fuga coactus deferre Italiam; <sup>5</sup>consulum autem alter in acie, alter post **62** paucos dies ex vulnere mortem obiit. <sup>6</sup>Omnia ante, quam fuga-

quod in argenteo denario legatur, POPVLI IVSSV. Itaque existimat, duas Octavio adolescenti equestres statuas esse positas, alteram ex S. C. alteram POPVLI IVSSV. Quod non displicet. Sed videtur tamen Ursinus tempora non bene distinxisse. Satis enim constat, honorem equestris statuæ tributum Cæsari propratori, consulibus Hirtio & Pansa. At vero, quod eodem honore populus eum ornaverit, id videtur factum ipso jam triumviro. Hoc liquet ex argenteo numismate apud Occonem, quod equestrem figuram exhibet cum hac scriptura, POPVLI IVSSV. In altera vero parte caput Cæsaris cum literis circum, C. CÆSAR III. VIR. R. P. C. *Vossius*. *Equestri statua*.] De honoris hujus præcellentia tractat *Herm. Hugo milit. equestr. 5. 1. Boecler*.

**1. Propratore.] Demus imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest, sit propratore eo jure quo qui optimo, Tullius Philipp. 5. Manutius hic legit propratorem. Schegk. Propratore.] Ita legendum esse pridem animadvertit *Robertellus* in emendat. 2, 23. sive potius *Sigenius*. De bello hoc Mutinensi vide *Flor. 4, 3.* & quos ibi *Camers* notavit. quibus adde præsertim *Dionem 46. Boecler*.**

**2. Consulibus designatis.]** A Cæsare, recte & ordine capies. *Schegk.*

**3. Vicefimum.]** Parum attente; malim, unde *vicefimum*, argumentum à consulari. *Schegk. Vicefimum.]* Legendum, id ab eo, & c. Quod Ursino, aliique etiam, observatum. Pro, *vicefimum*, autem *Schegk. malebat, unde vicefimum.* Sed retinenda lectio vulgaris, nisi monumentum Ancyræ nunc damnemus, quod paullo ante laudavimus. Nec argumentum à consulari magni est momenti. Scio, advocari posse, quod de Octavio *Plutarchus* in Bruto ait: Ὑπέλειον ἔλαβεν ἑπταπέριον μετρώκιον ἂν. ἀλλ' εἰρηστὶ ἀρῶν ἔσθη, αἷς αὐτὸς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι εἰρηκεν. *Consulatum accepit vix dum adolescens, & vicefimum annum agens, ut ipse in commentariis retulit. Vere hoc dictum, sed paullo ambitiosius, quia uno duntaxat die vigesimo minus erat. Vellejus infra: consulatumque inicit Cæsar pridie quam viginti annos impleverit. Vossius.*

**4. Mutinam.]** Galliæ Cisalpinæ in Flaminia quondam Romanorum colonia.

**5. Consulium autem alter in acie.]** Quis rumor de morte consulum percrebruerit, ex *Tacit. 1. A. 10. 2. Sueton. Aug. 11. Dion. 46. p. 360.* satis constat. *Boel.*

**6. Omnia ante, & c.]** Quæ in hoc capite habentur, vide apud *Dionem lib. 46. Appian. 3. ἐμφυλ. Liv. epit. 119. Boecler.*

fugaretur Antonius, honorifice à senatu in Cæsarem exercitumque ejus decreta sunt, maxime auctore Cicerone: sed, ut recessit metus, erupit voluntas, protinusque Pompejanis partibus rediit animus. Bruto Cassioque provinciæ, quas jam ipsi sine ullo S. C. occupaverant, decretae. laudati <sup>1</sup>quicumque his se exercitus tradidissent. omnia transmarina imperia eorum commissa arbitrio. quippe M. Brutus & C. Cassius, nunc metuentes arma Antonii, nunc ad augendam ejus invidiam, simulantes se metuere, testati edictis, libenter se vel in perpetuo exilio victuros, dum <sup>2</sup>reip. constaret concordia, nec ullam belli civilis præbituros materiam, plurimum sibi honoris esse in conscientia facti sui, profecti urbe atque Italia, intento ac pari animo, sine auctoritate publica, provincias exercitusque occupaverant, & ubicumque ipsi essent, prætexentes esse remp. pecunias etiam, quæ ex transmarinis provinciis Romam ab quæstoribus deportabantur, <sup>3</sup>à volentibus acceperant. quæ omnia senatus decretis comprehensa, comprobata sunt. Et D. Bruto, <sup>4</sup>quod alieno beneficio viveret, decretus trium-

**1. Quicumque his se.]** Non displicet. interdum tamen in mentem venit, scripsisse Vellejum: laudati, quicumque his se exercitus tradidissent. *Manut.*

**2. Reip.]** Vulgo *Respubl. Reip.]* Melius, reip. ut *Gryphio, Marneffio, & aliis* editum. *Vossius.*

**3. A volentibus.]** Forma sermonis non protrita & conculcata. *Nofter* infra, *Vatinoque circa Dyrrachium volentes legiones extorserat.* *Livius libro 21. Grande periculum Lilybæo mariimisque civitatibus esse, & quibusdam volentibus novas res fore.* *Sallustius Jugurth. uti militibus exaquatus cum imperatore labos volentibus esset.* *Tacitus* in historiis, *ita verba adigi volentibus suis.* *Schegk.*

**4. Quod alieno.]** Inepte, quasi illa

caussa aut præscriptio triumphi. *Lege, qui alieno.* *Lipsius. Quod alieno.]* Nisi vigilans somnio, legendum: quom alieno beneficio viveret: *Octavii* nempe, à quo Mutinensi obsidione liberatus fuerat. *Invidiose hoc Vellejus. Acidali. Quod alieno.]* Nescio, cur hoc mutatum cupiant. Utique alieno, id est, Cæsaris Octavii beneficio vixit Brutus, cujus milites nihil aliud quam de muro spectarunt prælium, sicut in expositione hujus historiæ *Dio* notat. Itaque illud, quod, ἐμφυλῶς, nec sine Ironia opportune à Vellejo usurpatur. *Decretus est, inquit Bruto triumphus. ob quas res gestas?* Responderet εἰπὼν aliquis; quod incoluntis erat, non sane sua aut suorum militum civitate, sed alieno beneficio, & Cæsaris Octavii vi-



triumphus. <sup>1</sup> Pansæ atque Hirtii corpora publica sepultura honorata. Cæsaris adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum ejus missi erant, juberentur summoto eo milites alloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat senatus. nam, cum eam injuriam dissimulando Cæsar ferret, negare milites, sine imperatore suo ulla se audituros mandata. Hoc est illud tempus, quo Cicero, infito amore Pompejanarum partium, Cæsarem <sup>2</sup> laudandum & tollendum censebat; cum aliud diceret, aliud <sup>63</sup> intelligi vellet. Interim Antonius, fuga transgressus Alpes, primo per colloquia <sup>3</sup> repulsus à M. Lepido, qui pontifex

*Floria. id nimirum erat, ob quod triumphare deberet. Boecler.*

1. Pansæ atque Hirtii corpora.] Valerius lib. 5. c. 11. M. Cornuto prætoris funus Hirtii & Pansæ jussu senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum verum suorum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt, quia hi pro Rep. dimicantes occiderant; perseverantique postulatione extuderunt, ut exsequiarum paratus sehestio numo ipsis addiceretur. Locum exscripti ex optimo codice, olim à me collato. cuius bonitatis in eodem eximium specimen hoc esto. Lib. 7. cap. 3. vulgatur, Sordida Magorum dominatione oppressa, Divius Rex adiutoribus ejusdem dignitatis assumtis, pactum cum præclari operis consortibus fecit. Ita vulgare visum eruditissimo Pighio; Lipsio displicuit. Musæ quam frustra ambo! nofter: Sordida magorum dominatione Persede oppressa, Divius adiutoribus ejusdem dignitatis assumtis, cum eos occidisset, pactum cum præclari operis consortibus: & que sequuntur. Ex amussim convenienter. At ne patricias obijciant arteis, inspiciant licet, editionem Herbipolensem Martini ann. MDXII. quæ fere accedit. Redeo ad Coss. quos Augusti insidiis præter Sueton. alii obijisse innovent, hinc Tacit. 1. Sive

hostes illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, seu milites Hirtium, & machinator doli Cæsar abstulerat. Schegkiius.

2. Laudandum & tollendum.] Vide Ciceronem, Famil. epist. 20. lib. XI. & ad Attic. ep. 5. lib. xv. Manutius. Laudandum & tollendum.] Id est, laudandum aperte, sed occultè in medio tollendum: laudandum, ut securus & incautus tolli possent. Quali arte apud Tacitum 4. H. 39. 6. Mucianus Antonium primum opprimit. Igitur Mucianus, inquit Historicus, quia propriali opprimi Antonius nequibat: nullis in senatu laudibus cumulatum, secretis promissis onerat, ceteriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluvii Rusti vacuam. simul amicis ejus tribunatus præfekturasque largitur. Dein, postquam inanem animum ipse & cupidine impleverat, viris abolet, &c. His insidiis Manlium Valentem Fabius appetiit. secretis eum criminacionibus infamaverat Fabius ignarus, & quo incautus deciperetur, palam laudatum. 1. H. 64. 7. Ertaise autem Tullium hac in parte alibi diximus. Boecler.

3. Repulsus à M. Lepido.] Minime. sed probo, quod in editione prima est, primo spe colloqui repulsus. Id est, dejectus etiam à spe colloqui: quia Lepidus nec miscere sermones cum eo sub

tifex maximus in C. Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur: mox sæpius in conspectum veniens militum, cum & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat sobrius, <sup>1</sup> per averfa castrorum proruto vallo militibus receptus est: qui <sup>2</sup> titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes eum foret. Sub Antonii ingressum in castra <sup>3</sup> Juventius Laterensis, vir vita ac morte contentaneus, cum acerrime suafisset Lepido, ne se cum Antonio hoste judicato jungeret, irritus consilii, <sup>4</sup> gladio se ipse transfixit. <sup>5</sup> Plancus deinde dubia, id est, sua fide, diu

sub initia volebat. Dio clare lib. XLVII. alique. Lipsius. Repulsus à M. Lepido.] Sic prima editio: adeo ut eis minime auscultandum sit, quibus proditum, in ea legi, primo spe colloqui repulsus. visatur Bureius, visatur Rhenanus; non invenient scripturam hanc secundam. nata est in officina Gryphii. etsi eam non damnem tamen. Gruter. Repulsus à M. Lepido.] Hæc vera & genuina lectio à Rhenano etiam exhibitæ, sicut jam Gruterus notavit. Rem ipsam habes apud Dion. 46. Plutarch. in Anton. Per colloquia autem intelligantur apud Vellejum περὶ καὶ διὰ προμπίου, sive crebri internuncii, quibus Antonius cum Lepido egit, cum Lepidus abnueret diu societatem, teste Appian. 3. ἐσφυλ. p. 589. Ergo cum Dio refert, Lepidum ipsum abnuisse colloquia & congressum, non capiendam sunt colloquia per internuncios, de quibus Vellejus & Appianus. Boecler.

1. Per averfa.] Aut, averfa simpliciter renunciatum, averfa castrorum partem significat, aut addendum, partem, legendumque, per averfam castrorum partem eruto vallo militibus receptus est. Manut. Per averfa.] Hæc lectio nobis valde placet; nam averfa castrorum, Vellejus dixit Græca forma, qua multa alia à Latinis prolata esse constat. Pol-

set etiam legi: Per averfam castrorum portam proruto vallo, &c. nam averfam habet antiqua editio, & verbum portam, potest videri omissum à librario, qui deceptus sit ex similitudine sequentis vocis, proruto. Ursin. Per averfa.] Sermo transmarinus. Livius, per intima Italia vagatus. Florus lib. 2. Hæc inter diversæ terrarum pop. Rom. & l. 1. Ad subita belli. Nonser infra, per avia stinerum. Virgil.

— Opaca locorum.

Cassius Parmensis:

— Et chordis indocta dissona vocis. Plurimum Tacitus & Horatius. Schegk.

2. Titulo imperii cedebat.] Plutarch. καὶ τὸ μὲν ἐργὸν πάντων αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐκείνου δὲ ὀνομαζομένου καὶ περιελάττωτο. διὰ τὴν φιλοπόνησιν. Et Antonius quidem se ipsa omnia in potestate habebat, Lepido tamen nomen & honorem Imperatoris conservare non distulit. Boecler.

3. Juventius.] Vide Dion. l. 46. Appian. 3. b. c. ubi & de Planco ac Pollione. Boecler.

4. Gladio seipse transfixit.] Ob quod Senatus laudationem, statum publicumque funus decrevit. Dio, Cic. epist. ad Planc. Schegk.

5. Plancus deinde.] Est ille, qui discipulus Ciceronis; orator disertus, cuius



diu quarum esset partium secum luctatus, ac sibi difficile consentiens, & nunc adjutor D. Bruti, designati consulis, collegæ sui, senatuique <sup>1</sup> se litteris venditans, mox ejusdem proditor; Asinius autem Pollio, <sup>2</sup> firmus proposito & Julianis partibus fidus, Pompejanis adversus; uterque exercitus tradidit Antonio. <sup>3</sup> D. Brutus, desertus primo à Planco, post etiam insidiis ejusdem petitus, paulatim relinquente eum exercitu, fugiens, in hospitis cujusdam nobilis viri, nomine <sup>4</sup> Cameli, domo, ab iis, quos miserat Antonius, jugulatus est; justissimasque optime de se merito viro C. Cæsari pœnas dedit. cujus cum primus omnium amicorum fuisset, interfector fuit, & fortunæ, ex qua fructum tulerat, invidiam in auctorem relegabat, censebatque æquum, quæ acceperat à Cæsare, reti-

quem epistola libr. 10. Tullii, contra quem Asinius Pollio orationes cum scriberet, ac nollet eas nisi post obitum suum edi, respondisse Plinius in Prologo scribit, cum mortuis non nisi larvæ ludari, præfectus urbi C. Cæsare Dictatore III. Numi apud Goltzium, Consul designatus cum D. Bruto. Arbitrator sponsonis Cleopatram inter & Antonium. Auctor Octavio cognominis Augusti. Ejus filius credo fuit, qui Tacito libr. 7. cum C. Silio consul. Schegkius.

1. *Se litteris venditans.* ] Extant litteræ ejus hac de re in Epistolis Ciceronis ad Plancum VIII. Schegk. *Se licentia venditans.* ] Plena tum omnia *καταψευδος* & *αεσφάστεων* & *παλιλαοριάν*. Coloribus, inquam, prætextibus, sophismatis pleraque agebantur, vide Planci epist. ad S. Pop. pl. 2. R. apud Cic. epist. 10. 8. tum multas ad ipsum Ciceronem in eodem libro. ubi & C. Asinii Pollionis litteræ. Boecler.

2. *Firmus proposito.* ] Si Velleji scripturam divinando sum unquam affectus heic me frustra minime fuisse

arbitror: *firmus proposito.* Merus amor, meræ delicentiæ nostri, iste sermo: quo & paucis supra lineis usus, *irvitus consilii*. Alibi, *modicus virium*, & *immodicus gloria*, aliaque similia. quorum exempla & in aliis scriptoribus plurima, veluti gemmæ insignes, emicant. *Acidalius.*

3. *D. Brutus desertus.* ] Exitum hujus viri scribunt Dio 46. Appian. *εμεφυλ*. extremo. qui illum hospitem Bruti *Camillum* vocat. Liv. epit. 120. ubi *Capenus Sequanus* pro *Camelio* habetur. Boecler.

4. *Camelis.* ] Ita Rhenanus. Schegkius edit *Capeni*. *Cameli.* ] Pro, *Camelii*. P. Camellium Heraclam, item C. Camellium Africanum Fabianum, habes in Inscriptionibus Gruteri. Schegkio tamen hoc inceptum videbatur. Itaque, aliorum conjecturam secutus, edidit, *Capeni*. Credo, quod ita id nominis scribatur in epitome Liviana lib. cxx. Cui tantum abest, ut auscultem, ut ibi potius, *Camelii* scribendum existinem. *Vossius.*

1. *M. Tul-*

retinere: Cæsarem qui illa dederat, petire. Hæc sunt tempora, quibus <sup>1</sup> M. Tullius continuis actionibus æternas Antonii memoriæ inussit notas. sed hic fulgentissimo & cœlesti ore, at <sup>2</sup> tribunus Canutius continua rabie lacerabat Antonium. Utrique vindicta libertatis morte stetit: sed tribuni sanguine commissa proscriptio; Ciceronis, <sup>3</sup> vel satiatio Antonio, pœna finita. Lepidus deinde à senatu hostis judicatus est, ut ante fuerat Antonius. Tum <sup>65</sup> inter

1. *M. Tullius, &c. æternas Antonii memoriæ inussit notas.* ] In eandem sententiam de re eadem ipse Cicero, verbis quoque fere iisdem, Philipp. 13. *Quem ego iniustum verissimis malèdolorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ.* Acidal. *M. Tullius, &c. æternas Antonii memoriæ inussit notas.* ] Quibus *Philippicarum* nomen dedit. Illustre opus, & studiosis gravioris Politicæ diligenter verlandum. Vide inter *suasorias Senecæ Rhetoris* ultimam, in qua, non ad veritatem historix, sed ad declamandi exercitium *Deliberatio* habetur *Ciceronis: an scripta sua comburat, promittente Antonio incolumitatem, si fecisset.* Boecler.

2. *Tribunus Canutius continua rabie.* ] Tribunus pleb. fuit hoc anno, interdum tamen, *Tib. Canutius*, (id ei prænomen fuit) legendum esse cogitavi. Quod quia nihil affert ad sententiam, valde non laboro. *Manutius. Tribunus Canutius continua rabie.* ] Imo honestissimis concionibus, si credimus Ciceroni Philip. 111. Apud Appianum lib. 111. bell. Civ. mendose scribitur, *Καυβύη*. Reponendum, *Καυβήνη*, ut in Dione. Apud Dionem vero libro 21. ubi, in prænomine erratum. Legitur enim ibi, *Καυβήνη* & *Τίβη*. Sed scribe, *ὁ Τίβη*, ut apud ipsum lib. præcedente. Planeque hic idem videtur, qui Suetonio lib. de Clar. Rhet. dicitur *C. Canutius*. Ut istice

quoque prænomen videatur emendandum. *Vossius.*

3. *Vel satiatio Antonio.* ] Apertius atque apertius: *veluti satiatio*. Cremutius Cordus: *Quibus visis* (capite & dextra Ciceronis) *letus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset, istisque non satiatus modo cadendis civibus, sed defectus* (corr. *defessus*) quoque, pro *restis* exponit. Lippius. *Vel satiatio Antonio.* ] Multum, si non sanguinis, at certe vigoris detraxeris orationi, reponend, *veluti satiatio*; quod placuit viris summis, nam innuere vult, renuntiasse demum proscriptioni Antonium Cicerone oppresso: ut pote cujus sanguinem ante ceteros omnes avidè sitierat. at enim *velut*, speciem potius innuit, quam rem ipsam. [*velut*, tamen pro *ut* sumi potest.] *Gruterus. Vel satiatio Antonio.* ] Nihil mutandum, ut bene monuit Gruterus. Cremutius Cordus dicit non *satiatus* modo *cadendis civibus, sed defessus fuisse Antonium*. Ubi perperam Lippius, Scottius, aliique reponunt, *defessus*. *Defessus* enim est *deficiens*. Phædrus lib. 1. fab. 21.

*Defessus annis, & desertus viribus.* Apulejus IV. de Asino: *vix pondere defessus*. Quem locum ad Phædrum etiam adducit Schoppius: sed male utrobique reponit, *defessus*. Similiter loquuntur Valerius Flaccus, Martialis, aliique. Nil itaque certius. *Voss.*

1. *Jarta*



inter eum Cæsaremque & Antonium, commercia epistolarum; & condicionum <sup>1</sup> iacta mentio, <sup>2</sup> cum Antonius & subinde Cæsarem admoneret, quam inimicæ ipsi Pompejanæ partes forent; & in quod jam emerfissent fastigium: & quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur; denunciaretque, se cum Bruto Cassioque, qui jam decem & septem legionum potentes erant, juncturum vires suas, si Cæsar ejus aspernaretur concordiam; diceretque plus Cæsarem patris quam se amici ultioni <sup>3</sup> debere. tum <sup>4</sup> inita potentiae societas, & hortantibus orantibusque exercitibus, inter Antonium etiam & Cæsarem facta affinitas; cum esset privigna Antonii desponsa Cæsari. consulatumque iniiit Cæsar <sup>5</sup> pridie, quam viginti annos impleret, \* x. Kal. Octobres, cum collega

Q. Pe-

1. *Facta.*] Videtur mihi legendum, *facta mentio*. Burerius. *Facta.*] Sallusti. Jugurth. *Inter alia iactis*. Tacitus historici; *Facere fortuitos sermones*. Et, *Se qui discordes iecissent*. Manutius, *facta*, Burr. conjecturam secutus. Schegk.

2. *Cum Antonius subinde Cæsarem admoneret.*] More suo hic Vellejus brevi expositione magnæ amplitudinis historiam complectitur. Ceterum de hac conspiratione Triumvirali, quam potentiae societatem, id est, *ολιγαρχίαν* Vellejus vocat, secutaque proscriptio, diserte Florus 4, 6. & quos Camers adscripsit Auctores. quibus omnino addendus est Dio, qui sine 46. & principio 47. accuratissime describit omnia, & præsertim ipsa consilia Triumvralis coitionis, ut & *Rationem illum status*, quam secuti sunt, qui nihil jam præter suam potentiam curabant cogitantque, *μολία πολιτικῶς* explicat. Boeclerus.

3. *Debere. tum.*] Vulgo legitur *debere*. Mihi referendandum videtur, *debere. tum inita*. vel, *tunc inita*. sed non usquequaque displicet con-

jectaneum Rhenani, *Igitur inita*. Burerius.

4. *Inita potentiae societas.*] Factum autem hoc apud Confluens circa Bononiam, & Mutinam; ut constat ex Appiano, Dione, & aliis. Florus lib. IV. cap. VI. sic ait: *Apud Confluens inter Perusiam, & Bononiam, jungerunt manus*. Sed & hic, & alibi, se plane *ἀγαπητάφρον* ostendit. Nam Confluens, de quibus loquitur, à Perusia facile distant spatio x. milliarium Italicorum, aut ultra. *Vossius*.

5. *Pridie quam viginti annos impleveret.*] Contra leges annarias seu annales distincte Dio. De atate Augusti cum consulatum iniret, fere consentit Sueton. scribens, xx ætatis anno invasisse, quod de anno vicefimo primum capto capiendum parerit hinc. natus Cof. Cicerone 9 Kalend. Octob. Interfectis Hirtio & Panfa suffectus Consul, 10. Kalend. Octobr. 1. quæ si ad calculum revocaveris, numerabis 20. annos uno die minus. ideoque exacte nosser. Dio tamen destruit; qui via excessisse Augustum 14. Kalend. Septemb. qua die quon-

Q. Pedio, post V. C. <sup>1</sup> annis DCCIX, ante LXXII quam tu, M. Vinici, consulatum inires. <sup>2</sup> Vidit hic annus Ventidium, per quam urbem inter captivos <sup>3</sup> Picentium in triumpho ductus erat, in ea <sup>4</sup> consularem prætextam jungentem <sup>5</sup> prætoriam. Idem hic postea triumphavit. 66 Furente deinde Antonio, simulque Lepido, quorum uterque, ut prædiximus, hostes judicati erant, cum ambo mallerent sibi nunciari quid passi essent, quam quid <sup>6</sup> emerfissent, <sup>7</sup> repugnante Cæsare, sed frustra adversus duos, instauratum Sullani exempli malum, proscriptio. Nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut Cæsar aliquem proscribere <sup>8</sup> coactus est, <sup>9</sup> aut ab illo Cicero pro-

scri-

quondam primum consulatum iniret, statuit, videoque sequi Lipsium ad I. Taciti. Schegk.

\* x. Kal. Octobres.] Puto, errare Vellejum. Sextili enim mense Augustus primum consulatum iniiit: ut liquet ex SC. apud Macrobium Saturnalium lib. I. c. XII. & Dione Cassio l. I. v. *Voss.*

1. *Annis DCCIX.*] Lege DCCXI. Manut. *Annis DCCIX.*] *Adi digonium comment. in fact. & triumph. Rom. ad ann. DCCX. & Onuphr. Pânvin. comment. in lib. 2. suæ. ad ann. DCCXI. Boecler.*

2. *Vidit hic annus Ventidium.*] Hunc locum illustrat Valerius l. 6. c. 9. quem consulat historia apud Dionem l. 43. Agellium lib. 15. cap. 4. Plutarch. Antonio, Appianum Bel. Civil. & Parthico. Plin. lib. 7. Schegk. *Vidit hic annus Ventidium.*] Vide Dionem sine 43. & lib. 47. p. 382. *Val. Max.* 6, 9, 6. *Gell.* 15, 4. *Appian. Parth. Plut. Anton. Boeclerus.*

3. *Picentium.*] Picenum Italiæ regio.

4. *Consularem prætextam jungentem prætoriam.*] Cum enim prætor esset, consul factus est. vide Dionem lib. XLVII. & Fastos. Manut.

5. *Prætoriam.*] Lipsius, *Prætoriam. Prætoriam.*] Omnes fere uno agmine, emendandum censent, *prætoriam*. Falluntur.

Est enim *Ἰννοκλῆς*, cum. *Intra: Diu clementia inclatus sua Cæsar.* Item: *Quam professione ejus, qua semper usus erat, congruebat.* Quamquam & illi loci ferrum criticum effugere non potuerint. Sed injuria. *Ἐμειψῶν* etiam aliarum præpositionum Vellejo familiarum esse, a libi ostendimus. *Voss.*

6. *Emerfissent.*] Aliàs, *demerfissent*. Rhenanus.

7. *Repugnante Cæsare.*] Sueton. Aug. 27. *In triumviratu*, inquit, *restitit quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbis exercuit.* De Ciceronis proscriptioe seorsim, *repugnasse collegis per biduum, tertioque demum die concessisse auctor est in Ciceronis vita Plutarchus.* De cetero excusat Augustum Dio 47. p. 377. omnemque crudelitatis triumvralis invidiam in collegas ejus rejicit. utri credimus, Suetonio an Dionem, quorum neuter sine auctoritate & argumentis agit. Boecler.

8. *Coactus est.*] Video te, Vellei, servire temporibus. vnius enim Suetonius, de Octavii crudelitate contra proscriptos. *Manutius. Coactus est.*] Notas Manut. Vellejum servire temporibus. pro Vellejo Dio lib. 47. Schegk.

9. *Ans ab illo.*] Lipsius legit, *ab illo*. I. *For*



scriptus est; abscissaque scelere Antonii <sup>1</sup> vox publica est, cum ejus salutem nemo defendisset, qui per tot annos & publicam civitatis & privatam civium defenderat. <sup>2</sup> Nihil tamen egisti, M. Antoni: (cogit enim excedere propositi formam operis, erumpens animo ac pectore indignatio) nihil, inquam, egisti, mercedem cœlestissimi oris & clarissimi capitis abscissi <sup>3</sup> numerando, <sup>4</sup> auctoramentoque funebri ad conservatoris quondam reipub. tantique Cos. <sup>5</sup> irritando necem. Rapuisti tu M. Ciceroni lucem sollicitam, & ætatem senilem, & vitam <sup>6</sup> miseriorem te principe, quam sub te triumviro mortem: famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo non abstulisti, ut auxeris. Vivit vivetque per omnium sæculorum memoriam. Dumque hoc vel <sup>7</sup> forte vel providentia vel utcumque constitutum rerum naturæ corpus, quod ille pæne solus Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentia illuminavit, manebit incolome: comitem ævi sui laudem Ciceronis trahet; omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur, tum in eum factum exarbitur; citiusque in mundo genus hominum, <sup>8</sup> quam

67 \* cadet. Hujus totius temporis fortunam ne deslere quidem

1. *Vox publica.*] Lingua, qua Cicero vclut publicam vocem edidit.

2. *Nihil tamen egisti.*] Hanc egressionem Vellejanam non immerito, etiam eloquentiæ nomine eximiam prædicavit *Rhenanus*. Ceterum de exitu & elogio Ciceronis auctores plerique jam sapius nominati, quibus adde omnino, & *Suafortis Senecæ ultimas*; ubi tum cetera magnifice, tum hoc verissime dicitur: *in Ciceronis laudes sequendas Cicervone laudatore opus esse.* adde *Plin.* 7, 30. *Pontan. Philocal.* 6, 22. *Boeclerus.*

3. *Numerando.*] *Popilio Lænatii.*

4. *Auctoramentoque.*] Sumitur hoc vocabulum pro obligatione, & pretio

ejus, qui sit obligatus.

5. *Irritando.*] *Lipsius invitando. Irutando.*] Alii, *invitando.* Male. *Q. Haterius apud M. Senecam Salsoria VII. Non feces inquam, & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies.* *Vossius.*

6. *Miseriorem.*] Vulgo, *inferiorem. Miseriorem.*] Si alius legitur, *inferiorem*; verosimile est fuisse in autographo *infeliciorem.* *Gruter.*

7. *Forte vel providentia.*] *Dubitatio hæc gentilis est.*

8. *Quam cadet.*] Vulgo, *cedet. Quam cadet.*] Apparet hic aliquid deesse; forte legendum est, *quam hujus nomen cadet.* *Rhenan. Quam cadet.*] *Mendosum*

dem quisquam fatis digne <sup>1</sup> potuit, adeo nemo exprimere verbis potest. Id tamen notandum est, fuisse <sup>2</sup> in proscriptos uxorum fidem summam, libertorum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam. adeo difficilis est hominibus utcumque conceptæ spei mora. <sup>3</sup> Ne quid ulli sanctum relinqueretur, <sup>4</sup> velut in dotem invitamentumque sceleris, Antonius & L. Cæsarem avunculum, Lepidus Paulum fratrem proscriserant. Nec Planco gratia defuit ad impetrandum, ut frater ejus Plancus Plotius proscribe- retur. Eoque inter jocos militares, qui currum Lepidi Plancique secuti erant, inter execrationem civium usur-

pabant

dosum hoc esse, omnes fatentur. Alia addunt. Pater, nihil addendo, minima fere mutatione, ita legi: *citiusque in mundo genus hominum concidet.* *Manut. Quam cadet.*] *Paullo Manutio placuit: genus hominum concidet.* Nos explemus: *quam ea cadet. Ea,* nempe laus Ciceronis, de qua prædictum. *Vide textum.* Universum autem hic locus expressus ab *Arellio Fusco: Quoad humanum genus incolome manserit, quamdiu usus literis, honor summe eloquentiæ pretium erit, quamdiu rerum naturæ aut fortuna steterit, aut memoria duraverit, admirabile posteris virgibus ingenium, & uno proscriptis sæculo profribes Antonium omnibus.* Ubi *παρρηγος* legi velim: *honor scientiæ, eloquentiæ pretium erit,* elegantius magisque membratim. atque etiam verius, quia non honos tantum eloquentiæ pretium, sed opes & fructus. Scribo item: *rerum naturæ aut forma steterit; non fortuna.* *Lipsius. Quam cadet.*] *Lacumlam alii aliter atque aliter explent. mihi videretur, Tullii cognomen una litera fuisse expressum, ideoque mox intercidisse. belle profecto omnia cohærent, si legatur, citiusque in mundo genus hominum, quam Cicero cadet.* *Gruter.*

1. *Potuit.*] *A best vet. editioni illud*

*potuit: recte. Lipsius. Potuit.*] *Superfluum forte, ut placet viris in hac literatura emicentissimis, vox potuit: sed non ideo etiam temere expunxerim. comparet enim in editionum omnium prima, neque aliter fuisse in authentico, inde colligamus, quod Burrelius tantum subnotet in eo conspici, nec deslere. Si licet & mihi indulgere conjecturæ, malim, nec deslere quidem quiscquam digne potuit, nedum exprimere verbis; omisso illo postremo, potest.* *Gruterus.*

2. *In proscriptos fidem.*] *Copiose Appianus.*

3. *Ne quid ulli.*] *Scribo, ullibi. Lipsius.*

4. *Velut in dotem invitamentumque sceleris.*] *Per mutuas dominationis pactiones nimirum, & Διγλαζας τῶν δουρασιῶν, quas Dio vocat. qui non tantum hanc atrocitatem, sed etiam, quæ Vellejus de fide, uxorum, servorum, &c. tetigerat, exemplis memorabilibus illustrat lib. 47. ut & Appian. 4. ἐπεὶ οὐλ. ubi amplius liberorum in parentes impietas annotatur. Boecler.*

5. *L. Cæsarem avunculum.*] *Dio l. 56. L. Antonium Cæsarem vocat.* Sed gentile Antoniorum nomen videtur irrepissse. Bene fecit interpret, qui omisit *Ἰῶσιος.*



68 pabant hunc versum: <sup>1</sup> *De germanis, non de Gallis, <sup>2</sup> duo triumphant consules.* Suo præteritum loco referatur. neque enim persona umbram actæ rei capit. Dum in acie Pharsalica Africaque de summa rerum Cæsar dimicat, <sup>3</sup> M. Cælius vir eloquio animoque Curioni simillimus, sed in utroque perfectior, nec minus <sup>6</sup> ingeniose nequam, cum

1. *De Germanis.* Captatur acumen ex ambiguo, ut nomen gentis videatur, quod alterius gentis nomini opponitur, cum interrim significentur fratres, in illo versu: *Intelliguntur autem hoc loco adoptivi fratres.* vide Rurgetf. var. lect. 1.9. & not. ad Nepot. in Cimon.

2. *Duo triumphant consules.* Designatos intellige consules. Vide Sigon. comment. in fact. & triumph. R. ad ann. vccx. Boeclerus.

3. *Neque enim persona umbram actæ rei capit.* Umbrosuin hoc sane, quid si & mendosum? Arbitror, & emendem: *umbram ac tenebras capit.* Nihil ille Cælius, inquit, homo genere ingenioque nobilis, qui latere in umbra silentii ac tenebris debeat. Extraham etiam nunc, etsi alieno loco & tarde. Lipsius.

4. *Dum in acie Pharsalica Africaque.* Considera, falsum seditionis Cæliani in dicare voluit: an hoc igitur, cum Cæsar in Pharsaliâ & Africâ dimicat? De Pharsaliâ, verum est: sed de Africâ, certe diu post Cælii motum & mortem illud bellum. Quin præcessit Ægyptium sive Alexandrinum, alterumque cum Pharnace. Denique Cæsar etiam interea in urbe. Omnino falsa hæc signatio: per Vellejanamne incuriam, an scriptoris? Hunc culpari mirus est, & *deus* fortasse emendem: *dum in acie Pharsalica circaque.* Nihil pronius, quam *Africam* ex eo fecisse, si littera finalis adhæsit, ut solet, capiti sequentis. Interpretet autem: Dum

Cæsar in Pharsalia pugnat & circa, nempe ad Dyrhachium viciniisque locis oppositis Pompejo. Pugnas autem & ibi aliquot fuisse, norum. Quod tueri vulgatum aliquis conetur, quasi de Africano bello Curionis in Jubam & Varum sentiat: frustra sit. Nam nec Cæsar ibi dimicavit: nec certe de summa rerum, quod utrumque hic scriptum. Lipsius. *Dum in acie Pharsalica Africaque.* Lipsius reponit: *In acie Pharsalica circaque.* Potest tamen vulgata defendi. Licet enim tum in Africa ductu non militabat Cæsar, tamen auspicio, & per suos. *Atque non de summa rerum,* inquis. Imo vero: de summa rerum *deus* refertur ad Pharsaliam Africanamque, ut fortasse sufficeret, sensum pharsalos præcise ad unum membrum determinari, licet *στὴν τῆς* ad utrumque congruat, qualia exempla non desunt. Sed quid arguturam? Utique etiam tum per suos de summa rerum dimicavit Cæsar in Africa: nisi quis eredit, summam rem ad Cæsarem venire potuisse, partibus Pompejanis tam valide bellum alibi sustentantibus. De seditione M. Cælii sive Cæciliii Rufi ut & Milonis, vide Dion. 42. p. 259 & 220. Liv. epit. III. Cæf. 3. b. c. Boecler.

5. *M. Cælius.* Cæciliium Rufum Livius lib. 111. corrupit. Cæsar lib. 3. Bel. Civil. *lissem* temporibus Romæ M. Cælius Rufus prætor, *caussa* debitorum *suscepta*, initio magistratus tribunal suum, juxta C. Trebonii prætoris urbani sellam collocavit. Schegk.

6. *Ingeniose nequam.* Nam & ita de Curione

<sup>1</sup> cum ne modico quidem servari posset <sup>2</sup> (quippe pejor illi res familiaris quam mens erat) in prætura novarum tabularum auctor exitit: nequiique senatus & <sup>3</sup> auctoritate Coss. deterreri, accito etiam Milone Annio, qui non impetrato reditu Julianis partibus infestus erat, in urbe seditionem, <sup>4</sup> haud magis occulte bellicum tumultum movens, primo summotus à rep. mox consularibus armis auctore senatu circa <sup>5</sup> Thurios oppressus est. <sup>6</sup> Incepto pari similis fortuna Milonis fuit; qui <sup>7</sup> Compfam in Hirpinis oppu-

Curione supra: *Sua alienaque & fortune & pudicitiae prodigis, homo ingeniosissime nequam.* Aoidal.

1. *Cum ne modico quidem.* Vulgo, in modica. Ego quoque, si est indulgendum conjecturæ, legerem: *Cum ne modica quidem re servari posset.* Nulla enim ei res erat, quod ostendunt verba, quæ sequuntur. *Manus.* *Cum ne in modica quidem.* Gryph. & alii, *cum ne à Diis quidem servari posset.* Bene ad sententiam, non ad verba. persuasum mihi ab audaci correctoris manu esse, qui ad illud Plauti Terentiique, *Ipsa si salus, Jupiter, Juno, Ops, servare cupiat, non possit,* respexerit. Schegk. *Cum ne modico quidem.* Ita castigandum. Frigent hic plane aliorum conjecturæ: quas cui bono recensam. *Vossius.*

2. *Quippe pejor illi res familiaris.* Et hoc idem infra de Rufe Egnatio repetit, solemnii sui ipsius imitatione. *Cum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus, nec melior illi res familiaris, quam mens foret.* Aoidal.

3. *Androviae Coss.* Hoc valet, *Consul.* Atqui, ne juvenis erret, *Cos.* sive *Consulis* scribendum est. quia unus Servilius tunc in urbe, cui Cæsar collega, sed absens & in bello. Lipsius.

4. *Haud magis.* Quantum ex vetusto codice conjicere potui, legendum videtur: *In urbe seditionem, magis*

*autem occulte bellicum tumultum movens.* Burr. *Haud magis.* Arguturab: *in agris occulte.* Nam ita res fuit, Romæ seditionem, in agris bellum movebat per Milonem. Cæsar lib. III. *Clam nuncios ad Milonem missis, evocatoque in Italiam: eum in Thurinum ad sollicitandos pastores pramissit.* Lipsius. *Haud magis.* Hæc lectio & distinctio est à vet. exemplari. Alii tamen malunt, *aut magis occulte bellicum tumult.* m. Boeclerus.

5. *Thurios.* Urbs hæc in Salentinis. 6. *Incepto pari.* Minime habuerim pro lectione meliori conjecturam rescribentium, *interfecto pari, similis.* Sic enim petit auctori dogma suum, quod innuat eosdem sortiri eventus, qui similibus auspiciis res minime similes exorsis sunt. de Cælio & Milone sic breviter Epitoma Livii cxi. *uterque cum bellum molivertur, interempti sunt.* Grut. *Incepto pari.* Lego, *in capto pari, & c.* Epitoma Livii, lib. c. x. 1. *Uterque cum bellum molivertur, accisi sunt.* Aoidalius conjecerat, *interfecto pari.* Quod merito refellit Gruterus. *Vossius.*

7. *Compfam in Hirpinis.* Cæsar ad *Compfam* scribit interfectum in agro *Thurino.* Etiam Eulebius, sed à nobis corrigendus: *M. Cælius Prætor, & T. Annius Milo exsul oppressit, res novæ in Tivriano Brixioque agro molientes.* Scribendum: *in Thurino Brucioque.* Lipsius. *Compfam in Hirpinis.* Quid puridius, quam



oppugnans, ictusque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit; vir iniques, & ultra fortem temerarius. Quatenus autem aliquid ex omiffis peto, notetur immodica & intempeftiva libertate ufos<sup>2</sup> aduersus C. Cæfarem, Marullum Epidium, Flaviūque Cæferium trib. pl. dum arguunt in eo regni voluntatem, pœne vim dominationis expertos. In hoc tamen

quam hic cum Cluvero intrudere, *Cassanum in agro Thurino oppugnari?* Nititur tamen se defendere auctoritate Plinii Nat. Hist. lib. 11. cap. 14. Addit præterea maiorem fidem Cæsari habendam, quam Velleio; cuius verba ex 111. de bello civili ita emendat: *Milo, quibusdam soluitis ergastulis, Cassanum in agro Thurino oppugnare cepit. Ubi omnes quidem codices, tam Mss. quam impressi, habent, Cosam. Quorum auctoritate motus, nihil temere mutare ausim. Per Cosam vero intelligimus eandem urbem, quæ Velleio Compsa. Nam hodieque appellatur Cosfa.* Scio quidem, illam esse Hirpinorum proprie, non Thurinorum. Sed tuetur me satis Strabo lib. 14. qui, ubi studiose de his gentibus agit, facetur, eas vix certis terminis posse distinguere. Unde etiam est, quod Compsam Lucaniz attribuat Prolomæus. Nec minus vulgatam Cæsaris scripturam firmant verba Eusebii; qui palam in Thuringis id factum refert. Sicenim ille, in Chronico: *M. Calius prætor, & T. Annius Milo exul, oppressi, res novas in Thurino Bruttique agro molientes.* Multo autem infirmior Cluverii argumentatio petita ex verbis Plinii, qui loco jam ante memorato, Milonem apud castellum *Cassanum* periisse tradidit. Restituebat ille, *Cassanum*. Sed cur non eodem iure mihi reponere liceat, *Cossanum*, aut, *Compsanum*? Denique quo sana esse Velleii verba magis constet, addo, falsum esse, quod scriperat Cluverius, narrationem Cœlii

præcedentem multis esse verbis mutilatam. Non tamen leve corrumpam fuisse negem. *Vossius.*

1. *Ultra fortem temerarius.* Magis audax scilicet, quam pro conditione exsulis, cuius est jacere fere, nec attolli. *Lips.* Legitur etiam *ultra fortem. Ultra fortem temerarius.* Id est, temerarius quam fortior. sic noster infra cap. 83. *& infra servos clients.* & cap. 88. *mollitibus ultra feminam fluens.* denique cap. 118. *ultra barbarum promptus ingenio.* Alii revocant conjectaneum Rhenani, *& ultra fortem temerarius.* sed non video, cur Miloni exilium moderari debuerit temeritatem, homini feroci & alteri, ut dicam, Coriolano. *Gruter.*

2. *Adversus C. Cæsarem.* Julium Cæsarem capies. Quod non monerem, nisi fuissent, qui Augustum intellexisse viderentur. Adi Valerium Maximum lib. 5. cap. 11. Suetonium in Cæsare, & Dionem lib. 44. *Vossius.*

3. *Marullum Epidium, &c.* Sueton. *Cæs. 79. Val. Max. 5, 7, 2. Plut. Cæs. Appian. ἐμφυλ. 2.* sed nemo accuratius Dione 44. p. 277. *Boecler.*

4. *Flaviūque Casitium.* Duo gentiliteria nomina non debent conjungi. Bene ergo in Gryphiana, & aliis quibusdam editionibus, emendatum est, *Flaviumque.* Flavi autem cognomen Cæsario tribuunt Livius, Suetonius, Plutarchus, aliique. Nam in Dione lib. 44. 11. mendose legitur, *Αδελφὸς Κρίστον Φλάκκον.* Scribi debet, *Καίσιον Φλάκκον.* Appia-

us

sæpe laceffiti principis ira excessit, ut censoria potius contentus nota, quam animadversioe dictatoria summo-  
moveret eos à rep. testareturque, esse sibi miserrimum, quod aut natura sua ei excedendum foret, aut minuenda dignitas. Sed ad ordinem revertendum est. Jam & Dolabella in Asia<sup>69</sup> C. Trebonium consularem, cui succedebat, fraude deceptum Smyrnæ occiderat, virum aduersus merita Cæsaris ingrattissimum participemque cædis ejus, à quo ipse in consulare proventus fastigium fuerat: & C. Cassius, acceptis à Statio Murco & Crispo Marcio, prætoris viris<sup>6</sup> imperatoribusque, prævalidis in Syria legionibus, inclusum Dolabellam, qui præoccupata Asia in Syriam pervenerat, Laodicea expugnata interfe-

cerat;

nus hunc ubique Sittium nominat. Errore, ut puto, non librarii, sed ipsius Appiani. *Vossius.*

1. *C. Trebonium.* De Trebonii interitu, ipsiusque quod sequitur Dolabella fato, vide *Dion. 47. p. 392. & 393. Liv. epit. 119. Appian. 4. ἐμφυλ. Boeclerus.*

2. *Cui succedebat.* Succedebat non à senatu, sed à se & scelere suo missus. Nam provincia illi Syria erat, atque in eam ibat. *Lipsius.*

3. *Smyrnæ.* Urbs in Ionia. Hodie quoque mercatura celebris.

4. *Statio Murco.* Alias, à Sexto Murco, Rhenan. Statio Murco. Statio Murcus in argenteo etiam denario I M P. dicitur. De hoc autem Murco videndus liber noster de Familiis. *Ursinus.* Statio Murco. Statio, non Statio legendum, ut bene ex numismate emendat Ursinus. Vocabatur autem hic L. Statio Murcus. Ut constat ex Ciceroe, ac Dione Cassio. Appianus non uno loco Sexti prænomen ei tribuit. Sed fallitur. *Vossius.*

5. *Crispo Marcio.* Falluntur, qui ex Dionis lib. 44. 11. reponunt, *Crispo Marco*, vel *M. Crispo.* Nam ipse Dion

mendosus, apud eum pro *Μάρκω Κελαρῶ* legendum, *Μάρκω*. Similiter etiam apud Hirtium lib. de bello Africano, *Marcium Crispum*, non *Marcum*, optimi Ms. fide reponendum censeo. Docet hoc Cassius apud Cicero-nem lib. 11. 1. epist. ad Fam. ac ipse Cicero Philipp. 11. Appianus hunc sæpiuscule Minutium Crispum vocat. Sed in hoc quoque eum fugit ratio. *Voss.*

6. *Imperatoribusque prævalidis.* Non sequor Schegkium, qui probabat: *imperatoribusque, validis, &c.* Quod in Bonhomini editione invenerat. Mihi vera lectio videtur: *imperatoribusque prævalidis.* Quod Aldo etiam monuit. *Vossius.*

7. *Laodicea.* In Mss. *Laudicea*, ut *Laudicea* apud Justin. Sic *Laumedon* pro *Laomedon*, *Lautumia* pro *Laotumia*. Ita & *Theodosius*, *Theudosius* apud Claudianum, & alios: item in epigrammate veteri, quod libro 111. Catalectorum Pithœi legitur:

*Omnia Theudasio cedunt, sobolisque per-*  
*ennis.*

Perperam enim excusum, *Theodosio* Vossius. *Laodicea expugnata.* Expugnata mavult cum Aldo Schegkio. Li-



cerat; <sup>1</sup> ita tamen, ut ad i<sup>ct</sup>um servi sui Dolabella non fe-  
gniter cervicem daret; & decem legiones in eo tractu sui  
juris fecerat. & M. Brutus C. Antonio fratri M. Antonii  
in Macedonia, Vatinoque circa Dyrrachium <sup>2</sup> volentes  
legiones extorferat: sed Antonium bello lacefferat; Va-  
tinium dignatione obruerat: cum & Brutus cuilibet du-  
cum præferendus videretur; Vatinius <sup>3</sup> nulli nomini non  
esset postferendus. <sup>4</sup> in quo deformitas corporis cum tur-  
pitudine certabat ingenii, adeo ut animus ejus <sup>5</sup> digniffi-  
mo

brī vet. *Laudicea expugnata ea urbe fe-  
cerat ita tamen.* Ex quo Rhenan. leg.  
censet, *Laudicea expugnata interfecerat;*  
*ita tamen. Laudicea expugnata.*] Ita Rhen-  
anus. non male meo iudicio, nam ad  
vocem *interfecerat*, rectius quadrant,  
quæ mox per *ἐπιτολήξιν*, sive quendam  
*ἐπιτολήξιν* adduntur.  
Quamquam ne sic quidem locum per-  
sanatum credam. *Vossiana* emendatio  
ista est: *Laudiceæ, expugnata ea urbe,*  
*ceperat (ita tamen, &c. Boecler.*

1. *Ita tamen, &c.*] Si hæc parenthesi  
includantur, haud paullum ad periodi  
lucem factura iudicat Lipsius.

2. *Volentes.*] Urfinus legit, *volenti.*  
*Volentes.*] Quid sit, *volentes?* Sane sic  
paullum ante etiam, *prævalidia legioni-  
bus*, dixit. Tamen nil mutò. pro vulgari  
lectioe Ms. & quod infra simili  
modo protulerit Velleius: *pecuniaque  
à volentibus acceperant.* Frustra vero  
Urfinus scribebat, *volenti.* Nam quo-  
modo cohæret, *volenti extorferat?* Est  
hoc plane contra Velleii mentem, qui  
paullò post etiam subiicit de Bruto,  
*Vatiniū dignatione obruerat.* Vossius.

3. *Nulli nomini.*] Puteanus legit, *nulli  
minimo.* Aliquando putant legendum,  
*nulli homini.* Posset & illud *nomini* de-  
cleri, tanquam glossema ad *τὸ nulli*,  
cum prius glossema esset, *nemini*, ex  
quo factum sit, *nomini.* Manut. *Nulli  
nomini.*] Correctores velut agmine fa-

cto ruunt ad delendum illud, *nomini.*  
Ego si imperium sustinere possim, ju-  
beam quiescere. *Nullum nomen, est ne-  
mo.* Sic ubique *nomen Romanum*, pro  
Romanis; rem ut pro nomine intelli-  
gas. Epicedio Drusi Albinovanus:

*Fluminaque & fontes & nomina ma-  
gna locorum,*

pro ipsis locis. Cæcilius apud Nonium  
in Deintegrare:

*Nomen virginis, nisi mirum est, diu-  
tegravit.*

pro virgine ipsa. Aufonius epist. ad  
Theonem:

*Et jacula, & fundas & nomina villi-  
ca lini.*

Obscurus auctor, Diris:

*Et casti fontes, & felix nomen agelli.*

Ad Velleium ut redeam, ea vis est ibi  
defensæ locurionis. Cum Brutus cui-  
libet ducum esset præponendus; Vati-  
nius non modo non nulli duci, sed vel  
alii cuilibet vilissimo nomini, id est,  
homini, erat postponendus. Ut jam de-  
finant sibi nescio quas glossas somnia-  
re. Qui admittere hoc tamen nolet,  
potius quam debeat, liceat illi legere,  
*nulli omnium.* Acidal.

4. *In quo deformitas.*] Cicero in eum:  
*cujus testimonium propter turpitudinem  
vita, sordes domesticas nullius momenti  
putaretur.* Et in Bruto ait, *cum ex sum-  
mis & fortunæ, & vitæ sordibus consu-  
lem factum.* Schegk.

5. *Dignissimo domicilio.*] Pulchre in  
hanc

mo domicilio inclusus videretur. eratque septem legio-  
nibus validus. <sup>1</sup> Et lege Pedia, quam consul Peditus col-  
lega Cæsaris tulerat, omnibus qui Cæsarem patrem in-  
terfecerant, aqua ignique <sup>2</sup> damnatis interdictum erat. quo  
tempore <sup>3</sup> Capito, patruus meus, vir ordinis senatorii,  
<sup>4</sup> Agrippæ subscripsit in C. Cassium. Dumque ea in Italia  
geruntur, acri atque prosperrimo bello <sup>5</sup> Cassius Rho-  
dum, rem immanis operis, ceperat; Brutus <sup>6</sup> Lycios de-  
vicerat; & inde in Macedonia exercitus transjecerat;  
cum per omnia repugnans naturæ suæ Cassius, etiam  
Bruti clementiam vinceret. Neque reperias, <sup>7</sup> quos aut  
prior fortuna comitata sit, aut veluti fatigata maturius  
desti-

hanc rem ait Eumenius Paneg. Consti-  
dito: *Naturam ipsam magnis mentibus  
domicilia corporum digna metari.* Voss.

1. *Et lege.*] Lipsius, *At lege.* *Et  
lege Pedia.*] Adde Dion. 46. p. 367.  
Appian. 3. b. c. p. 586. Liv. 120 qui  
Cæsarem hanc legem tulisse dicunt.  
Nimirum Cæsar Q. Pedium collegam  
ferre iusserat. *Sigon. comment. in fast.  
& tr. R. ad ann. dcccx. & Onu-  
phrius. Comment. in fast. ad ann. dccx. r.*  
Hanc legem, cum neque in universum,  
neque in futurum sit lata, pro lege  
non habendam esse, *Rosinus* notat 8,  
27. *Boecler.*

2. *Damnatis.*] Petrus Delbenius tol-  
lit, *damnatis.* Manut.

3. *Capito patruus meus.*] An Attæius  
Capito jurisconsultus ille nobilis?  
Factum sit non abhorrens ab ingenio  
viri, qui adulator, & *cujus obsequium  
dominantibus probabatur*, ait Tacitus.  
Sed vereor, ut tunc non tam grandi  
& Senatoria ætate fuerit quippe qui  
obit demum nono Tiberiani imperii  
anno. Vide Tacit. 111. Ann. extremo.

*Lipsius. Capito patruus meus.*] Miror  
ambigere Lipsium, num hic sit Attæius  
Capito, cujus tertio Annal. meminit  
Tacitus. Cum enim hunc patruum di-

cat Velleius, illud nullo modo verum  
esse potest: nisi statuas illum adoptio-  
ne in Attæium familiam transiisse. Præ-  
terea tempora vix illud patiuntur.  
Quod tamen Lipsium non fugisse fa-  
teor. *Vossius. Capito patruus meus.*] *Jactat Velleius suorum in Cæsarem  
merita, aulicique obsequii artes ab  
stirpe sibi conciliatas, vult intelligi.  
Boeclerus.*

4. *Agrippæ subscripsit.*] Moris recepti  
subscribere quâ in crimen, quâ in pœ-  
nam, de illa multi ex Verrinis & Pæ-  
diano, de hac quæ principum proprie,  
Suetonius Nerone: *Cum de supplicio cu-  
jusdam capite damnati, ut ex more sub-  
scriberet, admoneretur, quam vellei, in-  
quit, nescire litteras.* Schegk.

5. *Cassius Rhodum.*] Dio 47. p. 305.  
Appian. 4. ἐμφυλ. Plut. in Bruto.

6. *Lycios.*] Lycia Ptolemæo & cæ-  
teris Asia regio.

7. *Quos aut prior fortuna.*] Fortuna-  
torum notabilis est in pari fortuna dis-  
paritas. Quorumdam eximias virtutes  
ac prudentiam comitatur fortuna fido  
& assiduo successu; quosdam, ubi diu  
comitata est, ad extremum deserit.  
quosdam per vices, & miscens adversa  
secundis beat: quosdam in omni vir-



70 destituerit, quam Brutum & Cassium. Tum Cæsar & Antonius transjecerunt exercitus in Macedoniam, & apud urbem Philippos cum M. Bruto Cassioque acie con-

tutis conatu destituit fugitque: quorundam læta initia, in progressu, aut ante progressum, statim abruptit, quibusdam temeritas etiam & ignavia ubique procedit: plurimi majore fortuna, quam sapientia utuntur. verum, quidquid diversitatis habent illæ Felicitum notæ, commune omnibus, sed maxime præfidenter de successu sentientibus, ancipitium imminet. Boecler.

1. In Macedoniam, & apud urbem Philippos.] Sic est. Philippi isti in Macedonia extremâ Ptolomæo locantur, aliis in Thracia primâ. Sunt ad Strymonem fluvium, & subiacet planities aprissima pugne. Victus in eâ Cassius & Brutus. Diversi omnino ab istis Philippi sunt in Thessaliâ, ubi Pompejus victus, ad Peneum flumen. Ergo jure miror, quid poetis aliquot in mentem venerit confundere hæc loca & urbes, quasi si utrumque civile bellum in iisdem campis depugnatum. Lucanus inquit

*Romanas acies iterum videre Philippi.*  
quem tamen excuses, quasi Philippi iterum viderint, sed non iidem. Manilio quid facias? quæ sic lib. 1.

— ancibus jurata cruentis

*Arma Philippæos impleverunt agmine  
campos.*

*Vix etiam sicca miles Romanus arena  
Ossa virum lacerosque prius supervastavit  
arua;*

*Perque patris pater Augustus vestigia  
vicit.*

Nam vult in iisdem campis atque adeo vestigiis pugnasse Augustum, quibus patrem: & milites superstitisse cadavera & ossa. Quid poetæ culpo? Florus historicus idem peccat: *Brutus & Cassius, comparatis ingentibus copiis, eandem illam, quæ fatalis Cn. Pompejo fuit, arenam infederant.* Hoc autem tam ve-

rum est, ut centum aliquot milliaria sint interjecta. Vide Dionem xlviii. & Appianum lv. Civil. quorum uterque situm Philipporum, ubi Brutinum prælium, accuratè designat & describit. Lipsius. In Macedoniam, & apud urbem Philippos.] Recte Manilium, Florum, & alios refellit Lipsius, qui Philippensem pugnam in iisdem Philippicis campis commissam scribunt, in quibus Cæsar cum Pompejo ante dimicaverat. Immerito autem in confectionem culpæ trahunt quidam Virgilium, quod sub finem primi Georgidixerit:

*Romanas acies iterum videre Philippi.*  
Nam ipse postea se explicat, cum ait:  
*Nec fuit indignum superis bis sanguine  
nostro*

*Æmathiam & latos Æmi pinguestem  
campos:*

Ut non sit dubium, quin geminos Philippos intelligat Maro: illos, qui in Thessalia sunt, & alteros, qui in Macedonia ad Hæmum montem. Reliqui omnes poetæ lapsi; inter quos & Ovidius xv. Met. Nisi excipere lubet auctorem epigrammatis, quod extat in Catalædis veterum Poëtarum:

*In Macetum campis ultus jam Casaria  
umbras*

*Sum patris; Augustus belloque armis  
que superbus;*

*Namque meos sensit fugiens Antonius  
enses, &c.*

At quid hic Augustum bello contra Antonium Casaria manes bitum esse ait? Omnino id de Bruto Cassioque accipiendum. Legegitur:

*Famque meos sensit, &c.*

Nihil enim certius, quam duo prælia intelligi. Vosius. In Macedoniam & apud urbem Philippos.] Scriptores hujus belli notavit ad Flor. 4, 7. Camers.

Dio

concurrerunt. Cornu, cui Brutus præerat, impulsis hostibus castra Cæsaris cepit. nam ipse Cæsar, etiam si infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifeste denuntiatione quietis territo. Id autem in quo Cassius fuerat, fugatum ac male multatum in altiora se receperat loca. Tum Cassius ex sua fortuna eventum collegæ æstimans, cum dimisisset evocatum jussissetque nun-

Dio 47. & Zonaras t. 2. qui prolixius ferme, quam alias solet, exponit, quæ à Dione mutatur. Boecler.

1. Oratus etiam ab Artorio medico.] Valde celebre est hoc somnium & eventu ipso nobile, ideoque diligenter scriptoribus hujus belli annotatum. Alqui inrer argumenta providentiæ hæc talia etiam gentilibus oblata ponunt, divinitus que immitti credunt; alii præfigiis Diabolicis accensent (vide de hoc ipso somnio Artorii alii que Laëtant. 2. 8.) quidam naturæ quandam vim hic comminiscuntur, præsertim qui Homevi propositum disquirunt, Heroibus tantum somnia tribuentis. Verum ut de tali somnio, quale hic habemus, valde durum fuerit affirmare, ex causis naturalibus ortum esse: ita cetera dubitatio non parum difficultatis videtur habere. Servasse Deum etiam gentilium Heroas & è periculis ereptos majoribus rebus adhibuisse, negari nec potest, nec debet. Quocirca nec pugnat cum Divina Philoſophia, si dicas; Incolumitatem eorum virorum curæ Deo fuisse; eisque curæ partem somniorum fatidicorum immisione aliquando ostensam. At vero ea omnia ex ipsis speciebus per somnium oblatis non uniusmodi sunt, aut una æstimatione comprehendi queunt. Quæ in Sacris codicibus leguntur exemplis, nullas habent imagines idololatricas, neque vel Deorum vel sacrorum ethnicorum simulacra, quanquam ethnici

ostensa, præferunt: sed in somnio Artorii, Minerva virum monet, alibi Jupiter in templo suo, è sinu suo futura promittit. Unde merito ambigas, an Deus immittendis homini pagano somnis, proprii cultus imagines adhibere voluerit. Inquis: si Diaboli præfigiis id assignas, unde & quomodo Diaboli præfiscive eventum pugna Philippensis potuit? Hic ergo videatur forte distinctio faciendâ inter illas profanas species, quatenus è causis naturalibus & quotidiani usus reliquis phantasia offeruntur; & inter dispensationem divinam, quæ emergentibus naturaliter simulacris significamenta ex æterni conjungere, sive naturæ occupationem ad futurorum indicia dirigere potest. Consulte Tertullian. lib. de anima 36. Zwinger. Theatr. Volum. 5. lib. 4. tit. de somniis. Pontan. Philocal. 10, 21. Boecler.

2. Quiescit.] Somnii in quiete.

3. In altiora se receperat loca.] Ita Gruterus, Syllburgius, alique ediderunt. Potest tamen omitti illud, se; quoniam à principe editione abest, quod jam Vosiana notæ advertere. Boecler.

4. Cum dimisisset evocatum.] Titinium Centurionem Valerius lib. 9. c. 9. nominat, uterque bene. Dio lib. 55. Sicut & evocatorum summam dicere non possum, uti illis Augustus cepit, tum primum, cum veteranos patris contra Antonium convocavit, servavitque deinde, & sunt una adhuc legio, peculiores suas habens sices, (sic malo cum Cuiacio



nuntiare sibi, quæ esset multitudo ac vis hominum, quæ ad se tenderet, tardius eo nunciante, cum in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium, neque pulvere facies aut signa denotari possent; existimans hostes esse qui irruerent, lacerna caput circumdedit, extentamque cervicem interritus liberto præbuit. Deciderat Cassii caput, cum evocatus adventit, nuncios Brutum esse victorem. qui cum imperatorem prostratum videret; Sequar, inquit, eum, quem mea occidit tarditas; & ita in gladium incubuit. Post paucos deinde dies Brutus confixit cum hostibus, & victus acie, cum in tumultum nocte ex fuga se recepisset, impetravit à Stratone Ægeate, familiari suo, ut manum morituro commodaret sibi; rejectoque lævo super caput brachio, cum mucronem gladii ejus

παύδης vertere, vitis, quam Xylandro parum considerato ad ritum, *fascer* quemadmodum centuriones. Proinde Velleius appellat *evocatum*, quia ex illorum numero Valerius centurionem, quia vite honoratus. Vitis enim insigne Centurionum. Plinius; *Centurionum manu vitis, atque etiam in delictis, pœnam ipsam honorat.* Et Juvenali vitis pro Centurionatu:

— aut vitem peste libello.

Schegkius.

1. *Neque pulvere.*] Bucerius meus, præ desiderari putat, atque inseri: neque præ pulvere. Er erroris quidem in eo facilis occasio. *Acidal.* Neque pulvere. Frustra legunt neque præ pulvere. Nam præ intelligitur. Ut cum dicimus, gaudio lachrymans, amore emori, aliaque id genus. *Vossius.*

2. *Interritus liberto præbuit.*] Pandaro ut nuncupat Aurelius Victor. Sed lego, *Pindaro*, ex Valerio Maximo lib. vi. cap. vii. Plutarcho in Antonio, Brutoque, Appiano lib. iv. Bell. Civ. ac Dione lib. xlviii. *Vossius.*

3. *Incubuit.*] Vulgo pessime, *accubuit.* *Incubuit.*] Valerius Maximus. Nam

C. Cassium error à seneritipso pœnas exigere coegit. Inter illum enim pugna quatuor exercituum apud Philippos varium ipsique ducibus ignotum eventum, missus ab eo Titinius centurio nocturno tempore, ut specularetur quonam in statu res M. Bruti essent: dum crebros excessus viæ petir, quia tenebrarum obscuritas, hostesne ac commilitones occurrerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. Quem is exceptum ab hostibus, omniaque in eorum potestatem recidisse existimans, finire vitam properavit: eum & castra hostium invicem capta, & Bruti copia magna ex parte incolumes essent. Titinii vero non obliteranda silentio virtus, qui oculis papillæ hæsit, inopinato jacentis ducis spectaculo attonitus; deinde profusus in lachrymas, Etsi imprudens, inquit, imperator causa tibi mortis fui: tamen ne id ipsum impunitum sit, accipe me fati tui comitem. Superque exanimè corpus ejus jugulo suo gladium capulo tenus demisit: ac permisso utriusque sanguine, duplex victima jacuit, Pietatis hæc, Erroris illa.

1. *Emicat.*]

ejus dextera tenens, sinistra admovisset mammillæ, ad eum ipsum locum, qua cor emicat, impellens se in vulnus, uno ictu transfixus exspiravit. Protinus Messalla, fulgentissimus juvenis, proximus in illis castris Bruti Cassique auctoritati, cum essent qui eum ducem poscerent, servari beneficio Cæsaris maluit, quam dubiam spem armorum tentare amplius. Nec aut Cæsari quidquam ex victoriis suis fuit lætius, quam servasse Corvinum; aut majus exemplum hominis grati ac pii, quam Corvinus in Cæsarem fuit. Non aliud bellum cruentius cæde clarissimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucillum Hortensiumque eminentissimorum civium filios fortuna abstulit. nam Varro ad ludibrium moriturus Antonii, digna illo ac vera de exitu ejus magna cum libertate ominatus est. Drusus Livius

Julia

1. *Emicat.*] Pufat.

2. *Homini grati ac pii.*] Notat hujus in Messalla pietatis exemplum etiam Appianus 5. *μεσουλ.* ubi Octavius Cæsar cladem perpeffus, exercitumque exutus, à Messalla, quem tamen olim proscripterat, cum jam in ejus potestatem venisset, conservatus est. *Boecl.*

3. *Hortensiumque.*] Fallor an ejus filii mentio apud Suetonium; *Plerosque modestia & pudore tenuit, in quibus Ortalum, Q. Hortensii oratoris nepotem, & Tacitum* 11. *Annal. quo magis mirum fuit, quod præces M. Ortali nobilissimus juvenis, in paupertate manifesta, superbibus accepisset. Nepos erat oratoris Hortensii.* Si verum, oppido juvenem tempore obitus paterni fuisse oportet. *Schegkius.*

4. *Nam Varro.*] Quis autem iste Varro? videatur meritissima *ἱεροχῆ* noster ille intellegi, cui Fama quam Æternitas magis æqua. Illa nomen ejus servat, hæc scripta non adspexit: quorum tamen feracius vix fuit aliud ingenium Græcum aut Romanum. Sed vi-

deatur inquam iste intellegi: non tamen potest. Nam proscriptus quidem à Triumviris Varro, sed certantibus de salute ejus, quibus aliqua honesti cura, vicit Fobius Calenus amicus Antonii, & eum ad se recepit. Ita tempestatem illam evasit. Appianum vide, & Agell. 111. cap. x. Pugna autem Philippensi non opinor interfuisse. Ætas militia & iis actionibus virum solvebat: & aliquot sane annis post vixit. Quid verba facio: in lectulo suo obiit, non propeæta aliqua morte: ut clare scribit Valerius lib. vii. Terentius Varro, non annis, quibus scitulum æquavit, quam stilo vivacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus ejus, & egegorum operum cursus exstinctus est. Ergo alius iste Varro, quem velim omnino magis Vellejus retexisset. *Lipsius.*

5. *Ominatus est.*] Livius de Æmilio Paulo: *Ac prope certa spe ominatos esse homines; finem esse Macedonum bella.* Schegkius.

6. *Drusu Livius.*] Ita post excessum



<sup>1</sup> Juliae Augustae pater & <sup>2</sup> Varus Quinctilius, ne tentata quidem hostis misericordia, alter se ipse in tabernaculo interemit: Varus autem liberti, quem id facere coegerat, manu, <sup>3</sup> cum se insignibus honorum velasset, jugulatus est. <sup>72</sup> Hunc exitum M. Bruti partium septimum & trigessimum annum agentis fortuna esse voluit: <sup>4</sup> corrupto animo ejus in

Augusti Liviam demum dictam constitat, *ἡ δὲ Λιβία* ergo locutus Vellejus. Sic & Plinius lib. vii. cap. xlii. *Inter se fertiles, ubi cum aliis junxere, gignunt: sicut Augustus, & Julia.* Sic habent Mss. non Liviam, ut edunt. Similiter Flavius Josephus *Λιβίαν* ubique *Ἰουλίαν* appellat. Nec aliter jam olim vertit Rufinus. Ut non sit audiendus Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, ad numerum mmlv. ubi non dubium esse ait, quin librario mendo nomen Juliae apud Josephum jam olim irrepserit. *Ῥοσίμω.*

<sup>1</sup>. Julia Augusta pater.] Liviam, reponendum puto. Manu. Julia Augusta pater.] Liviam mavult Aldus: sed vulgatum jam olim ad Tacitum firmavit Lipsius. Julia Augusta pater.] Vir doctus Liviam reponendum putat, non conscisco. Tacitus lib. i. Annal. Liviam in familiam Juliam, nomenque Augusta adsumebatur. Et lib. 5. Julia Augusta mortem obiit, aetate extrema. Dio lib. 56. Et sacerdotem Liviam, quae tunc Julia etiam Augustaeque cognomen acciperat. At ita infra. Quid tum? Liviam vocat, sed non Augustam. Hoc observate ex numis, lapidibus, historici quae verum cognomen Augustae perpetuo Juliae, Liviam numquam assignari. Schegk. Julia Augusta pater.] Alii Liviam reponunt: qua correctione minime quidem opus erat. Licet enim temporis nomen Julia dicitur, nihil tamen impedit, quo minus Vellejus, respectu secuti temporis, nomen praeteritum illustrius, quo prius inumbratum est, adhibeat. Boetler.

<sup>2</sup>. Varus Quinctilius.] Ad eum scripsit Horat. lib. i. Od. 18.

<sup>3</sup>. Cum se insignibus honorum velasset.] More praefectorum mortalium hostili casu, Livius lib. 5. agens de capta urbe a Gallis, prodit: *adeo haud secus, quam venerabundi intuebantur in adium vestibus sedentes viros, praeter ornatum, habitumque humano augustiorem, majestate etiam, quam cultus gravitasque oris praeseferbat.* De Cleopatra Dio, & Florus lib. 4. cap. 11. *In Mausoleum se recepit, ubi maximo, quam se lebat, induta cultu, in diverso odoribus solio, juxta suum se collocavit Antonium De Olympica Alexandri matre Justin. lib. 14. Adi Plurarchum. Deinde in violenta morte, suprema illi cura honeste cadere. De Lucretia Ovid. Fastor. 11.*

Tunc quoque jam moriens ne non procumbat honeste

Respicit, haec etiam cura cadentis erat. Lege sueton. Caesar. Agellium lib. 15. Plutarch. de claris mulieribus passim. Schegkiius.

<sup>4</sup>. Corrupto animo ejus.] Omnes consentiunt in reprehensione ejus patricidii, etiam qui alias vehementer laudant Brurum. Valde autem notanter fatalem in hoc Bruti Cassique vindictam demonstrant Appian. 4. ἐμφυλ. p. 667. & Dio 48. pr. Vellejus Noster acuta sententia animadvertit, unius temeritatem facti omnes virtutes corruptisse ac extinxisse. quod sane ita solent in magnis sceleribus, post quae vix ac ne vix quidem atrolli ad virtutem pristinam animus potest. *Ἰπιάνω* ab eadem mente: *ἀλλὰ ἔ τοιοῦθ' ἔστιν*

ἄπο τῶν

<sup>1</sup> in diem, quae illi omnes virtutes unius temeritate facti abstulit. Fuit autem <sup>2</sup> dux Cassius melior, quanto vir Brutus. e quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium. in altero major vis, in altero virtus. Qui si vicissent, quantum reip. interfuit, Caesarem potius habere quam Antonium principem, tantum retulisset habere Brutum quam Cassium. Cn. Domitius, pater L. Domitii, nuper a nobis visi, eminentissimae ac <sup>3</sup> nobilissimae simplicitatis viri, avus hujus Cn. Domitii clarissimi juvenis, occupatis navibus, cum magno sequentium consilia sua comitatu, fugae fortunaeque se commisit, semetipso contentus duce partium. <sup>4</sup> Staius Murcus, qui classi & custodiae maris praefuerat, cum omni commissa sibi parte <sup>5</sup> exercituum naviumque <sup>6</sup> Sex. Pompejum, Cn. Magni filium, qui ex Hispania revertens, Sicilia armis occupaverat, petit. ad quem & e Brutianis castris & ex Italia, aliisque terrarum partibus, quos praesenti periculo fortuna subduxerat, proscripti confluebant. <sup>7</sup> quippe nullum habentibus statum quilibet dux erat idoneus:

ἄπο τῶν ἀλλοθῶν ἐς ἀπὸν τοῦ ἄπο τοῦ καὶ ἀπο. utrobique subindicatur, causa dissimilis animi degenerisque; fortuna scilicet animadvertens & vindicans & omnia retro dans. Boetler.

<sup>1</sup>. In diem.] Commodius, si legatur, Corrupto animo ejus una die, &c. Manu.

<sup>2</sup>. Dux Cassius melior.] Characteristica comparatio, opportune *ἡ ἐως ἔπειτα* (ejus & eius) infortuna inserta. Fecit idem Appianus 4. ἐμφυλ. p. 661. & 667. Boetler.

<sup>3</sup>. Nobilissime simplicitatis.] Eam quoque formam sermonis in nostro sapicula est deprehendere. Ponit autem simplicitatem pro universa virtute & prae ca morum integritate, quam (ut de Scythia eleganter lib. 2. Justin. praedicat) antiqui homines rudibus illis

non tam bonarum, quam malarum artium seculis, magis ingenio, quam legibus; magis vitiorum ignoratione & naturae bonitate, quam virtutum praecipis institurisque disputacium philosophorum coluerunt. Acidal.

<sup>4</sup>. Staius Murcus.] Staius Murcus hujus sui consilii triste postea praemium tulit, de quo infra 2, 77. Boel.

<sup>5</sup>. Exercituum.] Prima editio: exercitus. Malim unitatis numero, exercitus. Lipsius.

<sup>6</sup>. Sex. Pompejum.] Eleganter autem in hoc capite initia belli cum Sex. Pompejo designantur. cujus scriptores Camers ad Flor. 4, 1. collegit. adde Dion. 48. Boetler.

<sup>7</sup>. Quippe nullum habentibus statum.] Interpretor, nullum statum firmumque ducem habentibus. Possit etiam scribere & distinguere: nullum habentibus



73 idoneus; cum fortuna non electionem daret, sed persequium ostenderet; exitialemque tempestatem fugientibus statio pro portu foret. Hic adolescens erat studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri dissimilimus, libertorum suorum libertus, servorumque servus; speciosis invidens, ut pareret humillimis: quem senatus pæne totus, adhuc è Pompejanis constans partibus, post Antonii à Mutina fugam, eodem illo tempore, quo Bruto Cassioque transmarinas provincias decreverat, revocatum ex Hispania, ubi adversus eum clarissimum bellum Pollio Asinius prætorius gesserat, in paterna bona restituerat, & ora maritimæ præfecerat. Is tum ut prædiximus, occupata Sicilia, servitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens, magnum modum legionum effecerat; perque Menam & Menecratem, paternos libertos, præfectos

*ibus, statim quilibet.* Facile, inquit, & cito quemcunque ducem arripiebant, qui habebant nullum. *Lipsius.* Quippe nullum habentibus statum.] Loquitur cum iuriconsultis, quos vide de cap. diminit. *Schegk.* Quippe nullum habentibus statum.] Interpretantur alii, nullum statum firmumque ducem habentibus; sed, meo iudicio, plane præter mentem Paterculi; cui, ut pato sententia ea; duci cuilibet fese aptare, quibus nulla est conditio vitæ tolerabilis. *Status* heic est nomen substantivum, non adjectivum. *Livius* lib. 25. cap. 17. *Si non libertas servitute potior sit tamen omni præsentis status spem cuique novandi res suas blandiorem esse.* *Gruterus.* *Statusum.*] Ita status publici commutatio 2, 35. odisse statum præsentem 2, 91. nullum statum habentes 2, 72. ita statum concupiscere 2, 2. *Boetius.*

1. *Cogitatione celer.*] Primitus editi: *cogitator celer.* Certum mihi scribere:

*conciatu celer.* Depressum enim hic ubique Pompejum istum Vellejus it, revera vilem, bardum, & patri dissimilimam prolem. Et fuit revera concitatu celer, magis quam cogitatu (quod in laudem valeat) id est, *δὲ θυμῷ* & *ὄργῳ*. *Lipsius.* *Cogitatione celer.*] In vet. exempl. erat: *cogitator celer.* *Lipsius* mallet, *conciatu celer*, ut *τὸ δὲ θυμῷ* notetur, *cogitanti celeritate* in laude esse. Non assensurim ita scripsisse Vellejum. nam & manu promptus in laude est, quod tamen hic Pompejo tribuitur, accipiendum itaque fuerit, non illo eximio significatu, quo *cogitationis celeritas* summis tantum ingeniiis convenit, sed illa media notatione, qua consilii qualicumque capiendi & decernendi volubilitas, ut sic dicam, indicetur: quam ego animi audacis, inquieti, præcipitis prolem dixerim. *Boetius.*

2. *Post Antonii à Mutina fugam.*] Vulgo, *post Antonianam fugam.*

1. *Pira.*

74 eos classium, latrocinii ac prædationibus infestato mari, ad se exercitumque tuendum raptò utebatur, cum eum non depuderet, vindicatum armis ac ductu patris sui mare infestare piraticis sceleribus. Fractis Brutianis Cassianisque partibus, Antonius transmarinas obiturus provincias substitit; Cæsar in Italiam se recepit, eamque longe quam speraverat tumultuosiore reperit. quippe L. Antonius consul, vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers, modo apud vete-

1. *Piraticis sceleribus.*] *Cogitabam leviter an piraticis celeribus.* Vulgatum tamen ablit ut damnem. *Lipsius.* *Piraticis sceleribus.*] Non damnat hanc lectionem *Lipsius.* *Leviter* tamen suspicatur, *piraticis celeribus*, scriptum fuisse Vellejo. Quod probare non possum. Nam *celox*, juxta *Gellium*, *Nonium*, *Fulgentium*, & alios, breve & exiguum navigii genus. Non autem Pompejum celeribus, aut myoparonibus, sed triremibus, & quadriremibus, mare infestasse, satis est manifestum. *Iceirco*, *piratas navales*, ei attribuit *Florus* lib. 14. cap. 11. ut bene aliis observatum. *Locum Flori*, qui in editis exemplaribus diverse legitur, ita scribendum arbitror: *O quam diversus à patre! ille Cilicis extinxerat, hicc piratas navales agitare.* Cujus vestigia comparant in optimo Mss. codicum *Nazariano*, in quo fuit: *hic se pirata navales agitare.* A quo minimum abeunt reliqui Mss. ut ex iis cognoscas, qui variantes lectiones collegere. *Voss.*

2. *Quippe L. Antonius.*] Scripsere hoc bellum, quos ad *Flor.* 4.5. *Camerus* notavit. quibus adde *Dion.* 48. *Boet.*

3. *Virtutum, quæ interdum in illo erant, expers.*] *Rarum* quippe monstrum, nulla virtute redemptum; hoc est, aliquem vitiiis omnimodis infamem esse, neque ullo commendabilem merito unde *Tiberius* apud *Tacitum* l. 1. *Anal.* cap. 46. *C. Cæsari* forte orio sermone

*L. Sullam invidenti; omnia Sulla vitia, & nullam ejusdem virtutem habiturum prædixit.* ubi nos de hac re uberiora. At de *Lucio isto Antonio*, eadem plane prodita *L. Floro* lib. 4. cap. 5. *Semper alias L. Antonii pessimum ingenium Fulvius, gladio cincta virilis militiâ, agitabat.* adeo ut miser, virum artium harum peritissimum eoloci reponere pessimum. neque enim ullus omnino auctorum laudat *Lucium*, nisi *Appianus*. nec tamen is simpliciter, sed quatenus arbitratu bellum excitasse, non stabiliendæ suæ potentæ causa, verum vindicandæ in pristinam libertatem *Reipub. ceterum*, & illi falluntur, qui *interdum* heic idem notare volunt, quod *interim*. non profecto: ut palam facimus ad *locum Taciti* l. 1. *Hist.* cap. 71. *Orto interim contra spem omnium, non delicias neque desidia torpescere. dilatae usqueque, dissimulata luxuria; & cuncta ad decorem imperii composita. eoque plus formidinis adferebant falsæ virtutes, & vitia reditura.* *Gruterus.*

4. *Interdum.*] *Notabis & hic, interdum esse idem quod interim:* ut creberime in *Apuleio*: cuius unico exemplo contentus esto, lib. 3. *Metam.* *Quasi fores interdum, & frequenti clamore janua nostra perstripi.* Nec aliter accipio apud *Justinum* lib. 11. *Moriebat hæc multitudo hostium, respectu paucitatis suæ, Alexandrum: sed interdum reputabat, quanta*



veteranos criminatus Cæsarem, modo eos, <sup>1</sup> qui iuste di-  
 visione prædiorum nominatimque colonis agros amife-  
 rant, ad arma conciens, magnum exercitum conflave-  
 rat. Ex altera parte uxor Antonii Fulvia, nihil muliebre  
 præter corpus gerens, omnia armis tumultuque misce-  
 bat. Hæc belli sedem Præneste ceperat. Antonius pulsus  
 undique viribus Cæsaris Perusiam se contulerat: Plan-  
 cus Antonianarum adiutor partium, spem magis osten-  
 derat auxilii, quam opem ferebat Antonio. Ufus Cæsar  
 virtute & fortuna sua, Perusiam expugnavit; Antonium  
 inviolatum dimisit. <sup>2</sup> in Perusinos magis ira militum,  
 quam voluntate sævitum ducis. urbs incensa, cujus ini-  
 tium incendii princeps ejus loci fecit <sup>3</sup> Macedonicus; qui  
 75 subiecto rebus ac penatibus suis igni, transfixum se gla-  
 dio flammæ intulit. Per eadem tempora exarserat in  
 Campania bellum, quod, professus eorum, qui perdidere  
 agros, patrociniū, ciebat <sup>4</sup> Tib. Claudius Nero,  
 prætorius & pontifex, Tib. Cæsaris pater, magni vir ani-  
 mi doctissimique ingenii. id quoque adventu Cæsaris se-  
 pultum atque discussum est. Quis Fortunæ mutationes,  
 quis dubios rerum humanarum casus fatis mirari queat?  
<sup>5</sup> quis non diversa præsentibus contrariaque expectatis  
 aut

quanta res cum ista paucitate gessisset, quantoque populos fudisset. Acidalium. Interdum.] Sententia vocis solita non necesse ut mutetur.

1. Qui iuste.] Revera iniuste, vel potius iniusta. Nec sensit aut scripsit aliter, etsi adulator Vellejus. Lips. Qui iuste.] Lipsius iniuste, vel iniusta legendum putat. atque ita quidem ter monebat: sed Vellejus Cæsareanis factis ubique colorem appingit, aut juris titulum. Boecler.

2. In Perusinos.] Suetonius tamen diversum testatur in Aug. 15. Perusia capta, in plurimos animadvertit: orare veniam, vel excusare se conantibus non

voce occurrens, Moriendum esse. Boeclerius.

3. Macedonicus.] Verum ejus nomen erat Cestius. Cæterum Macedonici nomen sibi assumserat, quod olim in Macedonia militasset. Auctor ejus rei Appianus in v. bellorum Civil. Voss.

4. Tib. Claudius Nero.] De quo præter Suetonium cap. III. Dionem, adi Tacit. 5. Annal. & ejus interpretem clarissimum Schegk. Tib. Claudius Nero.] Vide Sueton. Tib. 4. Dio. 48. p. 417.

5. Quis non diversa præsentibus.] Vera gnome, & ita vivitur: assidue nata-mus inter spei metusque fluctus. Dea illa incerta nos quoque habet incertos; dico

aut speret aut timeat? Livia nobilissimi & fortissimi viri Drusi Claudiani filia, genere, probitate, forma Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, <sup>1</sup> quam transgressi ad Deos sacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri sui Cæsaris arma, <sup>2</sup> vix bimum hunc Tiberium Cæsarem, vindicem Romani imperii,

dico eos, qui ab ea pendent. Manilius:

*Et subtexta malis bona sunt, lacrymaque sequuntur*

*Vota, nec in cunctis servat Fortuna te-  
 noverem.*

Sapientissimus Romanorum Seneca: *In secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat. alterna sunt vices rerum. Quid exultas? ista, quibus vobis in summum, nescis ubi te relictura sint. Quid facis? ad imum delatus es, nunc est resurgendi locus. Plato quoque bona imagine: πῶς τὸ πῶς ἀτεχνῶς, ἀσχετὸν ἐν εὐχῆσιν, ἀσχετὸν ἐν ἐπιπέδῳ. Quidquid est, velut in Euripo, sursum deorsumque volvitur. Lipsius.*

1. Quam transgressi ad Deos.] Ultramque Livie fortunam notat. Quæ bimum, inquit, filium sinu gestans, uno tantum comitante, devius itineribus, fugiebat iram Cæsaris, eam postea ipsius Cæsaris conjugem vidimus, quinetiam, postquam ad superos migravit, sacerdotem pæne habuit, ac flaminem. Legi igitur, incolumi sententia, posset: *Quam transgressa ad Deos, sacerdotem pæne habuit, ac flaminem.* Nam Tacitus, Suetonius, Dio, noluisse Tiberium cælesti religione matrem honorari, nulla controversia tradiderunt. Quam tamen postea Claudius Imp. consecravit, Suetonio teste. Manut. *Quam transgressi ad Deos.]* Ita olim editum à Rhen. Bonhom. Gryph. volente Lipsio ad 13. Annal. Tacit. Dio lib. 56. Tum vero immortalitatem ei tribuerunt, flaminesque & sacerdotem Liviam consisterunt, is foreque nisi eam

*in sacrificiis permiserunt. Ovidius q. de Ponto;*

*Nec pietas ignota mea est, vidit hospita tellus*

*In nostra sacrum Cæsaris esse domo.  
 Stant pariter natusque pius, conjugueque sacerdos,*

*Numina jam sacro non leviora Deo.*

Conjux sacros, Livia, ut monuit flos litteratorum illibatus. Turbat hic doctissimus vir. & quod ajunt, in simpulo excirat fluctus. Schegkianus. *Quam transgressi ad eos.]* Repone: *ad Deos.* Quomodo habet editio Basileensis anni MDXLI. item alix, quæ eam exprefere. Cæterum Urfinus vocem filiam, ut ineptam, rejicit, malletque istam. Sed proflus fallitur. Exat numisma Livie dextra pateram, læva hastam tenentis: in averfa autem parte Divi Augusti caput repræsentant, cum literis circum, DIVVS AVGVSTVS PATER. Quo etiam postinet numifina Claudii, qui eam postea consecravit. Hujus averfa pars itidem exhibet, S. P. Q. R. DIVAE IULIAE AVGVSTI FILIAE. Nomen autem filiz adsumpsit Livia, quod adoptione in Juliam familiam transferit, eamque nomen suum ferre Augustus iusserit. Quod clare Tacitus, Suetoniusque testantur. Vossius.

2. Vix bimum.] Vulgo, eujus bimum. Sed putida hæc lectio. In autographo fuit: *Cæsaris arma, nua bimum, &c.* Unde lego: *futuri sui Cæsaris arma, minus bimum, &c.* Quod comprobato quoque Vellejana scriptoris, cui familiare est quam reticere, ut supra me etiam monuisse



perii, futurumque ejusdem Cæsaris filium, gestans sinu, per avia itinerum vitatis militum gladiis uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, pervenit ad mare, & cum viro Nerone pervecta in Siciliam est. Quod alieno testimonium redderem, in eo non fraudabo avum meum, quippe C. Vellejus, honoratissimo inter illos CCCLX iudices loco à Cn. Pompejo lectus, ejusdem, Marcique Bruti ac Tironis præfectus fabrûm, vir nulli secundus, in Campania, digressu Neronis à Neapoli, cujus ob singularem cum eo amicitiam partium adjutor fuerat, gravis jam ætate & corpore, cum comes esse non posset, gladio se ipse transfixit. Inviolatam excedere Italia Cæsar passus Fulviam, Plancumque muliebris fugæ comitem. nam Pollio Asinius cum septem legionibus, diu tentata in potestate Antonii Venetia, magnis speciosisque rebus circa Altinum, aliasque ejus regionis urbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Domitium, quem digressum è Brutianis castris post cædem ejus prædiximus, &

pro-

monuisse memini. Firmatque idem supputatio annorum. Nam fuga hæc Neronis incidit in ann. V. C. DCCXII. Antonio, & Servilio Coss. mortuus vero Tiberius anno V. C. DCCXXIX. Proculo, & Nigrino Coss. anno ætatis septuagesimo, & octavo. Quod Suetonio, Tacito, Dionî, & aliis etiam, notatum. Horum ergo annorum computationem si quis accurate instituat, inveniet Tiberium, sub tempus Neronianæ fugæ, bimatu fuisse inferioriorem. Vossius. Vix bimum.] Erat: nus bimum. hinc fecerant aliqui, vix bimum: quod Aldus approbavit & Gruterus edidit. vix bimus, est, necdum bimus. Boecler.

1. *Fusurumque ejusdem Cæsaris filium.*] Eandem fortunæ vicissitudinem miratur Dio 48. p. 418. *ὡς δὲ τὴν ἐν τοῖς ᾠδῶδεσσι τοῖς συμμίλωνι, ἢ τὸ Λίβια αὐτῆ ἢ τὸ Καίσαρος*

*τὸτε Φυγῆσαι, μὴ ταῦτε αὐτῷ ἐνήμερον, ἔο Τίβιεσσι ἔτι ὁ σὺ τοῖς τοκῶσι τότε ἐκείνης, τὴν αὐτοκρατορῆσ δόχλων αὐτῷ διεδέξαι.* Præcesserat de fuga Neronis & Livia, cui subjungit; *accidisse tum rem in maxime mirabilibus ponendam.* Nam hæc Livia, inquit, *quæ tum Cæsarem fugiebat, postea ipsi nupsit: & Tiberius iste, qui cum parentibus tum fugiebat, principatum Cæsaris postea accepit.* Boecler.

2. *A Cn. Pompejo lectus.*] Nescio quomodo convenire potius videtur, à Cn. Pompejo lectus. nam legi loco honoratissimo inter plures, non satis facit auri-bus, multo minus animo. Gruter.

3. *Tironis.*] Lipsio placet, Tib Neronis: quo modo Aldus emendavit.

4. *Venetia.*] Sic Livio l. II. & Floro l. III. c. III. quoque nominata. Schegk.

5. *Altinum.*] Venetiæ mediterranea urbs.

propriæ classis factum ducem, consiliis suis illectum, ac fide data, junxit Antonio. Quo factò, quisquis æquum se præstiterit, sciat non unius à Pollione in Antonium, quam ab Antonio in Pollionem esse collatum. Adventus deinde in Italiam Antonii, præparatusque contra eum Cæsaris habuit belli metum: sed pax circa Brundisium composita. Per quæ tempora Rufi Salvidieni scelestæ consilia patefacta sunt. qui natus obscurissimis initiis, parum

1. *Quo factò.*] Facile cuique persuasero, imò sibi quisque ipse, scribendum, *Cui factò.* Fuit enim vetus scriptura, *Quo* ut & supra quoque reposuimus, ubi pariter corruptum erat, *quoque.* Acidalius existimabat scriptum fuisse, *Quo factò*, sive *cui factò*. sed non opus est hæc correctione, ut omnes vident. Boeclerus.

2. *Præparatusque.*] Ita Rhenan. & Aldi editiones. *Præparatusque.*] *Lege Paratusque.* quo utuntur, pro, *apparatu*, Tacitus lib. II. *ne domum, servitia, & ceteros fortuna paratus reposceret.* Ovidius lib. 3. de Pontò:

*Est opus exiguum, vestrisque paratibus impar.*

Manutus maluit cum Rhen. *præparatusque.* non belle puto. Schegk. *Præparatusque.*] Schegkiius, magno alio-tum applausu, edidit, *paratusque.* Sed noli aliquid mutare. Nam vulgata *le&io* nimirum fide codicis Ms. *Præparatum* autem, pro *ᾠδῶδεσσι*, usurpavit etiam Agellius lib. x. cap. XI. *in præparatu rei rusticæ.* *Præparatus*, ut *apparatus*; imò & *paratus*; quomodo reposuit Schegkiius. Qua voce, præter Ovidium, Tacitumque, quos adducit, usi etiam alii. In his Prudentius hymno in Hippolytum:

*Postquam composito satis instruxere paratu*

*Martyris ad pænam verbera, vincla ferat.* Vossius.

3. *Circa Brundisium.*] Solum conjectura est fulta hæc lectio. In *Mr.* pro, *circa*, legebatur, *contra.* Quod mihi mutare religio sit. Sane *contra Brundisium* valet è regione Brundisii. Sic apud scriptorem Belli Hispaniensis: *Èo die Pompejus castra movit, & contra Hispanin in oliveto consilivit.* Ita enim fuit in optimo omnium codicum Petaviano; non *circa*, ut vulgo edunt. Sic & Ammianus lib. XVI. ait; *contra Palerium.* Similiter eadem vox capitur in inscriptione veteri Collectionis Gruterianæ p. CCCCLXXXIX numero IV. *contra se porticum, & Vossius.*

4. *Rufi Salvidieni.*] Fuit accusatus in Senatu ab ipso Cæsare, populi Cæsarisque hostis judicatus; jugularis est, supplicationes ejus rei ergo decreta, Triumvirisque custodia urbis mandata: Dio lib. 48. Suet. cap. 66. Et quod Vellejus subjungit ex equestri ordine consulem creatum, hoc vult credo, Consulem designatum nondum Senatorem sive Senatorii ordinis. Schegk. *Rufi Salvidieni.*] Dio 48. p. 430. *Appian.* 5. *ἐμφυλ.* p. 710. ubi etiam illa *ars Cæsaris in evertendo Salvidieno*, aliis quoque Principibus in simili causa non raro usurpata. *Accium* enim ad se proptere, quasi præsentia ejus ad negotium quoddam opus haberet, moxque ad exercitum remissurus eum esset, occidit. Boecler.







78 fastidierant, Pompejus in Sicilia interfecerat. Hoc tractu temporum Octaviam sororem Cæsaris M. Antonius duxit uxorem. Redierat Pompejus in Siciliam, Antonius in transmarinas provincias: <sup>1</sup> quas magnis momentis Labienus, ex Brutianis castris profectus ad Parthos, producto eorum exercitu in Syriam, <sup>2</sup> interfectoque legato Antonii concusserat: qui virtute & ductu Ventidii una cum Parthorum copiis, celeberrimoque juvenum Pacoro regis filio extinctus est. <sup>3</sup> Interim Cæsar per hæc tempora, ne res disciplinæ inimicissima otium corrumperet militem, <sup>4</sup> crebris in Illyrico Dalmatiaque expeditionibus, patientia periculorum bellique experientia durabat exercitum. Eadem tempestate Calvinus Domitius, cum ex consulatu obtineret Hispaniam, gravissimi comparandique antiquis exempli auctor fuit. quippe <sup>5</sup> primipili centurionem nomine \* Vibillum, ob turpem ex acie fugam, fuisse

*Corcyra*; Βερβίνη Βερονίε, aliaque hujus generis. *Vossius.*

1. *Quas magnis momentis.*] Observa *momentis* pro motibus. quomodo & apud alios legisse, sic quasi per nebulam meminisse videor. Nam exempla in promptu nulla. immo ecce tibi unum Senecæ, Epist. 50. *Eximplum (clavi) a piscibus tractum est, qui cauda reguntur, & levi ejus in utrumque momento velocitatem suam stellant.* Acidal. *Quas magnis momentis.*] Florus 4,9. adscripique à Cameræ Auctores, quibus addendus Dio 48. Boecler.

2. *Interfectoque legato Antonii.*] Atqui ille se interfecerat. Florus: *Saxa, ne veniret in potestatem, à gladio suo impetraverat.* Lipsius. *Interfectoque legato Antonii.*] Saxam intelligit Vellejus. Atqui illum sibi manus intulisse, ex Floro objicit Lipsius. Sed in hoc quoque Florum fugit ratio. Mihi Vellejana sententia multo verior; præsertim propugnante eam Dione lib. xlviii. Apud quem obiter moneo, *Δικιδό-*

*Συζακ* legendum, non *Ξιζακ*, ut ex aliis, ita auctoritate Zonaræ, ejus scriptoris: apud quem tamen legitur *Δικιδό*. Mendose. *Vossius.*

3. *Interim Cæsar per hæc tempora.*] Alterutrum superfluum est, vel *interim*, vel *per hæc tempora*. Oro enim propter hoc quid utraque conjungatur? Sed ecce, aliud habeo. Neutrum delendum, una minima vocula transposita: *Interim Cæsar, ne per hæc tempora, res disciplina.* Per hæc tempora valet, ea temporum conditione, ut quibus in armis habere militem pro Repub. non necesse foret. *Acidal.*

4. *Crebris in Illyrico, &c.*] De quibus *vid.* Dio. 49. *Appian. Illyr. Liv. epic. 132. Hist. miscell. 7, 7.* Boecler.

5. *Primipili centurionem.*] In legione tria genera peditum: *hastati, principes, & qui omnes antestabant, triarii.* In singulis deni centuriones, ab ordine in hastatis & principibus nominati; nimirum primus hastatus, primus princeps; secundus hastatus, secundus princeps; tertius,

79 fuisse percussit. Crescente in dies & classe & fama Pompeii, Cæsar molem belli ejus suspicere statuit. Ædificandis navibus contrahendoque militi ac remigi, navalibusque <sup>2</sup> adfuescendo certaminibus atque exercitationibus, præfectus est <sup>3</sup> M. Agrippa: virtutis nobilissimæ, labore, vigilia,

tertius, & usque ad decimum. In *triaris* dispar. non enim primus triarius, sed primipili, primipili centurio primus centurio appellabatur. hic primus in legione post tribunum, qui parebat legato, ut legatus Imperatori. Hæc strinxit Vegetio & uberrimo Manutii nostri de hoc tractatu Schegkii.

\* *Vibillum.*] Ita antiq. cod. vulgo, *Jubillum.*

1. *Fuisse percussit.* Ritu prisco, milites vel fustibus vel vitibus castigare, vitibus plerumque Romanos, fustibus extraneos. Livii Epitomal. 57. *Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset vitibus; si extraneus virgis cecidit.* Honestior autem pœna vitis quam fustis. Plinius lib. 14. cap. 1. *Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordine ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.* Hinc lex à Gracchis lata, qua fustium pœna eximebant Latinos. Plutarchus in Gracchis. Putidum sit adfucere de militaribus pœnis jam pertractatis plane, pleneque Burr. *Ms. fusti percussit.* Bonhoim. *fustem percussit.* forte, *anfustim percussit*, elegantius genere, si quid mutandum. *Schegk. Fuisse percussit.*] Ms. lectio, *fusti. Percussere* autem in fustigatione nihil aliud, quam *Φορδίζω*. Sic *percussores, Φορδίζεις*. Quæ moneo, ne quis audiat illos, qui apud Livium lib. v. *fustuarium*, leve supplicii genus esse arbitrantur. Sane clare docet Polybius lib. vi. hæc pœna condemnatos ad mortem usque cædi solere. A sticiebantur autem fustuario, ut idem docet, qui falsum dixissent testimonium, qui furtum fecissent, qui juvenibus abuterentur, aut qui ter ob

idem delictum alteri puniti. Etiam qui infamiam essent fecissent. Hinc leges xii. Tab. *Si quis occinasi malum carmen, sive condidit, quod infamiam fecit, flagitiumve alteri, capitalis esto.* Tales enim ex cautione xii. Tab. fuisse punitos, docent Porphyrio in Horatii lib. ii. epist. i. & Cornutus in Perlii (Saryam). In veteri item inscriptione Romana Collect. Grut. p. c10. ex. iv. fustuario subdi jubentur molendinarii, qui fraudem fecissent. Alia de fustuario scire qui desideret, adeat ea, quæ Lipsio notata libro de Militia Romana quinto, Dialogo duodevigesimo. *Voss. Fuisse percussit.*] Alii *fusti*. Pertinet hoc quoque ad Vellejanam inscriptionis commendationem, quæ exempla quarumcunque rerum publice utilium subinde, non sine gravitate, annotat: sicut hoc loco & alibi. disciplina militarem vindicatum, in cujus scilicet sinu ac tutela serenus tranquillussue beatæ pacis status acquiescit, ut loquitur *Valer. 2, 7. pr. De pœnis militaribus* valde erudita sunt, quæ tradit *P. Faber semestr. 1, 17.* Castigabantur autem milites, vel *fustibus* (quæ coercitio communis militibus & paganis erat) vel *vitibus*, quæ propriæ militaris animadversio. Potest autem etiam de *Ευλοκρητία* quam describit *Polyb. lib. 6. Vellejus* intelligi. Adde *Cal. Rhodigin. 26. c. ult. Lips. milit. Rom. 1. 18.* Boecler.

2. *Adfuescendo.*] *Adfucere* postquam *adfucere*, pro adfucere. *Acidal.*

3. *M. Agrippa.*] *Ignobilis loco, bonum militia & virtutis scium*, Tacit. i. vocat. ad Horat. Oda 6. Senecam patrem Controvers. i. 2. Dion. Appian.



vigilia, periculo invictus, <sup>1</sup>parendique sed uni scientissimus, aliis sane imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens. Hic in Averno ac Lucrino lacu speciosissima classe fabricata, quotidianis exercitationibus militem remigemque ad summam & militaris, & maritimæ rei perduxit scientiam. Hac classe Cæsar, cum prius, <sup>2</sup>despondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Liviam, auspiciis reip. omnibus duxisset eam uxorem, <sup>3</sup>Pompejo Siciliaeque bellum

1. *Parendique sed uni scientissimus.*] Soli Augusto nimirum parere doctus, ceteris omnibus se anteponebat. Atque hoc ipsum magnum est in magno ingenio, scienter parere Principi aut Regi. Cujus artis summam dixeris expressam à Dione 53. ubi Agrippam, cum multa imo pleraque gloriosa consilia Augusto suppeditaret, & facta pararet, nihil tamen prorsus ejus gloria sibi arrogasse, refert, ἡδὲ ἐπὶ Βασιλῆος τὸ δόξῃς αὐτῶν ἀνέπεισεν, inquit. Honores quoque ab Augusto sibi delatos in ipsius potius gloriam usque dispensabat, quam in suam lubidinem. Hujus est illa primaria ad aulicam vitam disciplina, qua virum in aula victurum duabus sibi rebus consulere oportere ostendit, primo difficultates rerum in se recipiendo, amolendoque; deinde, consummate perfectæque rei nomen & gloriam ipsi (Principibus) relinquendo. Δουῖν περὶ τὴν ἀνδρα τὸ σθησιώδρον, τὸ πρὸ ἀρχαίας αὐτῶν τὸ πρᾶσιμαίων ἀπαλάττων, τῶν δὲ ἡγεθῶσιν ὁσίων κείνοισ φιλᾶσθην. Quem Dionysius 49. p. 450. locum (ab interprete, priore moniti membro, parum congrue verum; ut negotio profectus difficultatem ejus à se removeret. non enim, ut difficultatem à se removeat, quasi declinat; sed ut amoliat, id est, expedit eam sustinendo agendoque, dicitur) merito Majoribus Principum administris commendavit Lipsius 3.

polit. 11, 14. cum præsertim memorabilia sint, quæ in Dione præcedunt, de ingenio Regum, omnium rerum gloriam sibi vindicante, aliis invidente. Boeclerus.

2. *Despondente ei Nerone.*] Ἐξιδούκῃ δὲ αὐτῶν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ ἄσπερος ἢ πάλῃ, inquit Dio 48. p. 438. Elocubabat autem Liviam ipse maritus, tanquam Patris loca. Scilicet hoc schema quærebatur rei, quasi maritus sponte concederet Augusto uxorem. Revera autem Tib. Neronis matrimonio Liviam, & quidem prægnantem, abduxit, ut simpliciter loquitur Suetonius Aug. 62. sicut & Prudentes apud Tacit. 1. A. 10, 7. increpant, abductam Neroni uxorem, & consultos per ludibrium Pontifices, an concepto, necdum edito partu vire maberet. Ergo inter flagitia dominationis, id est, loco idoneo ac proprio referuntur hæc talia à Clapmaro 5. Arcan. 3. Operpretium autem fuerit cognoscere, quæ Dio circa responsum Pontificum ἐπιπελάκως annotat. fallor an minime inusitata sunt recentioris quoque ævo ejus adulationis exempla, quæ omnia Principum honesta atque inhonesta excusare, etiam illis motus est, quorum conditionem dignitatemque valde videantur ista dedecere. Boecler.

3. *Pompejo Siciliaeque bellum.*] Præter scriptores supra laudatos, accurate hæc omnia exequitur Dio lib. 48. & 49. Boccler.

1. *Veliæ.*]

bellum intulit. Sed virum humana ope invictum, graviter eo tempore fortuna concussit. quippe longe majorem partem classis circa <sup>1</sup>Veliæ <sup>2</sup>Palinurique promontorium, adorta vis Africi laceravit ac distulit. Ea patrando bello mora fuit, <sup>3</sup>quod post ea dubia, & interdum ancipiti fortuna gestum est. nam & classis eodem loco vexata est tempestate, & ut navali primo prælio apud <sup>4</sup>Mylæ ductu Agrippæ pugnatum prospere; ita inopinato classis adventu, gravis sub ipsius Cæsaribus oculis circa <sup>5</sup>Tauromenium accepta clades: neque ab ipso periculo absuit. Legiones quæ cum Cornificio erant legato Cæsaribus, expolitæ in terra, præne à Pompejo oppressæ sunt. Sed ancipitis fortuna temporis matura virtute correctæ. Explicatis quippe utriusque partis classibus, præne omnibus exutus navibus Pompejus Asiæ fuga petivit. justique M. Antonii, cujus opem petierat, dum inter ducem & sup-

1. *Veliæ.*] *Velia* opidum, quod olim *Helia*, ad Sinum Pæstanium; Plinio. *Byle*, *Elea*; (ab Elea præterfluvio) & *Belea* βύλη καὶ βελέα, Stephano quoque dicitur. Strabo *Eleam* ἑλεᾶν, suo tempore; antea *Hyleam* ἡλέην, & *Ellam* ἑλλήν, appellatam scribit. Ἰελητῶν, meminit nummus argenteus meus. S. Bonifacio est Gabrieli Barrio. Ortel.

2. *Palinurique.*] *Palinurus* περὶ λίνουρον, Plinio, Virgilio, Patereulo, Horatio, Dioni & Straboni, promontorium Pæstanti sinus. portum dicit Halicarnassicus. De eodem Virg. 6. Æneid. *Eternumque locus Palinuri nomen habebit.*

Niger *Palinurus*. Ortel.

3. *Quod post ea dubia.* &c.] Quid audio? anceps fortuna alia, quam dubia? hoc enim interjecta particula interitum innuit. sed ea traducta scribere: quia interdum & ancipiti. Nisi tamen dicas, ancipitem esse periculosa &

hac quadam ratione à dubia diversam. ancipitia enim sine certo periculo rangi & tractari nequeunt: in dubiis non item est. Et hoc tamen putidum & puerile. Quin potius voculam trajiciamus, ut monstratum. *Acidal.*

4. *Mylæ.*] *Mylæ* μύλαι, Ptolomæo, Patereulo, Appiano, Plinio, Silio, Dioni, Suetonio, & Thucydidi, Siciliae urbs. *Milæ*, vel *Milazzo*, Fazello & Aretio hodie appellatur. Ortel.

5. *Tauromenium.*] *Tauromenia*, Siciliae colonia, præcis *Naxos* vocata; ut Plinius & Solinus testantur. *Tauromenium* τῶν κορμίων, habet Ptolemæus, & Patereculus. *Taurus* olim, locus vocabatur, Diodoro teste 15. Vibius dicit aliter *Eustibonora* nuncupari. *Naxos* *Schison* hodie nominant; scribunt Fazellus, & Arelius, *Tauromenia* Anonymus quidam. *Tauromenium* & *Naxos*; diversa sunt apud Strabonem. *Col. Aug.* *Tauromen.* est in Tiberii nummo. testis Goltzii Thesaurus. Ortel.



supplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio jugulatus est. cui in tantum duravit hoc facinore contractum odium, ut mox ludos in theatro Pompeii faciens, execratione populi, spectaculo quod præbebat pelleretur. Acciverat gerens contra Pompejus bellum ex Africa, Cæsar Lepidum cum XII femiplenis legionibus. Hic vir omnium vanissimus, neque ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeii, quia propior fuerat, sequentem non ipse, sed Cæsaris auctoritatem ac fidem, sibi junxerat: instatusque amplius XX legionum numero, in id furoris processerat, ut inutilis in aliena victoria comes, quam diu moratus erat, dissidendo in consiliis Cæsaris & semper diversa iis quæ aliis placebant dicendo, totam victoriam ut suam interpretaretur; audebatque denunciare Cæsari, excederet Sicilia. Non ab Scipionibus aliisque veteribus Romanorum ducum, quidquam ausum patratumque fortius, quam tunc à Cæsare. Quippe cum inermis & lacernatus esset, præter nomen nihil trahens, ingressus castra Lepidi, evitatis, quæ jussu hominis pravisimi tela in eum facta erant, cum lacerna ejus perforata esset lancea, Aquilam legionis rapere ausus est. Scires quid interesset inter duces, Armati inermem secuti sunt; decim-

decimoque anno, quam ad diffimillimam vitæ suæ potentiam pervenerat Lepidus, & à militibus & à fortuna desertus, pulloque velatus amiculo, inter ultimam confluentium ad Cæsarem turbam latens, genibus ejus advolutus est. Vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt. spoliata quam tueri non poterat dignitas. Subita deinde exercitus seditio (qui plerumque contemplatus frequentiam suam, è disciplina desceiscit; & quod cogere se putat posse, rogare non sustinet) partim severitate, partim liberalitate discussa principis. Speciosumque per id tempus adjectum supplementum Campanæ colo-

1. A Titio jugulatus est.] Phrygiæ in oppido Midaio, ut Dio, an, Mileti, ut Florus, & Appianus. Schegk. A Titio jugulatus est.] Dubitat Schegkius, accideritne id Phrygiæ in oppido Midaio, ut ait Dio, an Mileti, ut Florus, & Appianus, asserunt. Mihi errasse Dionem certum est. De Mileto enim testatur scriptor ejusdem prope modum temporis, atque omni exceptione major. Strabo Geog. lib. III. Fossum.

2. Inutilis in aliena victoria.] Verus editio, inutilis aliena victoria comes.

3. In consiliis Cæsaris.] Vetus, in

Cæsari. Dissidere cum dandi casu pro auferendi cum præpositione. Acidali.

4. Non ab Scipionibus.] Factum tam memorabile Augusti, quod hoc capite exponitur, scripsere etiam Dio 49. p. 455. Appian. 5. ἐμφυλ. p. 742. & seq. Livius perit. 129. Histor. miscell. 7. 6. Sueton. Aug. 16. Tacitus, una voce exuendi opportune huc accommodatam rem complectitur s. A. 2, 1. Borelva.

5. Inermis & lacernatus.] Adi Dionem, cui alia mens sedet. Schegk.

6. Facta.] Princeps editio, facta. Quod etiam Latinum est: agere tela, pro adigere apud Cæsarem legitur.

1. Quam tueri non poterat.] Manut. intueri. Suetonius narrat Lepidum supplicem concessa vita Citceis in perpetuum relegasse. Schegk.

2. Exercitus seditio.] De hac seditione ejusque compositione & supplemento Campanæ colonie accurate Dio 49. p. 456. & 457. Appian. 5. ἐμφυλ. p. 744. Hist. misc. 7. 6. Noster præcipuum artem componendæ seditionis Severitatem comitatis mixtura temperatam hoc loco innuit. Vide Lips. 6. polit. 4. & hac occasione nota, Libro Primo Annalium Taciti, singulari prorsum arte copiaque id argumentum, de seditionibus militaribus, earumque remediis, tractatum ac veluti exemplo perfecta commentationis perscriptum est. Boeclet.

3. Contemplatus frequentiam suam.] Simile dictum Tacito lib. I. Annal. Illi quoties oculos ad multitudinem vertebant, vocibus irruentibus strepere. Schegk.

4. Campanæ colonie.] Tota hæc res explicata ab uno Dione, lib. XLVIII. qui de hac ipsa seditione, & ejus pagamentis: Οὗτοι μὲν τότε τῆς ἐπιλευίας κληρονομήσαντες ἐπέδωκαν αὐτοῖς τὰς ἀγρούς. & πολλὰ ὑπέσταντο αὐτοῖς ἰδιώματα. ἐπειδὴ γὰρ σκελετοῦ ἐπιλευίας ἦν ἐν τῷ δήμῳ τότε ἔσται.

ἠεσοῦσε πάλιν ἀλλὰ τὸ ἐπιλευίας Καμπανίαν τὴν ἐν τῇ Καπύῃ οἰκῆσαντων συχλῶν (ἐν γὰρ ἐποικίαν πάλιν πολλῶν ἰδιώται) ἐ αὐτοῖς τότε ὑπέσταντο τὸ ἕλθον ἀνομοσθητόν, ὅφρα ἐπέκλειστον ἀπὸ πάντων ἀγροῦν, τὴν τε γῆν τῶν Κνωσίων, ἧς ἐπὶ τῷ ἔτι κρησθέντων, ἀντίδωκε: Atque ita milites tunc quidem composuit: & argentum statim, agros non multo post iis dedit. Quoniam enim publici, qui tunc erant, non sufficiebant, etiam alios emisit à Campanis illis, qui Capuam incolunt, eosque multos (multis enim colonis indigebat ea urbs) & ipsi tamen aquam Juliam, quæ maxime omnium gaudens, tum terram Cnosiam (Gnosiam melius est: que Dione in Cretâ:) quæ etiam nunc fruuntur, eorum loco dedit. Omnia hæc quasi de industria scripta ad Velleii lucem: & quis scit, si non à Dione istinc sumpta? Quod tamen hic scribitur: ejus reditus erant publici, pravum est. Quid reditus ad rem præsentem? nec eos sane emit Cæsar, sed agros. In editione prima: ejus reliqui erant publici. Certum habeo, ejus reliqui: id est, Capua reliquos habebat agros publicos, qui nondum attributi, & qui non venerant in divisionem. Hos (Dione palam narrante) ab iis emit Cæsar. Lipsius.



coloniæ. ejus reditus erant publici: pro his longe uberioribus reditus duodecies H-S in Creta insula redditi, & aqua promissa, quæ hodieque singulare & salubritatis<sup>1</sup> instar & amœnitatis ornamentum est. Insigne<sup>2</sup> coronæ classicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit. Victor deinde Cæsar reversus in urbem, contractas emtionibus complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipsius,

1. *Instar.*] Festus Pompejus ab instaurari deducit: quoniam illud instaurari proprie dicitur, quod ad formam similem exemplo priori reducitur. Hic verò instar non exemplum est, neque passivè pro eo capitur, quod est instauratum; sed enim activè, ut quod instaurat; heic nempe salubritatem. *Acidalius.*

2. *Corona classica.*] Tangit princeps Poëta:

*Tempora navali fulget rostrata corona. Rostrata Plinio quoque dicta. vide Agellium. Schegkii. Classica.*] Vocatur alius navalis & rostrata: quia quasi rostris navium insignita est; ut ait Gellius 5, 6. Unde effigies Agrippæ cum tali corona in antiquis nummis.

3. *Quo nemo unquam.*] Si voluit dicere Vellejus, neminem ante Agrippam reportasse coronam navalem, hoc est, rostratam; aut erravit, aut diversum sentit à Plinio. is enim non dubitat affirmare lib. 16. cap. 4. *Cedunt rostrata, quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres; M. Varone, piraticis bellis dante Pompejo Magno: itemque M. Agrippa, tribuente Casare Siculis.* Sed & idem Naturæ mythes unicus l. 7. cap. 30. *M. Varonis, in bibliotheca qua prima in urbe ab Asinio Pollione ex manubus publicata Romæ est, unius viventis posita imago est: haud minore, ut equidem reor, gloria, principe oratore & cive, ex illâ ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine unam hanc coronam dante,*

*quam cum eidem Magnus Pompejus piratico ex bello navalem dedit.* Et vero nullo ævo cuiquam contigisse coronam rostratam, præterquam uni Agrippæ, idem etiam prodidit Dio Cassius l. 49. nec is tantum, sed & testis omni exceptione major, Livius, cujus hæc legimus Epitomâ cxxix. *M. Agrippa navali corona donatus est: qui honos nemini ante eum habitus erat.* quibus motus verbis, damnaverim potius unum Plinium, quam triumviros istos alios: etsi aliter visum viro maximo, in libris de Militiâ Romana, lib. 5. c. 14. *Grut. Quo nemo unquam.* Ubi Agrippæ contigisse hunc honorem testantur, Dio 49. p. 457. τὸ Ἀγρίππας ἐπὶ Ὀρεινὸν χροστὸν ἐμβόλοισι ἠοπηδῶν ἐδωρήσατο. ὁ μὲν ἀεστερον, μὴτ' αὐδὸς ἀλλὰ τῶν ἰππέων. *Agrippam coronam rostrata aurea donavit: quod neque ante neque postea cuiquam contigit.* Ita Liv. epit. 129. *Plinius autem 16, 4. & 7, 30. cum M. Varone, cui Pompejus coronam navalem dedit, communicat hoc decus: Cui assentiendum opinatur Lipsius: Gruterus autem cetero rum auctoritatem præfert.* An & Seneca ab eorum parte, cui 3. de benef. 32. *Agrippa dicitur navali corona insignitus unicum adeptus inter dona militaria decus, quamquam unicum pro eximio & singulari hic accipi possit.* Vide Turneb. 26, 19. & Taubm. ad 8. Virgil. *Æneid.* v. 684. *Boeclerus.*

1. *Tem-*

ipsum, publicis se usibus destinare professus est: templumque Apollini & circa porticus facturum promisit, quod ab eo singulari extractum<sup>2</sup> munificentia est. <sup>3</sup> Quæ ætate Cæsar tam prospere in Lepidum in Sicilia, bene fortuna in Cæsare & rep. militavit ad Orientem. quippe Antonius<sup>4</sup> cum xiiii. legionibus ingressus Armeniam ac deinde Mediam, & per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obvium. primoque duas legiones, cum omnibus impedimentis tormentisque<sup>5</sup> & Statiano legato amisit; mox sæpius ipse, cum summo totius exercitus discrimine, ea adiit pericula; quibus servari se posse desperaverat; amissaque non minus quarta parte militum, captivi cujusdam, sed Romani, consilio ac fide servatus. qui clade Crassiani exercitus captus, cum fortunam non animum mutasset, accessit nocte ad stationem Romanam: prædixitque, ne destinatum iter peterent, sed diverso

1. *Templumque Apollini.*] Dio 49. p. 458. *Sueton. Aug.* 29. *Boecler.*

2. *Munificentia.*] Haud displiceat Lipsio *magnificentia.*

3. *Quæ ætate Cæsar, &c.*] Vestram fidem, Musa, quam turpiter locus elegans maculatus, an mutilatus. Tentavit industria singulari Schegkii: *Quæ ætate Cæsar tam prospere in Lepidum in Sicilia, bene fortuna in Cæsarem & Remp. militavit ad Orientem.* Et in hoc secutus librum Bonhomæ: post quem tentemus & nos itidem, si quid forte poterit clarius extricari. Sed libertate mihi opus est paullo majori, quam non ex mea cupidine, sed usu sumam Velleii. Ergo ita ausus fuim: *Quæ ætate quam Cæsari prospera in Lepidum in Sicilia, tam scava fortuna in Cæsarem & Remp. militavit ad Orientem.* quomodo conficitur idonea maxime & aperta sententia. Verùm, enim verò alios etiam inedicos desiderare videtur hic locus, & non nisi scri-

ptos codices: sine quibus, qui conabitur, quidquid erit, quod præstiterit, itidem incertum erit, ut quod vel ego, vel ceteri omnes attulimus. *Acidalius.*

4. *Cum xiiii. legionibus.*] xvi. pro xiiii. reponi debere, rectissime monuit Cl. Noster *Freinshemius ad Flor.* 4. 10, 10. E quo capite petes historiam hanc, tum ex annotatis à *Cameræ* scriptoribus, quibus Dio præsertim addendus, 49. *Boeclerus.*

5. *Et Statiano legato.*] Oppium Statianum nominat Dio lib. xi. ix. In Plutarchi Antonio corrupte est, *Talcaivos*, pro *Σταλιανός*. Hoc eo magis moneo, ut appareat, falsam esse Syllburgii suspicionem; qui putabat, eundem hunc esse, quem Florus Saxam nominat. Id vero eo etiam refellitur, quod Saxa jam esset interemptus; ut ex Dione, & aliis, jam supra ostendimus. *Vossius.*

1. *Atque*



verso silvestrique pervaderent. Hoc M. Antonio <sup>1</sup> atque illis legionibus saluti fuit: de quibus tamen totoque exercitu haud minus pars quarta, ut prædiximus, militum; calonum servitiique desiderata <sup>2</sup> tertia est; impedimentorum vix ulla superfuit. Hanc tamen Antonius fugam suam, quia vivus exierat, <sup>3</sup> Victoriā vocabat. Qui tertia ætate reversus in Armeniam, regem ejus Artavaſden, fraude deceptum catenis, sed <sup>4</sup> ne quid honori deesset, <sup>5</sup> aureis vinxit. Crescente deinde & amoris in Cleopatram

1. *Atque illis legionibus.*] Ita legendum, non octo, arguunt præcedentia, & Florus apud quem, *xvi. legiones.* statim male vir doctus, *10 tertia*, omisit. Schegk. *Atque illis legionibus.*] Ita enim, vel (*ac tot illis t.*) potius legimus, quam *Hoc M. Antonio octo.* quod in libris repertum, licet sensum aliquem sustinere possit, valde tamen à Vellejana elegantiā videtur abesse. Boeclerus.

2. *Tertia.*] *Tertia* in Rhenani edit. expressa, non omitti ab aliis debuit. Boeclerus.

3. *V. Floriam vocabat.*] Geminum penè dictum de eodem L. Flori, lib. 4. cap. 10. *Egredius Imperator tandem profugit in Syriam: ibique incredibili quadam mentis æcordiā, ferocior aliquanto factus est; quasi vicisset qui evaserat: ubi Philosophicè tamen magis Annæus loquitur quam Ethicè aut Grammaticè: ita enim solent homines, præter spem vivi. Sallustius bello Jugurthino cap. 98. & ipsi duces feroces; ac quod sui non fugerant pro victoribus sese agere.* Annibal apud Horatium lib. 4. Oda 4.

*Cervi, luporum præda rapaciam, Scellamur ultero; quos opimus Fallere & effugere est triumphus.* Syrus apud Terentium Heautontimor. Actu 1. Sc. 1. — *in triumpho si licet me latere tecto abscedere.* Gruter.

4. *Ne quid honori.*] Forsan legendum: *Ne quod oneri deesset, &c. non honori.* quod verbum videtur subditum ab eo, qui non animadvertit, Vellejum jocari voluisse in voce aureis, quod constet, aurum veteris metallis gravius esse Ursu. *Ne quid honori.*] Ursinus, *oneri:* ut in eo ludat Vellejus, quod aurum gravius sit cæteris metallis. Quasi vero reges oneris, non honoreis causa, aureis, aut argenteis catenis vinciri soleant. *Vossius.*

5. *Aureis vinxit.*] Curtius de Dario; *Agmen eorum tertio asscuto die, ut tamen honos regi non haberetur, aureis conspedibus Dariū vinciunt, nova ludibria subinde excogitante fortuna.* Moris antiquitus pro dignitate captivum nunc aureis, nunc argenteis, nunc ferreis vincire catenis. De Aureis Clemens in Pædagogo lib. 11. *Illa vero veram pulchritudinem obscurant, auro tam adumbrantes, nec intelligunt quantum in se delictum admittunt, se innumerabilibus vinculis alligantes, quemadmodum dicant apud Barbaros scelestos & maleficos homines auro vinciri. Captivos hos vincitoque divites videntur esse emulata mulieres.* Antonius de Croeso,

— *Croesum in amicis habet, Vinculumque pedicis aureis, secum junbet*  
*Reliquum quod esset vita, totum degeres.*  
Propertius lib. 11.

Aut

tram incendio, & virorum, quæ semper facultatibus licentiaque & assentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferre constituit; cum ante, novum se <sup>2</sup> Liberum Patrem appellari jussisset, <sup>3</sup> cum redimitus hederis, coronaque velatus aurea & <sup>4</sup> thyrsū tenens cothurnisque succinctus, curru, velut Liber Pater, vectus esset Alexandriæ. Inter hunc apparatus belli, Plancus non <sup>5</sup> judicio recta legendi, neque amore reipub. aut Cæsaris (quippe hæc semper impugnabat) sed morbo proditor, cum fuisset humillimus assentator reginæ, & infra servos cliens, cum Antonii librarius, cum obscœnissimum

*Aut regum auratis circumdata colla catenis,*  
*Adhaque in sacra currere vestra via.*  
Et Silius lib. 17.

*Ante Syphax feretro residens captiva premebat*

*Lumina, & aurata servabant colla catenas.*

Hinc in Panegr. Maximiano dicto: *Xerxes Persarum Rex potentissimus, pedicæ jecit aureas in profundum, Neptunum se dicitans alligare.* De argenteis Dio lib. 49. *postquam custodes gazæ non obtemperarunt, qui in armis erant, Artaxam maximum natu inter filios, regem ejus loco constituerunt, argenteis Artaxam catenis vinxit, quia nimis turpe erat, regem ferreis in catenis haberi.* Ammianus de Arsace, à Sapore capto: *Eumque effusis oculis catenis argenteis, quod apud eos vanum suppliciorum estimatur esse solatium, exterminavit ad castellum Agabanum nomine.* Schegk.

1. *Bellum patriæ inferre constituit.*] Ovidius lib. 15. *Metamorph.* *Romanique ducis conjux hæc optata tædæ Non bene sic cadet, frustra que erit illa minuta*

*Servitura suo Capitolia nostra Canopo.*  
De amore Antonii in Cleopatram Horat. lib. Epod. 17. Schegk.

2. *Liberum patrem.*] Sed etiam Athenis. Athenæus è quarto Socratis Rhodii. Seneca Suasoriar. 1. *Diffensionem Senecæ & Dionis in dote notarunt Junius & Animad. 1. & Lipsius eandem insaniam insanierunt Antigonus & Caligula.* Athenæus 4. *Herodian. alii. Schegk. Liberum patrem.*] Unde & *Διονύσιος* cognominatus est, teste Plutarcho. *Alii* aliorum Deorum æmulati sunt habitum & cærimoniam; Bacchum autem pluribus imitari placuit, præsertim Mithridati, Antigono, C. Mario, Alexandro M. Vide Schotti *observat. hist.* 3. 3. & Cl. Freinsheimii not. ad Curt. 9, 10, 24. Boeclerus.

3. *Cum redimitus hederis.*] Eodem habitu Messallina apud Tacitum l. 1. *Simulacrum autumni celebrans: ipsi crimine fluxo thyrsū quatiens, juxtaque Silius hederis vinctus, gerere cothurnos.* Plura in Commentario Lipsius. addi velim de crinibus fluxis, & hoc Catulli in nuptiis Pelei:

*Sæpe vagas liber Parnasi è vertice summo*

*Thyadas effusus evanens crinibus egit.*

Et Macrobi. lib. 1. *Saturnal. Schegk.*  
4. *Thyrsū.*] Thyrsus erat hasta accitata hederis tecta, in orgiis Bacchi gestari solita.

1. E2



rum rerum & auctor & minister, cum in omnia <sup>1</sup> & omnibus venalis, cum <sup>2</sup> cæruleatus & nudus, caputque redimiptus arundine, & caudam trahens, genibus innixus, <sup>3</sup> Glaucum saltasset, <sup>4</sup> in convivio refrigeratus ab Antonio, ob manifestarum rapinarum indicia, <sup>5</sup> transfugit ad Cæsarem. & idem postea clementiam victoris pro sua virtute inter-

1. Et omnibus. ] Vulgo, in omnibus. Et omnibus. ] Nonne æquivalent, in omnia vana esse, &c, in omnibus? ego discrimen non video. Puto delendum posterius rā, in, faciendumque, in omnia, & omnibus. Duo objicit, vana ad omne facinus ac flagitium fuisse, & sine discrimine omnibus vana breviter: Ad quævis a quovis trahi auro potuisset. Lipsis.

2. Cæruleatus & nudus, &c. ] DI enim Marini antiquitus cæruleo habitu. Apulejus Miles. 4. de comitatu Veneris: *Adsumt, ait, Nerei filia chorum canentes, & Portumnus cæruleis barbâ hispidus.* & lib. 10. *Ipsæ autem color Dea divinus in speciem, corpus candidum, quod cælo deiecit: amictus cæruleus, quod mari remeant.* & capite tecto arundine, Virgil. 8.

— cum glaucus tenuis velabat amictu Carbafus, & crines umbrosa tegebat arundo.

Immo & Neptuno glauci oculi, teste Minutio in Octav. De Glaucoposte Sertium ad illud Poëtæ:

*Et senior Glauci chorus Inousque Palæmon.* Schegk.

3. Glaucum saltasset. ] De Glaucovide Natal. Comit. mythol. 834. Boecler.

4. In convivio refrigeratus ab Antonio. ] Moneo distinctiunculam mutandam: saltasset in convivio, refrigeratus ab Antonio. Saltasse enim eum vult in convivio, non illic refrigeratum. Sed quid hoc verbi? significat inepuisse gratiam ejus apud Antonium, & calorem illum amoris mutasse in fastidii frigus. Utebantur & in re actionis sive recitationis hoc verbo, ut Suetonii Clau-

dio scriptum, cap. xli. *Cum primum frequenti auditorio commississet, ægre perlegit, refrigeratus sæpe a semetipso.* Id est, frigore & fastidio sæpe affectus a sese. Rem enim ipsam, & reporem illum gratiæ sive amicitia, vocabant Frigus. Plinius lib. viii. epist. xiv. *Inverim Paulo (recitanti) aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.* Fabius: *Ruficitas, & rigor, & deformitas adferunt interim frigus.* Sed propius ad Velleii mentem Seneca epist. cxliii. *Potienus Montanus & amicitia Tiberii notus & frigore.* quem scilicet Tiberius & ardentem amavit, & subito fastidivit. Nec peccet, qui Horatium sic explicet:

— majorum ne quis amicus  
Frigore te severat.

nisi alio quoque hoc commode duci haud negem. Suetonii locum noviter corrigo, Aug. cap. xxvi. *Desideravit & M. Agrippa patientiam & Mæcenatis taciturnitatem: cum ille ex levi rigore suspicione, & quod Marcellus sibi antefereatur, Mitylenas se contulisset.* Nam quis rigori hic locus? nec suspicio de eo esse potest, sed sensus. Scripsit vero *frigeris*: hac ista nostrâ mente. eoque, inquit, recessit Agrippa, quod alienior sibi Augustum suspicaretur, & præferri atque in gratiâ esse Marcellum. Terentii illud huc quoque fecerit: *Nimirum hinc homines frigent.* Atque omnino amor, ardor est: fastidium aut defautio, frigus. Lips. *In convivio refrigeratus ab Antonio.* ] Ni fallor, est heic refrigerare, quod Plautus dicit *Frigidam suffundere.* Acidal.

6. Transfugit ad Cæsarem. ] Qui pecca-

interpretabatur; dictans, <sup>1</sup> id probatum à Cæsare, cui ille ignoverat. hunc mox avunculum Titius imitatus est. Haud absurde Coponius, <sup>2</sup> vir prætorius gravissimus, <sup>3</sup> P. Siliii focer, cum recens transfuga, multa <sup>4</sup> ac nefanda Plancus absenti Antonio in senatu objiceret: Multa, inquit, mehercules fecit Antonius, pridie, quam tu illum relinqueres. <sup>5</sup> Cæsare deinde & Messalla Corvino Cos. de-  
bellatum <sup>6</sup> apud Actium; ubi longe ante quam dimicaretur, exploratissima Julianarum partium fuit victoria. Vige-  
bat in hac parte miles atque imperator, illa marcebant omnia. hinc <sup>7</sup> remiges firmissimi, illinc inopia affectissimi.  
navium

runt in leges, statim etiam metuunt, & per consequens, oderunt legum custodes. Itaque viderit Princeps, ut semper administratorum suorum delicta graviora puniat. etsi enim forte peccantibus ex animo ignoscat, ii tamen non tam putant sibi indulgeri quam temporis. Sic apud Cæsarem lib. 3. *Civilis belli cap. 40 transfugiant tandem nobiles duo Allobroges, fortasse non se liberari, sed in aliud tempus reservari arbitrati;* ut ibi loquitur Julius; & nos exemplis selectis ostendimus ad Tacitum lib. 1. *Histor. capit. vigesimo extremo. Gruter.*

1. Id probatum à Cæsare. ] Principes non omnia puniunt, sed non ideo eadem probant. Valet enim ibi illud Curtianum lib. 7. *Lyncestes Alexander, quia primus Alexandrum, regem salutarerat, supplicio magis quam crimini fuerat exemplus.* Egregie Livius de Epirotarum legatis, petentibus à Senatu, ut in amicitia pristina esse liceret, lib. 36. cap. 35. *responsum datum est, quo veniam impetrasse, non causam probasse videri possent.* Gruter.

2. Vir prætorius, &c. ] Vir doctus & Rhen. *vir prætorius, gravissimus pater, Siliii focer.* Est ille Silius qui postea Consul. Cujus præter Dionem & Appianum Suetonius meminit. Burr. vir

è prætorius. forte, *vir è prætoris.* Schegk.

3. P. Siliii. ] Habet editio Rhenani. Alii emendarunt, *gravissimus P. Siliii focer.* Quid si tentemus? *gravissimus patris Siliii focer.* Sane non leviter hanc conjecturam firment verba Augusti apud Suetonium in vita ejus: *Accesserunt conviva, Vinicius, ac Silius pater.* Sic enim Mss. auctoritate legere malim, quam *Silvius*, ut vulgo editum. *Vosius.*

4. Ac nefanda. ] Alii, *miranda.*  
5. Cæsare deinde & Messalla Corvino Cos. ] Quæ in hoc, & sequentibus duobus capitibus habentur, scribere Florus 4, 11. quosque ibi *Camers* ac *Frisshemius* nominaverunt: quibus adde *Propert. lib. 4. eleg. 6. tot. & Panig. Theodos. Lat. Patat. c. 33. tot.* Boecler.

6. Apud Actium. ] Luculenter describit doctissimus Poëta 8. libro sui operis. Schegk.

7. Remiges. ] [Vulgo *reges*: contra quam lectionem ita Lipsius:] *Torsit me olim, cum publice legerem, hic locus: credo & illum, qui quis in mente leger.* An reges à Cæsare firmissimi, ab Antonio inopes & imbecilli? planissime contra est: nec dicam pluri aur potentissimi, sed præne omnes reges ab isto steterunt. Palam



<sup>1</sup>navium hinc magnitudo modica cum celeritate, adversa illa, <sup>2</sup>specie terribilior. hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliqui transfugiebant. Denique in ore atque oculis Antonianæ classis per M. Agrippam <sup>3</sup>Leucas expugnata, <sup>4</sup>Patræ captæ, Corinthus occupata, bis ante  
ulti-

lam & vere ita Dio, *Συμμάχησαν*, inquit, *τῷ Ἀντωνίῳ οἱ τε βασιλεῖς* & *οἱ δὴ δὴ αὐτῶν πάντες ὡς εἶπαι, οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατῶν τότε ὑπὸ ἐκείνων ἔσθην χερσίνωντες, οἱ μὲν αὐτῶν, οἱ δὲ δι' ἑαυτῶν: Commiliabant & auxiliabantur Antonio reges dynastæque omnes, ut breviter dicam, quicumque Romanum imperium, quod duobus iis tunc parebat, attingerent; alii ipsi eorum, alii per alios & submissos. Quinetiam in Plutarcho index, in quo nominatim reges Antonio adherentes recensentur, non solum Orientales plerique omnes, sed transmarini. Si voles, vide. At apud Cæsarem contra qui? neminem reperio: imo vix esse potuerunt, quia in illius partibus dumtaxat Italia, Illyricum, Gallia, Hispania, Africa, & insulae interjectæ. In iis autem omnibus regionibus, qui tunc reges, nisi si forte in Africa? Ex eâ ipsâ Bochum eripit nobis, & transfert ad Antonium Plutarchus. Jure ergo, ut dixi, hærebam. Quid autem est in re? Vellejanæ adulatio, uti tunc censebam? minime. nec in scriptore, sed in scripto culpa, quam derectam nunc tollo. Scripsit Vellejus: *hinc remiges*. Vide *μεπεσολλού!* à sceptris venimus ad Remos. Sic oportet. & docebunt te Plutarchus & Dio, Antonium hac parte maxime peccasse, quod hiemem cæptis suis interposuerit: atque ita classis, quam paratam habuerat, valde viribus imminuerit. quoniam plerique remigum vel inopiâ aufugebant, vel morbo peribant. Ita necesse habuit *ex afflictissimâ Græcia*, ait Plutarchus,*

*corripere viatores, agasones, messoros, adolescentulos; iisque ægre etiam implevit naves*. Ergo vere hic scriptum remiges fuisse inopiâ *afflictissimos* (quæ ipsa phrasîs non apte cadit in reges-) contra *firmissimos* Cæsar, recentes videlicet & bellis Siculis probe exercitatos. *Lipsius Remiges*.] Vulgo reges. Philadelphum Paphlagoniæ, & Amyntam, Galatiæ reges, forsitan intelligit Vellejus. Hi enim ad Cæsarem transfugerunt; ut Dioni, & Zonaræ, traditum. Sed hoc paullo post evenisse, liquet ex Vellejo, qui Amyntæ etiam meminit. Stabulis itaque manet emendatio Lipsii: *hinc remiges firmissimi*. Vide ejus Animadversiones. *Vossius*.

1. *Navium hinc magnitudo*.] Aldus, *Nav. hinc* (vel hic) *magnitudo modica, cum celeritate*. Ut est in editione Wech. *Alii Nav. hinc magnitudo modica, sed celerior*.

2. *Specie terribilior*.] In exemplari vetusto, *specie & terribilior*. unde Rhenanus legit, *specie erat terribilior*. Burterius, *specie terribilior*. *Specie terribilior*.] Lipsii putat legi hic etiam posse *terribiliora*. Schegkiius edidit *ex adverso illa specie terribilior*. Alii, *ex adversa illa specie terribilior*. *Specie terribilior*.] De Antonii navibus Dio l. 54. ait, eas ædificasse Antonium multo hostilibus majores, paucas tritemes, reliquas omnes à quaternis usque ad duos ordines remorum capaces. Vide Florum lib. 4. *Schegk*.

3. *Leucas*.] Oppidum in Leucadia peninsula.

4. *Patræ*.] Civitas in Achaia prope Olenum, Vide Thucydidem lib. 6.

I. *Rex*

ultimum discrimen classis hostium superata. <sup>1</sup>Rex Amyntas meliora & utiliora secutus (nam <sup>2</sup>Deillius exempli sui tenax & illo bello) virque clarissimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium, nunquam reginam, <sup>3</sup>nisi nomine salutavit; maximo & præcipiti periculo <sup>4</sup>transmisit ad Cæsarem. Advenit deinde maximi discriminis dies, quo Cæsar Antoniusq; productis classibus, <sup>5</sup>pro salute

I. *Rex Amyntas*.] Cum Beato vir doctus: nam de illius exemplo *vite natura Dolabella*, nullo sensu. Matthæus Klock acutissimi ingenii juvenis ex Rhenani, non male, emendat, *inde illius exemplo mature Dolabella ad Cæsarem*. Schegk. *Rex Amyntas*.] Atrox & aperta plaga: cui leve adhuc fomentum. Est qui legat: *Inde illius exemplo vir audax Dolabella*. alius: *inde illius exemplo mature Dolabella*. Uno verbo, nihil ad Bæchum. In autographo fuit (certe editio prima sic refert:) *nam de illius exemplis vite maxuta Dolabella*. Vide nostram medicinam: Nam *Deillius exempli sui tenax*, ut à *Dolabella ad Cæsarem*. Nihil juveniliter jactamus, sed prima illa sagaciter & vere eruimus de Q. Deillio, sive ut alii Dellio: qui naturâ transfuga, & irritus palam illo ævo. In hac re & historiâ, transfugisse, aperte scribit Plutarchus Q. *Dellium historicum*. Dio hoc amplius ostendit, cum Amyntam illum fuisse: & paullo post de transfugio addit. Quod si est: nonne apposite hic quoque Amyntæ Vellejus cum subjungit? Sed cur alterum exempli sui tenax? Iudit, & merito in hominem nunquam & nunquam fidum, & ejus jam ante nobilia aliquot transfugia. Ecce Senecæ patris verba: è quibus hoc quoque, quod emendaviimus, à *Dolabella ad Cæsarem*, liquet. Ille in Suasoriis: *Bestimam tamen rem dixit Deillius, Messala Corvinus desertorem* (melius & venustius scripti libri, *desultorem*) *bello unum civitatum vocat: quia à Dolabella ad Cæsarem*.

*sum, à Cassio dein transmisit ad Antonium, ab Antonio ad Cæsarem*. Et de Deillio quidem certum est: hoc de Dolabella si cui displicet, is legitur exemplo sui tenax fuisse illo bello. Quod certe haud sperno. nam & editionibus quibusdam absunt verba, *ad Cæsarem*; & videntur omnino huc translata e tertiâ abhinc lineâ, *transmisit ad Cæsarem*. Ceterum utro modo cumque leges distinctiunculâ & parenthesi sic juvabis: *Rex Amyntas meliora & utiliora secutus* (nam *Deillius exempli sui tenax fuit & illo bello*) *virque clarissimus Cn. Domitius, &c.* Nota amplius, videri in fine periodi legendum; *transmisere ad Cæsarem*. quia textus omnino sermone exigit Amyntam quoque comprehendit. *Lipsius*.

2. *Drillius*.] Melius reposueris *Delius*. Nam Plutarcho, Dioni, & aliis, dicitur *Δριλλίου*. *Vossius*.

3. *Nisi nomine*.] Ita cum Antonius Cleopatræ Artaxandem Armeniæ regem captum vincitumque, cum suis, ostenderet; barbari neque alia humilitatis indicia edidere, ad quæ minis promissisque stimulabantur, neque aliter quam nomine compellavere, *Cleopatram*, non reginam vocantes. Dio auditor 49. p. 475. Boecler.

4. *Transmisit ad Cæsarem*.] *Lipsius* mallet *transmisere*, cum ad plures referatur. potest tamen vulgata lectio tolerari. *Boeclerius*.

5. *Pro salute alter*.] Ita *Patavini* pater. xli. c. 33. *Tanta erat dissimilitudo causarum, ut ab illis* (Antonianos intel-

Q

lige)



salute alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicavere. Dextrum navium Julianarum cornu <sup>1</sup>M. Lurio commissum, lævum Aruntio, Agrippæ omne classici certaminis arbitrium. Cæsar ei parti destinatus, in quam à fortuna vocaretur, ubique aderat: classis Antonii regimen Publicolæ <sup>2</sup>Sosioque commissum. At in terra locatum exercitum Taurus Cæsaris, Antonii regebat Canidius. Ubi initum certamen est, omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites; in altera nihil præter milites. prima occupat fugam Cleopatra; Antonius fugientis Regi- næ, quam pugnantis militis sui, comes esse maluit; & im- perator, qui in desertores sævire debuerat, desertor exer- citus sui factus est. Illis etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia; & desperata vi- ctoria in mortem dimicabatur. Cæsar, quos ferro pote- rat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitansque & ostendens, fugisse Antonium, quærebat, pro quo & cum quo pugnarent? At illi cum diu pro absente dimi- cassent

lige) fuerit Romani imperii appetita cap- tivitatis, ab his repetita libertas. Boe- clerus.

1. *M. Lurio.*] Legendum putamus, *M. Lurio*, non *M. Lario*. & gentilis fortasse ejus est, qui in æreis Augusti numismatibus dicitur *P. LVRIVS. AGRIPPA*. III. VIR. A. A. A. F. F. *Vrsinus. M. Lurio.*] *Lurio* est in Dione, & recte. *Lipsius*.

2. *Sosioque commissum.*] Verum, *Sosio*. Plutarchus hæc omnia longe aliter, nec *Sosium* inter duces agnoscit. Dio vero etiam mortuum illum facit in levi pugna contra L. Tauregium: in qua, super- ventu Agrippæ, ipse & Tarcondi- motus sint cæsi. Hoc paullo ante A- etiacam pugnam. At ecce vivum eum iterum facit initio libri sequentis, & inter eos ponit, quibus ignoverit Cæsar. Quid dicam nescio, nisi haud unum

*Sosium* fuisse. *Lipsius. Sosioque commissum.*] *Lipsius, Sosio*. Et ita Græci. Sed Latini omnes cum *Vellejo Sosium* vo- cant. Extant etiam numismata An- tonii, in quorum adversa parte legitur, *C. SOSIUS ZA*. Cæterum, ne cum aliis erres, duo fuere *Sosii* in castris Antonii. Alter ante victoriam Aeti- cam in levi pugna contra L. Arruntium perijt, recte *Dione* lib. 1. alter post victoriam incolumitatem ab Augusto impetravit; teste eodem, libro sequenti. L. Arruntium dixi, non *Taure- sium*, ut alii afferunt, corrupta *Dionis* scriptura inducti. Nam ubi vulgo legitur, *Λακκίς Ταρησίς ναυσί ολίγαις εφορμῆν*, non dubito, quin re- ponendum sit, *Λακκίς Ἀρρηντίς*. Huic enim lævum Julianarum navium cor- nu commissum fuisse, ex *Vellejo* nostro constat. *Vossius*.

I. Ut

cassent duce, ægre summissis armis cessere victoriam; citiusque vitam veniamque Cæsar promisit, quam illis, ut ea precarentur, persuasum est. Fuitque in confesso, milites optimi imperatoris, imperatorum fugacissimi mi- litis functum officio. <sup>1</sup>ut dubites, suo ne, an *Cleopatræ* arbitrio victoriam temperaturus <sup>2</sup>fuerat, qui ad ejus arbi- trium direxit fugam. Idem locatus in terra fecit exerci- tus, cum se *Canidius* præcipiti fuga rapuisset ad Anto- nium. Quid ille dies terrarum orbi præstiterit, <sup>3</sup>ex quo 86 in quem statum pervenerit fortuna publica, quis in hoc tranf-

1. *Ut dubites.*] Cur *Rhenanum* non audiverunt verissime emendantem, *Viderit è suone*? Nam in autographo erat, *Vidibit è suone*. Phrasis nota, & crebra veteribus in reiectione aut contemp- tu. *Lipsius*.

2. *Fuerat.*] *Melius, fuerit*.

3. *Ex quo.*] *Aldus Manutius* legit, *ex eoque in quem*. Ex quo in quem statu- tum. Notanter ita loquitur *Notter*, quippe designans initium veræ Monar- chie. Quæ diligentia etiam *Dio* 51. pr. dum diem Aetiæ prælii (IV. Non. VII br.) annotasset, ideo se istud præter consuetudinem suam fecisse, monet, ὅτι τότε ὡς ἦν ὁ Κοινοῦ τοῦ κράτος πᾶν μὲν ἔοικεν, ὡς καὶ τῶν ἀπαραξίων τῆ τῆς μοναρχίας αὐτῆ ἐπὶ τὴν ἀπὸ κείνης τῆ ἡμετέρας ἀκερασίας, quod ab ea die prin- cipium Cæsar *Oclavius* rerum potitus est solus, imperique ejus recensio præcise sum- matur ab hac die. Nec dissentire putan- di sunt, qui à reditu Augusti in ur- bem Monarchiæ initium numerant. Vide *Hist. misc.* 7, 12. nam cetera ni- hil aliud, quam consummatio hujus victoriæ fuere. Hoc prælio nactus est eam potestatem, quam postea cepit Romæ exercere ac usurpare. Unde *Dio* ipse principio lib. 52. de hoc tempore: ταῦτα μὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἐν τῇ δημοκρασίᾳ, ταῖς ἡ δυνάστευσιν,

πίπῃς τε καὶ ἀνοσί καὶ ἐπὶ ἀνοσίσι ἐπι- (καὶ ἐπὶ ἀνοσίσι οἱ Ρωμαῖοι καὶ ἐπι- θον. καὶ τὰς μοναρχίας αὐτῆς ἀκερασίας ἤρξοντο. Hæc itaque *Roma- ni* primo sub Regibus, postea in Libertate, denique in principatibus certorum homi- num, & gesserunt & experti sunt, anni DCCXXV. Ex hoc autem tempore rur- sum penitus sub unius imperio cepit esse *Republica*. Quem locum eo lubentius attuli, ut eos referaret, qui à *Julio* potius Cæsare, quam ab *Augusto* initia Romanæ monarchiæ numerant. *Dio* enim, ut par erat, ante hoc tempus, & post Libertatem, tantum δυναστείας sive dominationis agnoscit, itque *Julii* etiam principatum ascendet, qui ne- que diuturnus fuit, & mox repetita quamvis improspere libertate sublatus est. Itaque & *Herodianus* diligentissimè *calami* scriptor, ab *Augusti* tempore *Principatus* initia numerans in præfat. sui operis, hæc veluti causam subji- cit: ἐξ ἧσδε ἡ Ρωμαίων δυναστεία μετέπειθεν εἰς μοναρχίαν; nam ex eo tempore *Romanorum* potentia ad unius est arbitrium devoluta. Consentit *Aurelius Victor*, qui in *Cæsarib.* & *Epit.* 1. observat *Augusti* tempore, & quidem post prælium *Aetiæ* *Principatus* *Roma- ni* morem, unius profus parandi. Non tamen invideri debet *Julio Cæsari* hono- ris primi inter Roman. Imperatores

Q 2

loci



transcursu tam artati operis exprimere audeat? Victoria vero fuit clementissima; nec quisquam interemtus nisi paucissimi, & ii qui deprecari quidem pro se non sustinerent. Ex qua lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumviratus sui, aut in campis Philippiis, si licuisset victoriæ suæ facturus fuerit \* [At Sotium L. Aruntii] prisca gravitate celeberrimi fides, mox diu clementia luctatus sua Cæsar, servavit incolumem. Non prætereatur Asinii Pollionis factum & dictum memorabile. namque cum se post Brundisiam pacem continuisset in Italia, neque aut vidisset unquam reginam aut post enervatum amore ejus Antonii animum, partibus ejus se miscuisset, rogante Cæsare, ut secum ad bellum proficisceretur Actiacum; Mea, inquit, in Antonium majora merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque discrim-

Joci. Accurate enim loquendo, de Julio & Octavio dici potest, quod Iustinus de Philippo Macced. & Alexandro judicat, 9, 8, 21. Orbis imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius consummaravit. Boeclerus.

1. *Philippiis.*] Vulgo, *Philippis*. *Philippis*.] Non austin V. C. Ictonem mutare, quæ est: *In campis Philippis, si sic licuisset*. Sane *Philippis* constanter etiam legitur in codicibus Mss. Aurelii Victoris. *In campis Philippis* est, *ἐν πεδίοις Φιλίππειοις*. Voss.

2. *Faciurus fuerit.*] Videtur deesse modum, mox quoque, ut videtur, multa desunt. *Rhinan. Faciurus fuerit.*] Inepte, *triumphum*. Idem autographum, modum. At quæ sequuntur hiulca & mutila sunt: nec ullum ingenium expleverit. Vossius.

3. *At Sotium.*] Vulgo, *Ad solum alarunt* in prisca gravitate celeberrimi fides, mox diu clementia luctatus sua Cæsar servavit incolumem. Divina plane conjectura Cl. Puteani, ita hunc locum restituentis: *At Sotium L. Aruntii prisca*

gravitate celeberrimi fides, mox, &c. Hoc sensu: vel quod L. Aruntius, seu potius, Arruntius, Sotium unum ex Antonianis ducibus occulavit: vel quod ei incolumitatem à Cæsare exoraverit. Cui rei egregie inservit Dionis locus ex lib. 21. ubi Sotium post fugam occultatum, & latentem, ab Augusto incolumem servatum scribit. Vossius.

4. *Clementia.*] Velim cum *clementia*. Lipsius.

5. *Mea in Antonium majora merita sunt.*] Inter eximia hominum per civilia bella quietorum, sive mediorum ac neutrius partis Lipsius 6. polit. 6, 7. ubi de hoc argumento agit, hujus quoque Pollionis consilium dictumque laudat. Congruit Attici verbum, cujus exemplum in hoc genere sine exemplo est. Cum Sulla, qui plurimum amaret Atticum, Athenis secum cuperet deducere adolescentem. Noli, oro te, inquit, adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqu. Corn. Nep. in vita Attici, 4, 3. Boeclerus.

1. Discrim-

'discrimine vestro me subtraham, & ero præda victoris. Proximo deinde anno, persecutus reginam Antoniumque Alexandriam, ultimam bellis civilibus imposuit manum. Antonius seipse non segniter interemit, adeo ut multa desidæ crimina morte redimeret. At Cleopatra, frustratis custodibus, illata aspide, morfu sane ejus, expers mulie-

1. *Discrimine vestro.*] Legendum fuerat, aut è *discriminis*, aut *discrimini*. Sane multoties in Velleio epro i scriptum offendimus, & quibusdam locis emendavimus. Cujus erroris fons, ut arbitror, vetus scriptura, qua i finale etiam, plerumque per ei diphthongum exarabatur. *Acidal.*

2. *Non segniter interemit.*] Erat Antonio servus, nomine Eros, quem jam pridem hortatus fuerat, ut jussus ipsum interficeret. Is cum id, quod olim in se receperat, tum prætare juberetur, stricto gladio, cum Antonium videretur ixturus, averso vultu seipsum confodit, & ad heri pedes accidit. Tum Antonius: Bene, inquit, ô Eros, qui, quod facere non poteras, mihi, quomodo faciendum esset, ostendisti: simulque vulnus sibi in ventrem ingessit, & in lætum se dimisit. Paulo post, Cleopatram vivere cognito, statim tollendum se famulis præbuit: manibusque eorum ad fores usque domicili, in quo ea erat, portatus est. Cleopatra foribus non apertis de fenestra se conspiciendam præbuit, carensque & funibus demissis, iis implicatum ipsa, & duæ quas solas secum in munimentum receperat, mulieres attraxerunt. Qui interfecerunt, nullum eo miserabilis spectaculum exstitisse asserunt. *Plutarchus.*

3. *Morte redimeret.*] Tali sententia Tacitus de Sempronio Graccho 1. A. 53, 7. constantia mortis haud indignus Sempronio nomine: *vita degeneraverat*. Contra de Juvonio Latynsi Noster supra

quem *vita & morte consentancum* dixit. Boeclerus.

4. *Illata aspide.*] Verba sunt partim luxata, partim corrupta, quæ ita restituenda putamus: *At Cleopatra frustratis custodibus, illata aspide sinui, morfu ejus, expers muliebri metus, spiritum reddidit*. Ursinus. *Aspide.*] Tres aspidum species facit Galenus, & ex eo Aetius, *χρειαίος*, *χελιδνίος* & *πυβάδας*. *Χρειαίος* dicta, quæ in mediterraneis degebant, cum Chelidonia circa ripas fluminum colerent, & præcipue Nili. *Πυβάς* dicta quia in præpode perimit, non morfu, sed & tardius conficit. omnium commune *σπέρμα* somnus, & dormiendi libido, ac sine sensu, aut dolore mors. Chelidonia cum Sistro & Osiride inter myseria & initia Ifiaca semper pingitur: Ovidius:

*Sistræque erant, nunquamque satis quæ-*  
*situs Osiris,*

*Plenaque somniferis serpens peregrina*  
*venenis.*

Serpentem peregrinam vocat aspidem, id est, Ægyptiam, quia in Europa non viseretur. Errore igitur communi ductus Strabo, vel aliud agens, aspidas in aliis regionibus ponit. Quas enim vulgo vocamus Aspides, nullam habent fere communem notam cum illis quas veteres describunt. *Salmosius.*

5. *Morsu sane ejus.*] Alii: *in morfu sane ejus*. *Acidalius* non citra rationem transponit: *morsu ejus, sane expers muliebri metus*. Boeclerus.

Q3

1. Spiri-



muliebris metus spiritum reddidit. Fuitque & fortuna & clementia Cæsaris dignum, quod nemo ex iis qui contra eum arma tulerant, ab eo iustive ejus intererentus. D. Brutum Antonii interemit crudelitas. Sex. Pompejum, ab eodem victum, idem Antonius, cum dignitatis quoque servandæ dedisset fidem, etiam spiritu privavit. Brutus & Cassius ante quam victorum experirentur animum, voluntaria morte obierunt. Antonii Cleopatræque quis fuisset exitus, narravimus. Canidius timidius decessit, quam professioni ejus, qua semper usus erat, congruebat. Ultimus autem ex interfectoribus Cæsaris, <sup>2</sup> Parmensis Cassius morte pœnas dedit, <sup>3</sup> ut dederat 88 Trebonius. Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Cæsar imponit manum, <sup>4</sup> M. Lepidus juvenis forma quam mente melior; Lepidi ejus, qui III-vir fuerat reip. constituendæ, filius; Junia Bruti forore natus, interficiendi, simul in Urbem revertisset, Cæsaris consilia inierrat. Tunc Urbis custodiis præpositus <sup>5</sup> C. Mæcenas, <sup>6</sup> equestri sed splendido genere natus, vir ubi res vigiliam exigeret, sane exsomnia, providens atque agendi sciens; simul

1. Spiritum reddidit.] Anno ætatis 39. vife Horatii Odam 37. i. Carmin. Schegkium.

2. Parmensis Cassius.] Hist. miscell. 7. 10. Interea jussu Cæsaris occisi sunt, major Antonii filius, & P. Canidius, infestissimus quidem Cæsari, sed & Antonio infidus, & Cassius Parmensis, ultima violati patris viclima, & Q. Ovinus, &c. Omnino autem non videtur repudianda admonitio Aldi, qui pro vulgato (ut dederat Trebonius) legit, ut dederat primus Trebonius. Certe particula συνηλυθη frigide usurpata videbitur, si ad necem potius quam ad aliquam necis ἀεὶς referatur. Boeclerus.

3. Ut dederat Trebonius.] Lege ex Ci-

ceronis Philippicis, & ex Latini sermonis observatione: Ut dederat primus Trebonius. Manut.

4. M. Lepidus.] Conjuratōnis Lepidi, meminere Sueton. Aug. 19. l. xv. epit. 133. Dio 54. p. 607. Seneca 1. de clem. 9. Boeclerus.

5. C. Mæcenas.] A taciturnitate commendatus Horat. lib. 2. Sermon. 6.

Et que rimosa bene deponuntur in aure.

Adi Suetonii cap. 66. [nuper vita Mæcenasatis à Meibomio edita.] Schegk.

6. Equestri.] Fuit equestri tantum genere, inquit, sed illo præ ceteris claro & illustri. Nota ejus profapia Hetrusca præconiis Horatianis, Propertianis, atque aliorum. Acidali.

simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis pæne ultra foeminam fluens: non minus Agrippa Cæsari carus, sed minus honoratus: quippe vixit angusto clavo pæne contentus; nec minora consequi potuit,

1. Non minus Agrippa, &c.] Inter præcipuos Augusti amicos, imo principes amicorum fuit Mæcenas, cum exceptione tamen ultimi temporis, quam Tacitus suppeditat 3. A. 30. 6. Provelta enim ante (quod & Sallustio Crispo acciderat) speciem magis in amicitia principis, quam vim tenuit. fato potentia, raro sempiterna, an facias capit, aut illos cum omnia tribuerunt, aut hos cum jam nihil reliquum est, quod capiant. Adi Lips. 3. polii. 11, 20. & 21. ubi egregia quædam annotata. Scip. Amirat. dissert. polit. ad Tac. lib. 3, 4. Enneke-lium in Seiano. Boecler.

2. Angusto clavo.] Vulgo, angusti clavi. Angusto clavo.] Ita recte. Sed tò pæne an convenit? Ille vero planissime contentus vixit, nec opus vocula hac imminuente vel ambigente. Magis ad Mæcenas ingenium: bene contentus, vel, plane. Lips. Angusto clavo.] Equestri ordine. nam clavo equites & senatores discreti. Lampridius in Severo: Tum satis esse constituit, ut equites Rom. à senatoribus clavo discernentur. quid fuerit, eruditè differit Cujac. lib. 12. Observat. cap. 39. Schegkium. Angusto clavo.] Tunnicarum duo genera reperio, cum clavis unum, alterum simplex. clavi autem vel lati, vel angusti: lati omnium, qui vel patre senatore, vel equites nati essent, non à primis annis per omnem ætatem, sed ab anno xvii. quo etiam virilis toga sumebatur, ad annum ætatis senatoriæ, quo anno curiam ingredientibus remanebat ejusdem tunicæ jus: sin autem senatoriam dignitatem non assequerentur, vel, quia nollent, otiosam ac tranquillam vitam honoribus anteponebant: vel, quia non possent, gratia destituti, lato clavo deposito, angustum lu-

mebant. A. Manutius.

3. Nec minora consequi potuit.] Forte legendum: nec majora consequi non potuit. Rhenan. Nec minora consequi potuit.] Profecto verius Rhenani, nec majora consequi non potuit, cui argumenta dicerem, & vitii occasionem adderem, si requirere quemquam putarem. De Mæcenate, in Elegia, etiam non nimis eleganti, super obitu ejus:

Major erat potuisse, tamen nec velle triumphos.

Major res, magnis abstinuisse, suit.

E qua & alia multa, de Urbis custodiis, de mollitie, de otio, de fide in Augustum, huc referri queunt. Sed Propertius insignite, lib. 3. Eleg. ad ipsum Mæcen.

Mæcenas eques Hetrusco de sanguine regum,

Intra fortunam qui cupis esse tuam.

Et deinceps ibidem:

Quam tibi Romano dominas in honore secures,

Et liceat medio ponere jurasoro:

Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostis,

Atque onerare tuam fixa per arma domum:

Et tibi ad effectum vises det Cæsar, & omni

Tempore tam faciles insinuentur opes:

Parsis, & in tenuis humilem te colligis umbras,

Velorum plenos subrabris ipse senus.

Crede mihi, magnos aequabunt ista Camillos,

Judicia, & venies tu quoque in ora virum:

Cæsaris & fama vestigia juncta tenebis.

Mæcenas erunt vera tropæa fides.

Quæ ideo prolixius adscripti, ut super-



tuit, <sup>1</sup> fed non tam concupit. hic ſpeculatus eſt <sup>2</sup> per ſummam quietem ac diſſimulationem præcipitis conſilia juvenis & mira celeritate nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppreſſo Lepido, immane novi ac reſurrecturi belli civilis reſtinxit initium. & ille quidem male conſultorum pœnas exſolvit. Æquetur prædictæ Calpurniæ Antiftii, <sup>3</sup> Servilia Lepidi uxor, quæ vivo igni devo-

vacuam ab iis defenderem correptionem. Negat quidam recte dici, *uſtigium fame*: negat, *veſtigium tenere*. O Dii! quam multi ergo latine neſciunt homines latiniffimi, & e quorum ipſe ſcriptis latinitatem nobiſcum hauſit? Nam exempla quid afferam? Sed reponit, *fama ſæſtigia juncta tenebris*. quod quidem non magis convenit, quam quod minime. Hoc dicit enim Propertius: Quocunq; veſtigia fama Cæſaris porriget, eodem fama etiam tua: quo fama Cæſar penetrabit, eo tu junctiffim; ita juncta fama veſtigia tenebris. Tantum quippe fide tua in Cæſarem meruiſti, tantum modèſtia: quæ in veris trophæis numeranda, nec magnis aliorum triumphis inferior habenda. Qua in explicatione ſequor veteriorum codicum lectionem: *magnos æquabunt iſta triumphos*. quæ res viſa nobis accommodatior, cum aliis argumentis, tum quia de trophæis ſtatim ſubiicitur. *Acidal.* Nec *minora conſequi potuit.*] Merito ſuſpectum fuit *Lipſio* illud *pæne*. utique vixit non *pæne*, ſed plane contentus anguſto elavo. niſi tamen ita velis interpretari, *Mæcenatem pæne nihil ſupra æquiſtris dignitatis modum optaviſſe*. Manſit quidem in illo ordine, ſed non una ratione ſupra æquum dignitatem honoratus eſt. Quod autem *Idem vir Doctiſſimus* ſequentia verba in aliam faciem reformat & reſcribit; *Nec majora conſequi non potuit, ſed nunquam concupit*: minime id quidem ferendum autumo, cum haud dubie ſen-

ſus optimus in vulgata ſit; *potuiſſe Mæcenatem non minora conſequi, ſed non tam concupiviſſe*. Boecler.

1. *Sed non tam.*] Tam pro valde, ut Plaut. *Ferocem facis, quia te herus tam amat*. Et Plinius notante Ampliſſimo Britſonio; *Oratores quidem ambo, ſed tam diſpari ingenio*. Schegk.

2. *Per ſummam quietem.*] Quod ſæpius monere poteram, ſemel notabo, quam ſit in ſua expoſitione *Vellejus πολικὸς καὶ ἡθικὸς*. Ecce quam paucis verbis; quantum politiciæ artis hic incluſit? Nonne enim omne & conſilium & encomium opprimendarum conſpirationum in eo verſatur, *ut diſſimulata ſpeculatione veluti aliud agendo & per ſpeciem otii, conſilia ſclerata obſerventur, & in ipſa temeritatis molitione deprehendantur*: deprehènſa autem *cleriter & abſque omni ~~deſpectu~~ vindicentur*, prius quam tumultus aliquis exoriri, *verumque ut hominum perturbatio intervenire poſſit*: qua plerumque diſſicilem eam medicinam reddit. Boeclerus.

3. *Servilia Lepidi uxor.*] Atqui nupta juniori Lepido fuit Antonia, M. Antonii Triumviri filia: quod ita in Dionis xlv. extremo libro leges. Scire licet igitur, illà ſpretà aut mortuà, alteram ſuperduxiſſe. *Lipſius*. *Servilia Lepidi uxor.*] Fidem vix metiri videtur, quod de Servilia narrat Paterculus. Sane omnes antiqui id uno ore Porciæ, Bruti conjugii, aſſignant. Altumque de Servilia ſilentium apud

Valc-

devorato, præmaturam mortem immortalis nominis ſui penſavit memoria. Cæſar autem reverſus in Italiam at- 89 que urbem, <sup>1</sup> quo occuſu, quo favore omnium hominum, ætatum, ordinum exceptus ſit; quæ magnificentia triumphorum ejus, quæ fuerit munerum, ne in operis quidem juſti materia, nedum hujus tam recifi, digne exprimi poteſt. Nihil deinde optare à Diis homines, nihil Dii hominibus præſtare poſſunt, nihil voto concipi, nihil felicitate conſummary, quod non Auguſtus, poſt reditum in Urbem, reip. populoque Rom. terrarumque orbi <sup>2</sup> præſentavit. Finita <sup>3</sup> vicceſimo anno bella civilia, ſepulta externa, revocata pax, ſopitus ubique armorum furor; reſtituta vis legibus, judiciis auctoritas, ſenatui majeſtas; imperium magiſtratum ad priſtinum redactum modum; tantummodo octo prætoribus <sup>4</sup> allecti duo; priſca illa & anti-

Valerium Maximum, diligentem rerum talium notatorem, qui que iſdem temporibus vixerit. Ut hæc mittam, nemo historicorum Serviliam Lepidi uxorem dixit; ſed Antoniam, triumviri filiam; ut apud Dionem lib. xlv. legas. Quæ etiſ ſatis veriſimilia videntur, tamen Vellejo non auſim fidem detrudere. Nam factum illud Serviliæ etiam reſpicere videtur Ælianus lib. xlv. cap. xv. Variæ Hiſt. Γνωστικὸς ἢ Ῥωμαίων ἐπιτιμῶν Κόρηλιαν, & Πορκίαν, & Κερίλιαν. Quæ enim fuerit illa *Ceſtita*? cenſuerim *Σεργίλιαν* reponi debere. Potuit enim eam Lepidus, Antonia ſp̄reta, vel mortua, ſuperducere. *Vofſius*.

\* *Vivo igni.*] Id eſt, ardentis. *Vivo igni.*] Hinc Ariſtoth. πῶς ἔη, & *viva lucerna*, apud Horatium. Imo & paſſim ab auctoribus vita igni adſcribitur. Alio plane modo *vivum ſulphur* vocant Latini, quod Græci *ἄπυρον*, hoc eſt, *ignem non expertum*. Vide Plinium lib. xxxv. cap. xv. *Vofſius*.

1. *Quo occuſu.*] Notat Dio ad hanc

tem, *Decretum à Senatu, ut ei urbem ingrediendi virgines Veſta, Senatus populique cum conjugibus ac liberis occurreret*. Libro li. *Lipſius*. *Quo occuſu.*] Haud opus erit huiſ loco emendationibus, ſi eſt eſt iur vocula *occuſus*, nata eſt gloſſa marginali, meâ quidem ſententiâ. *Gruter*.

2. *Repreſentavit.*] *Lipſius* malit *repreſentavit*.

3. *Vicceſimo anno.*] Nam à Lentulo & Marcello COSS. quibus civilia arma primum ſumta, uſque ad Cæſarem V. & Sex. Pompeium COSS. quibus poſta ſunt, tot anni numerantur. Quæ deinceps Auguſtus geſſerit, habes quod apud Virgil. 8. & Ovid. 15. Metam. *Schegk*.

4. *Allecti duo.*] An ergo jam octo prætores? Certe illis octo prætoribus, qui antea erant, jam Julius Cæſar, quos primo, mox plures addecerat. Sed *Vellejus* Noſter Julianum numerum, quippe extra ordinem & ad tempus uſurpatum, negligere ac de octonario ordinario, cujus paſſim apud Cicerone-



<sup>1</sup> antiqua reip. forma <sup>2</sup> revocata; rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio; <sup>3</sup> leges emendatæ utiliter, latæ salubriter; senatus <sup>4</sup> sine asperitate, nec sine severitate lectus. <sup>5</sup> Principes viri triumphisque & amplissimis honoribus functi, hor-

nem mentio, loqui videtur. Ceterum de numero pratorum varie aucto imminutoque egit Lipsius in excurs. ad I. A. Tac. 14, 4. Boecler.

1. Antiqua reip. forma.] Quæ illa forma? an libertas? Adulatur hic Vellejus. Quoniam de simulatione Augusti, verissime equidem dicitur. Nihil magis Augusto inter initia curæ, quam simulacro Libertatis & Reip. improvidis populi animis objecto, vim principatus interim complecti & intendere. Est enim omnis dominatio novæ arcantum primarium, simulatio antiquæ. quod nec Tiberius postea omisit usurpare. Boecler.

2. Revocata.] Scribo, renovata: cum & venustus ita sit, & paullo ante vox eadem revocata fuerit: cujus iteratio per se est inventiva. Acidul.

3. Leges emendatæ utiliter, &c.] Suet. Aug. 34. Leges retraxerunt, & quasdam ex integro sanxit. Hist. miscell. 7, 19. Claustris Jani portis Remp. quam bello quaeserat, pace nutrire & amplificare studens, leges plurimas statuit, per quas humanum genus libera reverentia discipline morum gereret. Avel. Vici. epit. 1. Leges alia novæ, alia correctas protulit suo nomine. An illa, suo nomine, à glossatoris manu sunt, qui in margine forte explicandæ vocis, protulit, adscripserat? Flor. 4, 12, 65. Hinc conversus ad pacem, primum in omnia mala & in luxuriam fluens sæculum, gravibus, severisque legibus multis coercuit. Addendus Dio 54, & alibi, & Tac. 3, 28, 3. Sexto demum consulatu Cæsar Augustus, potentia securus, quæ triumphatæ jussu abolevit. dedique jura, quæ pace & principe uteremur. Quæ postrema verba Clapmarus ex in-

tionem arcanti politici, qua præsentis statui semper accommodari leges solent, explicat: Alias enim Regno, alias Aristocratia, alias Democratia convenire. itaque Augustum suas leges rationibus Monarchicis accommodasse. 2. Arcan. 10. Fortasse tamen, consideratis omnibus, quæ meditationem hujus loci juvare possunt, potius audienda est Freinsheimiana paraphrasis: jura constituit ita comparata, ut eorum beneficio certa restituta tranquillitatis, bonique principis utilitas ad civitatem pervingeret. Boecler.

4. Sine asperitate.] Suet. Aug. 35. 5. Principes viri, &c.] Suet. Aug. 29. sed & ceteros principes viros sepe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis, vel novis, vel refectis & excultis urbem adornarent. Tacitus ita de hoc more loquitur 3. A. 72, 1. Erat etiam tum in more publica munificentia, nec Augustus arcuatur Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuvias & exundantes opes, ornatum ad urbis & posterorum gloriam conferre. Quæ verba magnam partem habent, monente Casaubono, si cum Vellejo & Suetonio conferas. sed Tacito Monarchici auspicii consuetudo in mente fuit, quasi diceret: Etiam si alias monarchæ & Principes, ut alia publice gloriosa, ita publicorum operum magnificentiam sibi debebant aut poterant vindicare, tamen Augustus non obstitit, imo (quod Noster jam addit) stimulum adiecit Principibus viris, ut publicis operibus strenudis aut instaurandis suas opes collocarent. Non erraverit forte, qui in adjecta Taciti voce, exundantes opes, arcanti latentis rationem sibi pateretur insinua-

hortatu Principis, ad ornandam Urbem illecti sunt. Consulatu tantummodo <sup>1</sup> usque ad undecimum, quem continuaret Cæsar, cum sæpe obnitens repugnasset, impetrari potuit. <sup>2</sup> nam dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat popu-

insinuari. Timentur, in novo præsertim Principatu, magnæ opes, virique tum alia claritudine, tum exundantibus divitiis nobilitate: unde callidum istud, ab impio ore apud Tacitum 11. A. 1, 2. auri vim atque opes Principibus insensas, in exitum egregii hominis valuit. sed & Aristoteles 5. pol. 8. inter provisiones conservandæ reip. ponit, ne quis sinatur nimium opibus abundare. Unde magistri dominationis, variis artibus locupletissimum quemque in prædam corripunt. verum id improbum est & nullo modo ferendum. sicut & Aristotelicum illud *κακῆρτων*, quo alibi & docere & velare remedium ejus rei voluit, magnæ multæque cautionis est. Quanto melius Augustus, in sumptu publice decoros & utiles, specie honoris & gloriæ illexit (ita enim signanter loquitur Noster) viros principes. Hoc ego pro omnibus arcantibus, Regibus commendandum duxerim: cum præsertim omnis ea laus judicio posteritatis ad ipsos reddundatura sit. neque unquam deerunt occasiones, quibus induci volentes possint ad ærarium sublevandum & magnificentiam publicam augendam. Boecler.

1. Usque ad undecimum.] Accurate Suetonio Aug. 26. Boecler.

2. Nam dictaturam, &c.] Suetonio Aug. 52. Dictaturam magnæ vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga nudo pedore deprecatus est. Item Dio tradit principio lib. 54. veraque *ἑπιπέποιος* consilium Augusti declarat: *πῶς γὰρ ἐξήσταν καὶ πῶς περὶ ἐπέποιος τὰς διατάξεις ἔχων, ὁρθῶς τὸ ἐπιπέποιος καὶ τὸ μετρίων ἢ ἐπι-*

*καλῆς αὐτῶν ἐφουλάξατο.* Recte, inquit, declinavit invidiam & odium hujus, quam offerebant, appellationis: quippe qui & honorem & potestatem dictatoria majorem jam haberet. Quippe ut olim regnum propter tyrannidem Tarquiniorum; ita Dictatura propter odium dominationis Sullanæ Julianæque sub titulo hujus potestatis exercitæ, in flagrantissimum omnium detestationem venerat. Atque sicut Regnum instituto Valerii; ita Dictatura, lege Antonia ex rep. jam in perpetuum quasi exilium erant relegata. Itaque singulare arcantum prudentiæ Augustæ later in istis apud Tacit. 1. A. 9, 5. non regno tamen, neque Dictatura, sed Principis nomine constitutam tempus. Licet enim haud dubie Regis nomen in terribili augustissimum sit (sicut amplius dicitur in libro de Auspicio Regio, quem adornamus) tamen Augustus merito temporis serviens, re ipsa contentus fuit; nomen, quod ex superbia in invidiam venerat, remisit. cum præsertim vellet videri libertatis restaurator, sicut paullo ante dictum est, ergo non expediebant huic simulationi dominanti nomina, aut eorum quidquam, quæ libertatis everfices usurpaverant. Florus 4, 12, 66. obscure potius & de oblatore tantum dictatore nomine loqui, quam in re tam nota profuse errare, existimandus forte fuerit, cum scribit: *Ob hac res facta ingentia, Dictator perpetuus, & Pater Patriæ dictus est.* Dictus sane est ab offerentibus Dictaturam, sed deprecatus est honorem. Boecler. Nam dictaturam, &c.] Eutropius ad lib. 1. sub dictaturæ nomine & honore regnasse docet. Schegk.



populus, <sup>1</sup> tam constanter repulit. Bella sub imperatore gesta, <sup>2</sup> pacatusque victoriis terrarum orbis, & tot extra Italiam; domique opera, omne ævi sui spatium impensurum in id solum opus scriptorem <sup>3</sup> fatigent. Nos memores professionis, universam imaginem principatus ejus  
90 oculis animisque subjecimus. Sepultis, ut prædiximus, bellis civilibus, <sup>4</sup> coalescentibusque reip. membris, quæ tam longa annorum series laceraverat: Dalmatia <sup>5</sup> xx & cc

1. *Tam constanter repulit.*] Valde errant Brissionius, & Popma: qui *tam tam*, pro, *valde*, poni asserunt. Nam *quam* hæc non pronomen, sed adverbium, eique *tò tam* opponitur. Neque unquam absolute *tam* pro *valde* locatum reperias: non magis sane quam *adeo*. Quæ particulæ plerumque præ admiratione, aliave causa, reticere quiddam indicant. Et ita capi possit illud Plinii Nat. hist. lib. vii. cap. xlix. à Popma firmandæ sententiæ adductum: *M. Cælius Rufus, (sic lego) & C. Licinius Calvus, eodem die geniti sunt; Oratores quidem ambo, sed tam dispari evenerunt. Vix tamen dubito, quin, tamen, ibi sit reponendum: quomodo reperio in Mss. & veteri editione Parmensi. Voss.*  
2. *Pacatusque.*] Nec incommode, *peragratusque*. Lipsius.

3. *Fatigent.*] Legebatur, *fatigans*. Porro, quod Lipsius pro *subjecimus*, innox legit *subjiciemus*, ea mutatione non videtur opus esse. Boeclerus. *Fatigans.*] Hæc cum præcedentibus nullam efficiunt sententiam; ni scribas, *fatigans*, aut potius *fatigent*. Si paullo quid amplius tibi indulgeas, possis non minus apposite *fluctuant*, hocque, ut fatear, *vix me teneo, quin reponam. Acidalius.*

4. *Coalescentibusque Republicæ membris.*] Tria hæc verba quæ vulgo adduntur, & *coram altero*, Aldus tollit, etque alii illo ducunt. Nec nego sententiam absque iis probam esse: unde ta-

men sic frustra itreperint? Mutari melius videatur, & *curante eo quæ tam longa*: Nempè Augusto salutarem curam & medicinam adhibente reipub. laceratæ. Lipsius. *Coalescentibus, & c.*] *Valde, coalescentibusque reip. membris, & coram altero, quæ tam longa armorum series laceraverat.* Tres voces, & *coram altero*, quidam tollunt. Mihi eam audaciam assumere non ausim, præsertim cum vulgaris lectio Ms. auctoritate suffulta sit, nisi quod in eo fuerit, *altero*. Ego legendum arbitror: *eo curante serio, quæ tam longa, & c.* Ut dicat Paterculus, serio Augusto curam medicam contulisse membris reip. laceratis. Liptum tentasse video: & *curante eo, quæ, & c.* Sed verborum nexus nostræ conjecturæ plus videtur favere. Vossius.

5. *xx. & cc.*] Obscurum, sive mutilum est: & intellige, *annos, aut adde*. Hoc sane vult, *annos ccxx. medios esse, à quo tempore vinci Dalmatia cepit ad nunc victam*. Primum autem bellum in Illuriis & Dalmatas fuit sub Teutâ eorum reginâ: anno dcccxix. Postremum nunc cum victi & domiti ductu Tiberii, auspiciis Augusti, anno dcccxlvi. Facilis supputatio. Lips. *& cc.*] Omnino videtur esse addendi, *anni*: nam subintelligere durum fuerit. Vide de his & Alpibus nationibus Flor. 4, 12. quæque *Frcinsheimiana* industria ibi annotantur. Boeclerus.

& cc rebellis, <sup>1</sup> ad certam confessionem pacata est imperii; Alpes feris multisque nationibus celebres perdomitæ; <sup>2</sup> Hispaniæ, nunc ipsius præsentia, nunc Agrippæ, <sup>3</sup> quem usque in tertium consulatum, & mox collegium tribuniciæ potestatis, amicitia Principis evexerat, multo varioque Marte pacatæ. In quas provincias cum initio Scipione & Sempronio Longo Cos. primo anno secundi Punici, abhinc annos ccl, Romani exercitus missi essent, duce Cn. Scipione Africano patruo, per annos cc in his multo mutuoque ita certatum est sanguine, ut amissis P. R. <sup>4</sup> Imperatoribus exercitibusque, sæpe contumelia, etiam nonnunquam periculum Romano inferretur imperio. Illæ enim provinciæ Scipiones consumferunt: illæ contumelioso <sup>5</sup> xx annorum bello sub duce Viriatho majores nostros exercuerunt; illæ terrore  
Numan-

1. *Ad certam confessionem.*] Ita fere supra in recensione provinciarum: *Certam Hispaniæ parenti confessionem extorserat. Acidal.*

2. *Hispaniæ.*] Justinus 44, 237. & 44, 5, 7, & 8. Jo. Gerundens. Paralip. à lib. 4. usque ad fin. Thuan. 1. hist. Boecl.

3. *Quem usque, & c. evexerat.*] Hæc hæc: ut prælargum falsumque esse Vellejanum numerum conster, & parte alterâ truncandum. *Contumelioso x. annorum bello*, legito, & Justinum auctorem habeto: *In tantâ seculorum serie nullus illis dux magnus, præter Viriathum, fuit: qui annos decem Romanos varia viciora fatigavit.* Lipsius.

4. *Imperatoribus.*] Nonne odiosa, imò falsa vox, *imperatoribus*, cum mox, ut novum quid, subjiciat Vellejus, *illa tot consularis tot pratoris absumpsit duces?* Certe vel V. C. lectio id doceat, quæ est, *ut amissis prætor imperatoribus exercitibusque*. Unde scribendum arbitror: *Ut amissis prætoris, & imperatoris exercitibus: aut pratoris imperatorisque exercitibus*. Sane hæc duo supra etiam junxit Vellejus, ubi de Statio Murco, & Crispo Marcio, dixit, *pratoris viris imperatoribusque*. Voss.

5. *xx. annorum.*] Qui plurimum numerarunt, annos fecerunt xiv. belli Viriathini: ut Livii epitoma, & Florus. Appianus, *annis ducentas octo id*

*bellum gestum* aperte scribit. Aperte inquam, atque etiam exacte. Nam ille numerat ab anno ocvi. quo proprie id cœpit: Livius & Florus ab anno ocvi. quo Lusitani rebellarunt, non tamen Viriatho duce. Sed quia conexa bella fuerunt, confundunt. Quorsum hæc: ut prælargum falsumque esse Vellejanum numerum conster, & parte alterâ truncandum. *Contumelioso x. annorum bello*, legito, & Justinum auctorem habeto: *In tantâ seculorum serie nullus illis dux magnus, præter Viriathum, fuit: qui annos decem Romanos varia viciora fatigavit.* Lipsius.

xx. annorum.] Puto xv. Tot enim annis circiter duravit bellum, quod Viriatho potissimum duce gestum. Lipsio placuit, *x. annorum*. Cui hæc in re non faveo. Scio quidem, Viriathi imperium non ultra patere, sed videri Vellejus de duratione belli potius, quam annis imperii Viriathi loqui. Et hæc ratione etiam defendi possint Epitomator Livii lib. xiv. & Florus 1. 1. cap. xvii. qui Viriathum xiv. annos cum Romanis bellasse scribunt. Voss.



<sup>1</sup> Numantini belli, populum R. concusserunt. in illis turpe Q. Pompeji fœdus, turpiusque Mancini, senatus cum ignominia dediti imperatoris rescidit: illa tot consulares, illa tot prætorios absumpsit duces, patrumque ætate, in tantum Sertorium armis extulit, ut <sup>2</sup> per quinquennium dijudicari non potuerit, Hispanis Romanisque in armis plus esset roboris, & uter populus alteri pariturus foret. Has igitur provincias tam diffusas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos ferme L. perduxit Cæsar Augustus: ut, quæ maximis bellis, nunquam vacaverant, eæ sub C. Antistio, ac deinde P. Silio legato <sup>3</sup> ceterisque postea etiam atrociniis vacarent. Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac Rege Parthorum signa Romana, quæ Crasso oppresso Orodes; quæ Antonio pulso filius ejus <sup>4</sup> Phraates ceperant, Augusto <sup>5</sup> remissa sunt. <sup>6</sup> quod cognomen illi viro Planci sententia <sup>6</sup> consensus

1. Numantini belli.] Vide Florum lib. 2. cap. 17. & 18. ubi tota Historia narratur.

2. Per quinquennium.] Atqui octo bellum hoc Sertorio duce gestum, & octavo ipso cæsus. An ergo ædennium hic legimus? an vult priores quinque annos ambiguos, reliquos non sic fuisse. Lipsius.

3. Phraates.] Dio & ceteri scriptores Orodis filium Pacorum, non Phraatem edunt, ut fortasse hic quoque Pacorus pro Phraates reponendum sit. Ursinus. Phraates.] Desidero hoc loco majorem in Ursino curam, qui pro Phraates substitui rectius posse putat Pacorus. Nam hunc, ait, historicorum consensum Orodis filium facit. Quasi vero Orodes plures habere filios non potuerit. Imo ex Iustino, Dione, Zonara, ac aliis, triginta eum filios habuisse constat, interque eos Pacorum & Phraatem. Præterea temporum quoque ratio Ursini conjecturam re-

spondit. Nam ex iisdem auctoribus, imo & Vellejo, constat, Pacorum ante fugam Antonii à Ventidio jam fuisse occisum. Vossius.

4. Remissa sunt.] Florus 4. 12. 83. cum declamatoria *Ἐξ Ὀδύνης: Παρὴν ἡ quoque, quasi victoria pœniteret, rapta clade Crastiana ultro signa retuleret.* Boecl. Remissa sunt.] Recepta à Tiberio. Sueton. August. 21. Tiber. 9. Schegk.

5. Quod cognomen.] Illi Planci sententia senatus indidit, ex ante diem 16. Kal. Februar. Censorinus c. 21. Contra Ovidius *Idibus Januariis: Fast. 1. Idibus in magni custos Jovis ade sacerdos*

*Semimaris flammis viscera libat oris. Redditaque est omnis populo provincia nostro,*

*Et tuus Augusto nomine dictus avus.* De vocis significatione idem, Suetonius, Dio, Eutropius. Schegk.

6. Consensus.] Melius, quam vulgatum, consensu.

sensus universi senatus populique R. indidit. Erant tamen, qui hunc felicissimum statum odissent. quippe <sup>1</sup> L. Murena, & Fannius Cæpio, diversis moribus (nam Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Cæpio & ante hoc erat pessimus) cum inissent occidendi Cæsaris consilia, oppressi auctoritate publica, quod vi facere voverant, jure passi sunt. Neque multo post <sup>2</sup> Rufus Egnatius, per omnia gladiatori quam senatori propior, collecto in ædilitate favore populi, quem extinguendis privata familia incendiis in diem auxerat, in tantum quidem, <sup>3</sup> ut ei præturam continuaret, mox etiam consulatum petere ausus; cum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia merfus; nec melior illi res familiaris quam mens foret; aggregatis simillimis sibi, interimere Cæsarem statuit, ut quo salvo salvus esse non poterat, eo sublato moreretur. Quippe ita se mores habent, ut publica quisque ruina malit occidere, quam sua proteri, & idem passurus minus conspici. Neque hic prioribus in occultando felicius fuit: <sup>4</sup> abditusque carceri, cum consciis facinoris, mortem dignissimam vita sua obiit. Præclarum <sup>5</sup> excellentis viri factum C. Sentii Saturnini, circa ea tempora consulis, ne fraudetur memoria. Aberat in ordinandis Asiæ Orientisque rebus Cæsar, circumferens terrarum

1. L. Murena & Fannius Cæpio.] Recte Vellejus jungit hos duos, tanquam unius conjurationis populares, sive principes. Ita enim Dio 54. p. 598. & Sueton. Tib. 8. Boecler.

2. Rufus Egnatius.] Suet. Aug. 19. Dio 53. p. 587. & seq. Stœc. 1. de clem. 9. Tac. 1. A. 10. 6. Boecler.

3. Ut ei præturam continuaret.] Non quia bis Prætor: sed hoc modo vult, continuasse eum & junxisse Præturam Ædilitati. Opus enim intervallo annorum erat a magistratu ad magistratum: Egnatius id neglexit. Ipse Vellejus ita interpretatur pagina seq. dum

ait: Præturam Ædilitati junxisse. Dio idem indicat lib. 1111. Lipsius. Ut ei præturam continuaret.] To ei refer ad ædilitatem. Errat vero Acidalius, qui pro ei mallet & rescribi. Docet hoc ipse Vellejus paulo post, his verbis: C. Sentius Saturninus, &c. Egnatium florentem favore publico, sperantemque ut præturam ædilitati, ita consulatum prætura se juncturum, profiteri vetuit. Liquet ergo, continuare Vellejo nihil aliud esse, quam, continuo jungere. Vossius.

4. Abditusque carceri.] Vetius arbitror, additusque. Acidal,



rarum orbi præsentia sua pacis suæ bona: tum Sentius forte & solus & absente Cæsare consul, cum alia, prisca severitate summaque constantia, veteris consulum more ac severitate gessisset, <sup>1</sup> protraxisset publicanorum fraudes, punisset avaritiam, regeffisset in ærarium pecunias publicas, tum in comitiis habendis præcipuum egit consulem. nam & quæsturam petentes, quos indignos iudicavit, profiteri vetuit; & cum, id facturos se, perseverarent, consularem, si <sup>2</sup> in campum descendissent, vindictam minatus est. & Egnatium, florentem favore publico, sperantemque, ut præturam ædilitati, ita consulatum <sup>3</sup> præturæ se juncturum, profiteri vetuit; & cum id non obtinisset, juravit etiam si factus esset consul suffragiis populi, tamen se eum non renunciaturum. Quod ego factum cuilibet veterum consulum gloriæ comparandum reor, nisi quod naturaliter, <sup>4</sup> audita visis laudamus libentius; & præsentia invidia, præterita veneratione profes-

93 quimur; & his nos obrui, illis instrui credimus. Ante triennium fere quam Egnatianum scelus erumperet, circa Murenæ Cæpionisque conjurationis tempus, abhinc annos L, M. <sup>5</sup> Marcellus fororis Augusti Octaviæ filius, quem homines ita, si quid accidisset Cæsari, successorem potentiæ ejus arbitrabantur futurum, ut tamen id

per

1. *Protraxisset.*] In lucem protulisset.

2. *In campum.*] Martium.

3. *Præturæ.*] Præturam videtur vocare *propraturam*. Nam Egnatius, cum se candidatum profiteretur, *propraturam* gerebat. Prætor autem fuerat ante triennium, ut apparet ex Dione l. 111. ubi tamen pro *Μάρκῳ* Ἐΐσάτων *Ἐΐσάτων*, perperam perscriptum, *Μάρκῳ* ὁ Γράτων *Ἐΐσάτων*. *Voss.*

4. *Audita visis, &c.*] Sententiam etiam aliis bene dictam cum expolitione & interpretatione rationis, qua

subest, effert *Vellejus*. Valde enim subtile est illud: *præsentibus nos obrui, veteribus inslvi credimus*. Boecler.

5. *Marcellus.*] Servius in Virgillii vita ita loquitur: *Cui (scilicet Augusti) tamen multo post perfecta demum materia, treis omnino libros recitavit, secundum videlicet, quartum, & sextum, sed hunc præcipue ob Octaviam, qua cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, TV MARCELLVS ERIS, detulisset fertur, atque agere resocillata, densa susteria pro singulo versu Virgilio danti jussit.*

I. Per

<sup>1</sup> per M. Agrippam <sup>2</sup> secure ei posse contingere non existimarent; magnificentissimo munere ædilitatis edito <sup>3</sup> decessit, admodum juvenis; sane, ut ajunt, ingenuarum virtutum, lætæque animi & ingenii, fortunæque, in quam alebatur, capax. Post cujus obitum Agrippa, qui sub specie ministeriorum principalium profectus in Asiam; ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offensiones, præfenti se subdlexerat temporis; reversus inde <sup>4</sup> filiam Cæsaris Juliam, quam in matrimonio Marcellum habuerat, duxit uxorem; fœminam neque sibi neque reip. felicitis uteri. Hoc tractu temporum, Tib. Claudius Nero, <sup>5</sup> quo bimo 94 nato, ut prædiximus, Livia Drusi Claudiani filia, despondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Cæsari nupsferat, innutritus cœlestium præceptorum disciplinis, juvenis genere, forma, celsitudine corporis, optimis studiis,

I. *Per M. Agrippam.*] Agrippa enim summo opere à populo diligebatur, neque parum meritis suis in temp. publ. & Augustum, fidebat. ideo nec Augustus ausus est Marcellum ei præferre. Unde prima offensus inter Marcellum & Agrippam semina; quæ ne erumperent, Augustus sub specie ministeriorum principalium Agrippam ablegavit. *Dio 53. p. 593.* ubi etiam de magnificentissimo Marcelli munere. adde *Sueton. Aug. 66.* Boecler.

2. *Secure.*] Vet. editio *securos*. Ex quo legendum conjicit Lippius *severo*.

3. *Decessit.*] An in *Stabiano* visum numquam satis laudato Scaligero ad *Propertium*; non Lippio, cui, *Bajus*; quem ad ad *Tacitum*. *Schegk.*

4. *Filiam Cæsaris Juliam.*] Coactus repudiare priorem uxorem, quamvis esset fororis Augusti filia. Matrimonii hujus causa duplex: altera è temporibus & negotiis petita (volebat enim Augustus, cum abesse Roma cogeretur, ad coercendas subnascentes turbas præficere urbi Agrippam: qui pru-

dentia tantæ rei par, etiam dignitate principalis matrimonii ad venerationem publicam provehendus videbatur) altera è profunda ratione status, quam vocant, sive potius è consilii dominationis; dum callidissimus Mæcenæ in aurem Principi insufurrat: *Agrippam jam tantum fecisti, ut vel gener tibi asciscendus vel occidendus sit.* Heu! quantus ab extremo in extremum saltus! nimium ille quidem, nimium magnis oculis familiaris. adeo inter summa & ima apud *Statistas*, si volunt ita appellari, nihil medium est. *Adi Dionem 54. p. 600.* Boecler.

5. *Quo bimo nato.*] Nemo non videt, legendum esse, *trimo*: ex loco superiore cap. 75. nam et si bimum nominavit, tamen ab eo tempore ad nuptias annus fere intercessit. *Manutius.* *Quo bimo nato.*] *Schegkii* ediderat: *Quo prius nato.* Legebatur: *quo primo*, unde *Aldus* fecerat, *quo trimo*. In *variantibus Lect. à Raphelinguo* editis: *quo bimo*. utrumque (*trimo & bimo*) habet, quo se tucatur. *Boecler.*

R

I. *Vissus.*



diis, maximoque ingenio instructissimus, qui protinus quantus est sperari potuerat, <sup>1</sup> visusque prætulit principem; quæstor undevicesimum annum agens, capessere cœpit temp. <sup>2</sup> maximamque difficultatem annonæ ac rei frumentariæ inopiam, ita <sup>3</sup> Ostiæ atque in urbe mandato vitrici moderatus est; ut per id, quod agebat, quantus evasur-

1. *Visusque prætulit principem.* Id videtur ita emendandum: *Visusque prætulit principem, &c.* nam præcedit, *sperari potuerat, &c.* Sententia vero respicit Euripideum illud,

*είδ' ἄξιον τῶν ἄλλων ὄψιν.*

2. *Maximamque difficultatem annonæ.* Suetonium etiam in Tiberio, c. 8. testatur: *eum curam administravisse annonæ, quæ arctior incidere.* crebra ea difficultas Romæ: indeque magna laus aut odium recte secusve administrantibus. *sane annonæ cura aliquando Pompeio noni minus addidit gloriæ, quam pulsus ambitus campos, exactus hostis mari, oriens triumphis, occidensque lustratus.* teste Plinio in Paneg. 29. vide Dion. 54. pr. Lips. elect. 1, 8. Ceterum quæ illa, & cuius tam solers cura, sufficere potuit rei annonariæ Romanorum ac in longum satis providere? Non immerito aliquis miretur tanti imperii tam periculosum & anceps vitium. Ut ali posset populus Romanus, peregre & longinquis è locis advehenda erat annona. adeo quidem, ut horreum Romanorum, Ægyptus vel armis occupata vel sterilitate depleta, fame potuerit Italiam urgere. Tac. 1. A. 59, 4. Igitur hæc inter intimas & secretissimas Principum sollicitudines non postrema fuit: sicut Tiberius fateri oportet, apud Tacit. 3. A. 54, 6. in gravissima illa ad Senatum epistola: *At Hercule nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod vitæ populi Romani perinceret amaris & tempestatibus quotidie volbitur. ac nisi provinciarum copiæ & dominis & servis & agris subvenirent, nostræ*

*nos scilicet memora nostræque villæ tuebuntur.* Hanc P. C. curam sustinet Princeps. hæc omissa temp. funditus trahet. Neque tamen potuit ille ipse, qui de hac cura gloriatur hoc loco, providere, quin subinde gravitate annonæ iuxta seditionem veniretur. Tac. 6. A. 13, 1. Causa hujus mali primo ex divitiis & affluentia, quam tot victoriæ pepererant. hinc à labore & studio agriculturæ in otium & voluptates versa plebs annonam accipere potius quam parare assuevit. *Altera causa* later in visceribus degenerantis reip. dum magistratus quidam affectatione popularitatis largitioni frumentariæ studebant; & mox perturbata assiduis novis molitionibus republica, quicunque dominationem cupiebant, annona populum inescabant; sive quod Tacitus, etiam inter arcanas Augusti artes refert 1. A. 2, 2. *pelliscibant.* Quid hoc erat aliud, quam ad otium & cessationem ab agricultura, veluti signum omnibus sustollere? Scilicet ita obnoxiam sibi fidamque plebem reddebant, si ejus vitam & necessitates, copiam inopiamque veluti in manu haberent. Testatus quidem est ipse Augustus, prodente Suetonio Aug. 42. *se aliquando impetum cepisse, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod annua fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui.* vide, quæ ad hoc argumentum pertinentia P. Cumanus commentatus est l. 1. de rep. Heb. c. 3. Boecler.

3. *Ostiæ.* Urbs sita in Tyberinis ostiis.

1. Ar-

evasurus esset, eluceret. Nec multo post missus ab eodem vitrico cum exercitu ad visendas ordinandasque, quæ sub Oriente sunt, provincias, præcipuis omnium virtutum experimentis in eo tractu editis, cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem P. R. regnum ejus <sup>1</sup> Artavausdi dedit. <sup>2</sup> cujus rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus, liberos suos ad Cæsarem misit obsides. Reversum inde Nerone, Cæsar haud mediocris belli molem experiri statuit, adjutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio, quem intra Cæsaris penates enixa erat Livia. <sup>3</sup> quippe uterque, divisus par-

1. *Artavausdi.* De Artavausde legere non memini, de Tigrane monet Dio, Suetonium Tiberio 9. *Deinde duobus ad Orientem exercitum, regnum & Armenia Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit.* Tacitus 2. Annal. *Datus à Cæsare Armeniis Tigranes, deductusque in regnum à Tiberio Nerone, nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus, quamquam sociatis more externo in matrimonium, regnumque dein jussu Augusti impositus Artavausdes, & non sine clade nostra dejectus.* Patet dissentio, non conciliatio, nisi si forte dixeris cum Vellejo, & istum à Tiberio deductum. nam erroris Vellejum, qui ejus avi, arguere haut ausim temere. Scheghjus. *Artavausdi.* Consensu aliter Romani exterique scriptores. Omnes Tigrani regnum datum à Tiberio asserunt, non Artavausdi: Tacitus, Suetonium, Dio, Josephus. Nostra, si vis, ad 11. Annal. vide. Ergo Vellejus solus hoc nescivit, aut melius scivit? opum dicere. & certe in rebus Tiberii sui, tam recenti memoriâ, fæde errasse Vellejum piacularis sit culpa. Mihi sedet mutilum defectumque locum esse (nonne multa in hoc libello?) & fuisse antea: *regnum ejus Artavausdi ereptum, Tigrani tradidit.* aut tale in hunc sensum. Nam et si Tacitus & Josephus

*Artaxiam regno dejectum voluit, non Artavausdem:* tamen pro Vellejo descriptione etiam Dio sit, qui lib. 21 v. in actis anni dccxxiv. disertè scribit, *Tiberium missum ut Artabaxen (idem ille cum Artavausde) regno pelleret, & Tigranem ei imponeret.* Lips. *Artavausdi dedit.* Vulgo, *tradidit.* Et cur hic quoque non maluerunt, regno pelleret cum in Ms. fuerit, *Artavausdi dedit?* Cæterum vehementer hic vapulat Vellejus, quod Artavausdi à Tiberio regnum datum scribat, cum alii Tigranem substituant. Non excutiam aliorum conatus. Ego vulgatam lectionem satis ferri posse censeo. Movet locus ille Taciti 11. Annal. *Datus à Cæsare Armeniis Tigranes, deductusque in regnum à Ti. Nerone.* Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, &c. [vide supra] *Dein jussu Augusti impositus Artavausdes, & non sine clade nostra dejectus.* Videtur igitur Vellejus Tigranem omisisse, quod, ut ait Tacitus, brevi tantum spatio imperarit. Nec est, quod quis Artavausdem jussu Augusti deductum dicat. Nam & idem de Tigrane ex Tacito cognoscat. Sufficit, si à Tiberio, jussu Augusti, regno impositum statuamus. *Vossius.*

2. *Cujus rex, &c.* Puto, cum ven.

3. *Quippe uterque.* Sueton. Tib. 9. Liv. epis. 136.



partibus <sup>1</sup> Ratos <sup>2</sup> Vindelicosque adgressi, multis urbium & castellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majore cum periculo quam damno Romani exercitus, <sup>3</sup> plurimo cum earum sanguine, perdomuerunt. Ante quæ tempora <sup>4</sup> censura Planci & Pauli acta inter discordiam, neque ipsis honori neque reip. usui fuit: cum alteri vis censoris, alteri

epit. 136. & seqq. Flor. 4, 12, 22, &c. Hist. Miscell. 7, 14. Oros. 6, 21. Horat. 4. Carm. 4. ubi Interpretes. Dio 54. p. 613. & 654. Strabo 7. pr. Boecler.

1. Ratos.] *Rhati*, *Ῥᾶτιοι*, populi Cisalpini & Transalpini, apud Strabonem & Plinium. Sine afflatu ubique in marmoribus, *Rati*. item *Ræti*, si Smetio, & Goltzio fides. Ptolemæus *Rhætiam* circumscribit linea, quæ est inter capita Rhæni & Danubii, parte Danubii à capite ad Oeni ostia, Æno fluvio, & montibus supra Italiam extensis. Hi limites Rhætiam Majorem (ut mihi fide dignissimus testis M. Velleus) id est, Rhætiam propriam, quæ postea Rhætia Prima: & Vindelicorum, quæ Rhætia Secunda dicta, complectuntur. Inde est quod Tacitus & Arianius Ænum inter Rhatos & Noricos fluere scripserunt. Rhæti autem proprii ad Lycum, ut Ptolemæus prodidit; sive verius ad lacum Brigantium, ut Strabo significat, à Vindelicis dividebantur, & hi fere sunt qui hodie *Churwälden*, & *Grappuntner* Germanice, *Grisoni* Rhætice vocantur, Scudæ auctore. Ortel.

2. Vindelicosque.] *Vindelicia*, *Ὀυινδελικία*, Ptolemæo regio, quæ Lyco, Danubio, Æno, & Alpibus circumscriptur: idque verissime. *Postremis* Romanor. temporibus *Rhætia Secunda* dicta. sic enim in Lib. *Notitiar. Præpositus thesaurorum Augustæ Vindelicensis Rhætiae Secundæ. Adversarius, & Philip.*

*Appianus Baiern interpretantur. Lintzgow Scudus. Verum ad Strabonis mentem, quæ Ptolemæo multis argumentis præferenda, magnam tum Boiorum Suevorum, tum, qui nunc sunt, partem complectitur. Hac ad me suis litteris Clariss. doctissimusque M. Velleus Augustanus Vindelicia, fide dignus. Ortelius.*

3. Plurimo cum earum sanguine.] Florus lib. 4. Strabo in fine 4. Horat. l. 4. Carin. Od. 4. & 14.

— milite nam tuo

*Drusus Genaunos, implacidum genus, Brennosque veloces, & arcis Alpibus impositas tremendis, Dejicit acer, plus vice simplici.*

*Major Neronum mox grave prælium Commisit: immancisque Rhatos Auspiciis pepulit secundis.*

Ad quod vir doctus, hic Vellejus adulari opinatur Tiberio, quia constat ex Suetonii Augusto tantum coëruisse. non recte. deceptus fuit mendosa Suetonii scripturâ: nam ita in eo, ut in plerisque vulg. legendum: *Domuit Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni: item Rhætiam & Vindelicos ac Salassos indolpinos: coëruisse & Daconum incursionem, tribus eorum ducibus casis. & vero aperte adstruit Strabo dicto loco Schegkio.*

4. Censura Planci.] Dio 54. pr. Sigon. comment. in fact. & triumph. R. ad ann. V. C. DCCXXXI. Boecler.

I. Imo

teri vita deesset: Paullus vix posset implere cenforem, Plancus timere deberet, ne quidquam objicere posset adolescentibus aut objicientes audire, quod non agnosceret senex. Mors deinde Agrippæ (qui novitatem suam multis rebus nobilitaverat, atque in hoc perduxerat, ut & Neronis esset focer; cujusque liberos, nepotes suos, D. Augustus, præpositis Caji ac Lucii nominibus adoptaverat) admovit propius Neronem Cæsari. quippe filia ejus Julia, quæ fuerat Agrippæ nupta, Neroni nupsit. Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa Mar-

1. Implere cenforem.] Vellejus elegantissime, cenforem pro censura: ut Apulejus noster adilem pro adilitate. Lib. 1. Metam. Annonam curamus ait, & adilem gerimus; & si quid obsonare cupis, utique commodabimus. Nec aliter Propertium audio in Vertumno lib. 4. Pastorem ad baculum possum curare, vel idem

*Sirpiculis medio pulvere ferre rosam.* Nam pastorem curare nil aliud, quam pastoris munus obire, pastorem esse. *Acidalius.*

2. Timere deberet.] Argutus & verius: timere deberet. nec quidquam: Periodum totam vide. Lipsius. Timere deberet.] Prorsus restituit hunc locum Lipsius distinctione ac emendatione: *Plancus timere deberet. nec quidquam objicere posset adolescentibus aut objicientes audire, quod non agnosceret Senex.* Egrege, timere cenforem dicitur debere, qui probrorum sibi & inquinati moris conscius est. Cur ergo Augustus tales constituit cenfores, cum hoc magistratu nihil debeat esse gravius sanctiusque? An voluit hac ratione causam struere & magnificam in publicum speciem quæret, cur in posterum censuram perpetuam, quam hætenus per accitium recularaverat, Princeps deberet suscipere? Ita enim nec discordiis locum,

& officio dignitatem dari, vitii hujus censuræ moniti, credituri erant cives. Certe non abhorret talis calliditas ab illa Augusti arte, qua paulatim, per occasiones & machinamenta, munia magistratum legumque ita in se traxit, ut sponte & merito concessa viderentur. Boecler.

3. Caji ac Lucii nominibus adoptaverat.] Emptos à patre Agrippa per as & libram. Sueton. Aug. cap. 6. Tacit. 1. Annal. Schegk.

4. Quod inchoatum Agrippa.] Verba & notatio, quæ viros doctos late induxit in errorem. Nam censent ii, qui Fastos nobis industrie & perite collegerunt (Sigonius & Onuphrium me dicere palam est) censent inquam, Agrippam Vipsanium quartum fuisse consulem; atque ita adnotant, alter in anno DCCXXXIIII. alter DCCXXXV. Quinetiam mirantur in Lapide Colotiano, ubi accurata recensio fuffectorum Consulium, Vinicium poni, neglecti aut non exprimi Agrippam. Ego illos ab errore non revoco (abietunt in communem locum) sed lectori caveo & inelamo, nec cum iis eret. Non fuit hoc anno aut alio M. Agrippa quartum Consul. Tertium ille consulatum non transcendit. Quo teste? ipso Vellejo supra, ubi de Agrippæ laudibus: *Quem usque in tertium Consulatum ami-*







pecuniæ quam recte faciendi cupidior, inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo; amissaque legionis V aquila vocavit ab Urbe in Gallias Cæsarem. Cura deinde atque onus Germanici belli delegata <sup>1</sup> Druso Claudio fratri Neronis, adolescenti tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria <sup>2</sup> perficit; cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, ac civilibus suffecerit artibus, in incerto est. Morum certe dulcedo ac suavitas, & adversus amicos æqua, ac par sui æstimatio inimitabilis fuisse dicitur. nam pulcritudo corporis proxima fraternæ fuit. Sed illum, magna ex parte dormitorem Germaniæ, plurimo ejus gentis variis in locis profuso sanguine, fatorum iniquitas, confulem agentem annum tricesimum, rapuit. Moles deinde ejus belli translata in Neronem est, quod is sua & virtute & fortuna administravit, peragratusque victor omnes partes Germaniæ, sine ullo detrimento commissi exercitus, quod præcipue huic duci semper curæ fuit; sic perdomuit eam, ut in formam pæne stipendiariæ redigeret

ne locum corruptum in epistola Chionis ad Matridem: ἐπ' ἐπέε ἢ ἡκέ τις ἐπέε δὲ οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἡρώδης. Omnino scribendum est, ut in Ms. nostro legitur: ἐπ' ἐπέε δὲ ἡκέ Κορύς ἐπέε, &c. *Vossius*. Accepta in Germania clades.] *Dio* 54. pag. 612. *Sueton. Aug.* 23. ad quem locum notat *Cassianus*, unum esse Eusebium, qui Lollii hujus non cladem sed victoriam memoret. Verba hæc sunt, *Chronic. libro priore*: Germanos in arma verfos *M. Lollius superat*. Non putandus est autem pugnare cum ceteris Eusebiis; acceperat quidem Lollius cladem aliquam, sed victus non erat plane: quin potius, cum mox hostes apparatus ejus audirent, in suam terram regressi, obsidibus datis pacem acceperunt, teste *Dione*. sed & antea victos à Lollio, ex *Obsequente* probari potest. Me-

minit ejus cladis *Tac.* I. A. 10. 6. *Boetius*.

1. *Druso Claudio*.] Perit lapsu equi, fracto crure intra tricesimum diem, Livius. Conditum corpus in tumulum Cæsaris Augusti, *Dio*. Laudes ejus apud *Horat.* lib. 4. *Carmin.* & *Albinovanum* elegia ad *Liviam* matrem. *Schlegelius*.

2. *Perficit*.] *Vulgo percipit*. Ego omnino mavelim: *industria perficit*. Nam semina quædam & igniculi virtutum in nobis sunt, quos elicit industria & ad frugem maturitatemque perducit. *Quintilian.* eo sensu: *Virtus est quosdam impetus à natura sumit, tamen perficienda doctrina est*. *Lips.* *Percipit*.] *Malo cum Lipsio, perficit*. Sic supra de *Graccho* legitur: *Tantia denique adornatus virtutibus, quantas perficit à natura & industria mortalis conditio recipit*. *Vossius*.

1. *Atrox*

ret provinciæ. Tum alter triumphus, cum altero consulatu, ei oblatu est. Dum ea, quæ prædiximus, in *Pannonia* *Germaniaque* geruntur, <sup>1</sup> atrox in *Thracia* bellum ortum, omnibus ejus gentis nationibus in arma accensis, *L. Pisonis*, quem hodieque diligentissimum atque eundem lenissimum securitatis urbanæ custodem habemus, virtus compressit. Quippe legatus Cæsaris triennio cum his bellavit; gentesque ferocissimas, plurimo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in pristinum pacis redegit modum; ejusque patratione, *Alia* securitatem, *Macedoniæ* pacem reddidit. De quo viro hoc omnibus sentiendum ac prædicandum est, esse mores ejus <sup>2</sup> vigore ac lenitate mixtissimos, & vix quemquam reperiri posse, qui aut otium validius diligit, aut facilius sufficiat negotio, & magis, quæ agenda sunt, curet sine ulla ostentatione agendi. *Brevi interjecto spatio Tib.* 99 *Nero*, duobus consulatibus totidemque triumphis actis, *tribunicia potestatis* <sup>3</sup> consortione æquatus *Augusto*, civium post unum (& hoc, quia volebat) eminentissimus, ducum maximus; fama fortunaque celeberrimus, & vere alterum <sup>4</sup> reipubl. lumen & caput, mira quadam & incredi-

1. *Atrox in Thracia bellum*.] *Dio* 54. p. 624. *Flor.* 4. 12. 17. *Boetius*.

2. *Vigore*.] *Cl. Putecanus, rigore*. Quod libens amplexor. *Pulchre* in hanc rem *Plinius* lib. VII. *epist.* XX. *Pulcherrimum & humanissimum existimo, in vita severitatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, hæc in petulantiam procedat*. Eiusdem sensus illud *Catonis* in *Distichis* lib. I.

*Constans & lenis, ut res exposulat, esto*:

*Temporibus mores sapiens sine crimine mutat*.

*Constantia* enim pro *rigore* ponitur. *Vossius*. *Vigore*.] In eam mentem & infra de *Scianno*: *Priscam gravitatem semper humanitate temperans*. Et infe-

rius de eodem: *Virum severitatis latissime, hilaritatis prisca*. *Apulejus* 2. *Florid.* *Pulcherrime, Gravitatis jucunda, mitis austeritas, placida constantia, blandusque rigor animi*. Sic enim ibi lego cum *Antiquitatis & doctrinæ* omnis *coryphæo J. Lipsio*, & *Veneris Gratiarumque* è *Lipsiana corte pullo Jano Doula F. Aufon*. *Parentalibus*:

*Et gravitas comis lætaque serietas*.

*Acidalius*.

3. *Consortiant*.] *Uti* hac voce *Cicero* lib. 3. *Offic.* *Dissolvatur necesse est omnia humana consortio*. *Lucilius* lib. 19. apud *Nonium*; *Consortium*. *Schegk*.

4. *Reip. lumen & caput*.] *Scite* admodum *lumen & caput* junxit: & supra de *Cæsare & Pompejo*: *Collisa inter se*



<sup>1</sup> incredibili atque inenarrabili pietate (cujus causæ mox detectæ sunt) cum C. Cæsar summisset jam virilem togam, Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium juvenum obstaret initiis, <sup>2</sup> dissimulata causâ consilii sui, commeatum ab focero atque eodem vitrico, acquiescendi à continuatione laborum petiit. Quis fuerit eo tempore civitatis habitus, qui singulorum animi, quæ digredientium à tanto viro omnium lacrymæ, quam pæne ei patria manum injecerit, justo servemus operi. Illud etiam in hoc transcurso dicendum est, ita septem annos Rhodi moratur, ut omnes, <sup>3</sup> qui pro consulibus legatique, in transmarinas profecti provincias, visendi ejus gratia <sup>4</sup> ad eum convenientes, semper privato

(si illa

duo Reip. capita, effusumque alterum Rom. imperii lumen. A. Cidal.

1. *Incredibili atque inenarrabili pietate.* Adulatorie hæc de Tiberio Vellejo, ut alia multa. calliditatem enim potius dixerit, qui Tiberium novit, quam pietatem. Suetonius disertè in Tib. 10. rotam rem complectitur. Tot prosperis confluentibus, integra ætate & valetudine statuit repente secedere, seque è medio quam longissime amovere. Dubium uxorisne rædior, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perseferre possit; an ut vitato asiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueverit atque etiam augetet, si quando indignisset sui Respubl. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, loco & quasi possessione usurpati à se diu secundi gradus, sponte cecidisse, exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcellæ ad munera publicæ admoto, Mithylenas abierit; ne aut ostentare, aut obtrectare præsens videretur, quam causam & ipse, sed postea, (v. Cap. 11.) reddidit. Tunc autem honorum suipectatorem, ac requiem laborum prætendens commeatum petiit. adde Dionem l. 55. p. 63 y. Quis non videt, concurrisse omnes illas causas, quarum prima, è necessari-

tate domestica; altera, è consilio dominationis; tertia, è solertia & infortutis vitæ aulicæ exoriri putanda est. Meminit hujus secessus Tacitus l. A. 4. 4. Boecler.

2. *Dissimulata causa consilii sui.* Veram pete ex Suetonio & Dione. non illa quam monstrat mancipium Istud Tiberianum. intimam causam Tacitus fuisse scribit Iuliam. Schegk.

3. *Qui pro consulibus.* Illud unum monendum, me, pro consulibus restituisse fide codicis Ms. Mutaverant illud alii, in proconsules, quibus omnia pervertere moris, quæ se judicio eorum non statim probent. Atqui cur minus dicere liceat, pro consulibus, quam pro consule? Vossius.

4. *Ad eum convenientes.* Hoc pacto nulla, certe levi licentia rescribo; cum antea, visendi ejus gratia, ad quem convenientes semper privatos illa majestatis p. v. fuit. Hinc Rhenan. ut omnes qui procoff. & legati i. t. p. p. v. e. g. atque conveniendi (semper privatus ille, majestas pr. nunquam fuit) fasces suos. Doctiss. vero Lipsius, visendi ejus gratia atque conveniendi, semper privato (si illa majestas privata unquam fuit)

fasces

<sup>1</sup> (si illa majestas privata unquam fuit) fasces suos summisserint, fassique sint, orium ejus honoratius imperio suo. 100 Sensiterrarum orbis, digressum à custodia Neronem Urbis. nam & Parthus desciscens à societate Romana, adjecit Armeniæ manum, & Germania, avertis domitoris sui oculis, rebellavit. At in Urbe, eo ipso anno, quo magnificentissimi gladiatorii muneris naumachiæque spectaculis, D. Augustus, abhinc annos xxx, <sup>2</sup> se & Gallo Caninio Cos. dedicato <sup>3</sup> Martis templo, animos oculosque

P. R.

fasces. Verum sententia nimium pendet. Schegk. *Ad eum convenientes.* Nos olim restitimus, in Epistolicis lib. III. cap. VII. Ajunt pendulam sic sententiam esse. mihi non videretur, nec tuto. Lipsius.

1. *Si illa majestas privata unquam fuit.* Ceterum adulationem Velleii arguet Suetonius Tib. 12. ubi specie legati exulente egisse memorans, addidit: *Enimvero tunc non privatam modo, sed etiam obnoxium & trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque præternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue: nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam, quin diverteret Rhodum.* Boecler.

2. *Se & Gallo Caninio Cos.* Id fuit anno urbis dcc lxx. Dio tamen Casius valde ab hoc calculo abit, qui relegate Iuliam commemorat anno dccxlviii. C. Antistio Vetere, P. Lælio Balbo Cos. Sed moneo juventutem, manifestum illic hiatum defectumque historiæ esse. Postea quidem annotatur ab interprete: at hic debet ante Frumentationes & Naumachiæ ludos. E Vellejo dicitur: tum etiam è Macrobio, non fallaci argumento. Ille 11. Saturn. indicat Iuliam hanc pessimam simul & argutissimam feminarum, tunc cum pulsa à patre fuit, egisse annum circiter trigessimum octavum. Atqui nata ea (ex Dione didici) anno urbis dccxv. Ergo ad hunc

annum dcc lxx. iusti intercedunt, ut Macrobius voluit, anni xxxviii. Lips. *Se & Gallo Caninio Cos.* Errat ergo Josephus Scaliger in Animadversionibus Eusebianis ad numerum MMLXII. ubi Iuliam relegate ait D. Lælio Balbo, & C. Antistio Vetere Cos. Cumque Eusebius accuset de unius anni prochronismo, peccat ipse prochronismo quadrienni. Virum summum in hunc errorem induxit Dio: apud quem hic aliquot annorum defectum esse, non attendit. Vossius.

3. *Martis templo.* Nunc S. Martini, in foro Augusti, unum ex maximis & sumptuosissimis cum opere, tum artificio: quod his versibus celebrat Ovid. v. Fast.

Uxor ad ipse suos cælo descendit honores,

Templaque in Augusto conspicienda foro.

Digna Giganteis sunt hæc delubra trophæis:

Hinc fera Gradivum bella movere decet.

Prospecti armipotens operis fastigia summi,

Et probat invictos illa tenere Deos.

Prospecti in foribus diversæ tela figuræ,

Armaque terrarum milite victa suo.

Hinc videt Encam oncratum pondere caro,

Et tot Lulææ nobilitatis avos.

Hinc



P. R. repleverat, foeda dictu memoriaque horrenda in ipsius domo tempestas erupit. <sup>1</sup> Quippe filia ejus Julia, per omnia tanti parentis ac viri immemor, nihil quod facere aut pati turpiter posset foemina, luxuria, libidine infectum reliquit; magnitudinemque fortunæ suæ peccandi licentia metiebatur; quidquid liberet, pro licito <sup>2</sup> vindicans. Tum <sup>3</sup> Iulus Antonius, singulare exemplum clementiæ Cæsaris, violator ejus domus, ipse sceleris à se commissi ultor fuit; quem, victo ejus patre, non tantum incolumitate donaverat, sed sacerdotio, prætura, consulatu, provinciis honoratum tum etiam matrimonio sororis suæ filia, in artificissimam affinitatem receperat. Quinctiusque Crispinus, singularem nequitiam su-

*Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem,*

*Claræque dispositis æta subesse viris.*

In aditu templi ante fores ab utroque latere, Martis & Veneris statuæ erant, eodem testante 11. Trist.

*Stat Venus Ulori juncta viro, ante fores.*

Circa idem Apellis tabulam posuit Augustus, in qua Alexander triumphans Belli imaginem vincis ad tergum manibus quasi captivam ducit. quam rem in Augusti gratiam videtur notasse doctissimus Poeta:

*— Juvor impius intus*

*Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis*

*Post tergum nodis, semet horridum ore cruento.*

Nunc in eo templo picta cohors Romana, cujus vexillifer pro signo labrum habet. Fuerunt & alia Martis Uloris templa: sed hoc nobilissimum. Georg. Fabr.

1. Quippe filia ejus Julia.] Seneca libro vi. capite 32. de Benefic. D. Augustus filiam intra pudicitia maledictum impudicam relegavit, in flagitiis principis domus in publicum emisit: admissos

gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus urbem, forum ipsum ac rustra, quibus pater legem de adulteris tulerat, filia in supraplacuisse, quotidianum ad Marfyam concursum: cum ex adultera in quaestuarium versa, jus omnis luxuriæ sub ignoto adultero peteret. De quo & illud; Quod nunquam nisi plena navi vectorem tollat. Macrob. libro 2. capite 5. Schegkii. Quippe filia ejus Julia.] Quæ de Julia hic habetur vide apud Sueton. Aug. 65. Tib. 11. Tac. 1. A. 53. 1. Dion. 55. p. 635. Boecler.

2. Vindicans.] Aliter judicans.

3. Iulius Antonius.] Malim, Iulus Antonia. Horatius lib. 4. Carm. Od. 2. Pindarum quisquam studeat amulari, Iule, ceratis ope Dædalea Nititur pennis.

Tacitus 1. Annal. Lollianus, Variansque clades. interfecit Roma Varones, Egnatios, Iulos. Diverfus tamen Dio lib. 55. qui & Iulium vocat, & non sibi ipsi necem conscivisse, verum morte multatum cum aliis tradit. Schegkii. Iulus Antonius.] Tac. 4. Annal. 44. 4. & 1. A. 10. 6. Idem de Semprom. Graccho 1. A. 53. 4. Boecler.

percilio truci protegens, & Appius Claudius & Sempronius Gracchus, ac Scipio, aliique minoris nominis, utriusque ordinis viri, <sup>2</sup> quasi cujuscumque uxore violata, pœ-

1. Sempronius Gracchus.] Tacitus libro 1. Annal. Par causa scilicet in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, solers ingenio, & prave facundus, eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeravit. nec is libidini finis. traditam Tiberio, pervicax adulter contumacia, & odiis in maritum accenderat. litteræque, quas Julia patri Augusti cum infectione Tiberii scripsit, a Graccho compositione credebantur. Igitur amotus Cercinam, Africi maris insulam, quatuordecim annis exilium toleravit. Tunc milites ad eadem missi, invenerunt in prominenti littoris nihil latum operientem, quorum adventu breve tempus petiit, ut supra mandata uxori Aliaria per litteras daret, cervicemque percussoribus obtulit. Schegk.

2. Quasi cujuscumque uxore violata.] Non culpo, nempe relegati ipsi aut pulsi, quæ pœna Julia de adulteriis. Tamen Tacitus aliter longe adstruit 11. Annal. Ut valida, inquit, D. Augusto in remp. fortuna, ita domi improspersa fuit, ob impudicitiam filia ac neptis, quas urbe depulsi, adulterosque earum morte aut fuga punivit. Nam culpam inter viros ac foeminas vulgatam, gravi nomine lesarum religionum ac violatæ majestatis appellando, clementiam majorem suasque ipse leges egrediebatur. Sed uterque adspæctui aliquo verus. Vellejus, si relegationem intueare istorum quos nominat; Tacitus, si mortem aut exilium quorundam. Lips. Quasi cujuscumque uxore violata.] Intellige, quos hic nominat, qui ex lege Julia in exilium pulsi. nonnemo enim morte affectus est. Quod Lipsius notat ad conciliationem Velleji cum Tacito, 3. A. 24. 2. [vide locum supra à Lipsio allegatum.] Quanquam Iulus Antonius, non tam ob adulterium, quam

ως ἐν τῇ μεταρρίῳ τῆς πρῆξαι, adeoque ob vitium novarum molitionem interfectus memoratur Dion. 55. p. 635. sed quænam illæ religiones, quas lætas apud Tac. Augustus dicit? Amicissimus Noster Freinsheimius in doctissima & singulari exempli paraphrasi exponit de religionibus, quibus sacra forent conjugia: & quod de violatæ majestate additur, ad spectas leges refert, quarum contentus in majestatis injuriam redundaret. Mihi semper videbatur profundioris & vere Monarchici arcani ratio subesse: at que utrobique auspicia venerandæ sacraque Majestatis spectari. quæ cogitatio inde confirmabatur, quod non tam ipse Augustus has pœnas tanquam suis verbis iudicioque, sed Senatus, quod Dio diserte memorat, in gratiam sc. venerationemque Augusti decrevit. Rationes deinde itas sequebar: coeperant jam crimine majestatis violatæ notari vindicarique, quæ olim intra hoc nomen steterant: Unde dato semel ejus in Principem reverentia exemplo, sponte jam & magna promittuntur Senatus; imo adulatione denique (quod de Tiberianis temporibus satis constat) hucibatur. Jam vero crimen ipsum majestatis nonne maximam atrocitatem ex eo habet, quod violantur sacra imperii, auspiciaque summæ potestatis? quæ cum in unum translata est, omnis illa veneratio sponte sequebatur. Et quis nescit studium ac sollicitiam aulicorum sub Augusto, imo ipsius Augusti, non potestatem modo & imperium sed imperii sanctitatem religionemque varie firmantium atque agentium? Existimet forte aliquis obstare huic opinioni Dionem, qui lib. 57. p. 696. sub Tiberio demum, delicta in Imperatorem impietatis nomine appellata tradat. sed



nas pependere; cum Cæsaris filiam & Neronis violassent conjugem. Julia relegata in insulam, patriæque & parentum subducta oculis. quam tamen comitata mater Scribonia, <sup>1</sup> voluntarii exsilii permanfit comes. Breve ab hoc intercesserat spatium, cum C. Cæsar ante aliis provinciis <sup>2</sup> ad sedandum obitis, in Syriam missus, convento prius Tib. Nerone, <sup>3</sup> cui omnem honorem, ut superiori, habuit, tam varie se ibi gessit, ut nec laudaturum magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat, cum rege Parthorum <sup>4</sup> juvene excelssimo, in insula quam

præterquam, quod præcise ex illis verbis non sequitur, sub Tiberio coepisse id nomen (cum locutio illa, ἡδὴ γὰρ ἀπόμυζον, &c. caperetur jam ita appellari, facile ad antecedentia tempora referri possit, quia præsertim de initiis Tiberii hic sermo est) etiam illud animadvertendum est, Dionem hic de omnibus in Principem injuriis loqui, cum Augusti severitas in aliquibus & extra ordinem, ut sic loquar; apud Tacitum notetur. Verum hæc obiter, & prout sub acumen stili venire, hic appono: consideraturus eam rem amplius & disquisiturus in comment. de Auspicio Regio. Boecler.

1. *Voluntarii exsilii.*] Lego, *Voluntaria*. Non enim ipsius Iuliz exsilium voluntarium; indictum plane & coactum: sed hujus Scriboniz, quam pietas filiz comitem dedit. Lipsius.

2. *Ad sedandum* Vulgo, *adsidendum*. *Ad sedandum*, &c.] Lego, *ad visendum obitis*. Lipsius. *Ad sedandum*.] Ita loqui amat absolute; pro *ad sedandos motus*. supra; in convivio refrigeratus ab Antonio. alii; *adsidendum*, aut *adsidendo*. Bonhom. *ad sedendum*, etiam non recte. quamvis sciam federe usurpatum, pro, *judicare*. Schegkiius. *Adsidendum*.] Noli dubitare, quin cum Rhenano legendum sit, *ad sedandum obitis*. Rufus Festus, eandem hanc

rem narrans, ita ait: *C. Cæsar cum per majestatem Romani nominis facile cuncta sedasset*. Vossius.

3. *Cui omnem honorem ut superiori habuit.*] An Vellejus ita scripserit, Principi suo, ut sæpe, serviens, nescio: contra scripsit planissime Dio, libro 1. v. Τὸ δὲ Γαίῳ παλαιῶν ἐστὶ τὸ ὡς Ἀρμενίῳ πόλεμον, Τιβέριον ἐστὶ Χίον ἔλαθον, αὐτὸν ἐθεράπευσε: *Cajo misso ad bellum Armeniacum, Tiberius Chium trajiciens ipsum coluit & veneratus est*. Idem Zonaras. Nec sane Cajus illi se dedit, ut superbia & fortuna adolescentuli fuit: idque Suetonius clare indicat, Tib. cap. xii. *Privignum Cajum Orienti præpositum, cum visendi gratia trajecisset Samum (Chium dixit Dio) alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii*. Et omnino abjectior tunc despectiorque fors Tiberii, tantum non exsulis: ut fortasse Vellejus scripserit, *qui omnem*. Tamen, ut dixi, adulatio familiare scriptori meo in hujus avi rebus vitium, facile defenderit, quod vulgatur. Lipsius.

4. *Juvene excelssimo.*] Ita vulgo. Consensu emendant: *juvene excelssimo, in insula*. De insula recte de juvene, cur tam inconspecte? Phraates enim hoc tempore Parthorum rex, & cum eo colloquium. Ergo ille juvenis? imo anno-

rum

annis Euphrates ambiebat, æquato utriusque partis numero coit. Quod spectaculum stantis ex diverso hinc Romani, illinc Parthorum exercitus, cum duo inter se eminentissima imperiorum & hominum coirent capita, perquam clarum & memorabile, sub initia stipendiorum meorum, tribuno militum mihi visere contigit. quem militia gradum ante sub patre tuo, <sup>1</sup> M. Vinici, & P. Sillio auspiciatus, in Thracia Macedoniaque, mox Achaja Asiaque, & omnibus ad Orientem <sup>2</sup> visis provinciis, & ore atque utroque maris Pontici latere, haud injucunda tot rerum, locorum, gentium, urbium recordatione perfruo. Prior Parthus apud Cajum in nostra ripa, posterior hic apud regem in hostili epulatus est. Quo tempore M. Lollii, quem veluti moderatorem juventæ filii sui Augustus esse voluerat, perfida & plena subdoli ac versuti animi consilia, per Parthum indicata, <sup>3</sup> Cæsari fama vulgavit. cujus mors intra paucos dies fortuita, an voluntaria fuerit ignoro. Sed quam hunc decessisse lætati homines, tam paullo post obisse Censorinum in iisdem provinciis, graviter tulit civitas, virum demerendis hominibus genitum. Armeniam deinde ingressus, prima parte introitus prospere gessit; <sup>4</sup> mox in colloquium (cui

102

rum & regi vetus. Ille est, qui bellum cum M. Antonio gessit, ille qui obfides liberos ad Augustum ante annos aliquot misit. Emenda verissime: *juvenis excelssimus*. Hoc dicit, cum summo rege in colloquium coisset summum juvenum (is est Cajus) & ad spem imperii ab Augusto destinatum. Lipsius. *Juvene excelssimo*.] Videri queat mansisse illud, *juvene excelssimo*, à benignitate interpretum, dum respiciunt ad sequentia: *cum duo inter se eminentissima imperiorum & hominum coirent capita*. Gruter.

1. *M. Vinici.*] Vulgo, *M. Vinicio*.] Legend. proculdubio, *M. Vinici*. nam

pater ejus Publius dicebatur. *Manut.* 2. *Visis provinciis.*] Vulgo, *versus visis provinciis*.] Schegkiius ex vet. edit. reposuit *visis*. Vir doctus *usus provinciis*, male, ut cenfer Schegkiius.

3. *Cæsari fama vulgavit.*] Alias, *Cæsaris ira evulgavit*. Rhenanus. *Cæsaris ira evulgavit*.] Male, nec quidquam per iracundiam hic Cæsar. Eedit prima: *Cæsaris jam evulgavit*. Feci jam pridem (in Epistolicis lib. 3, cap. 8.) *indicata Cæsari, fama vulgavit*. In re arcana, cui non ipse arbiter, nil nisi famam auctorem dare callide & caute Vellejus voluit. Lipsius.

4. *Mox in colloquium.*] Narrat Florus

rus







1 Limyram nominant) morbo obiit; cum ante annum ferme 3 L. Cæsar, frater ejus, Hispanias petens Massiliæ de-  
103 cessisset. Sed fortuna, quæ subduxerat spem magni nominis, jam tum reip. sua præsidia reddiderat, quippe 4 ante utriusque horum obitum, patre tuo P. Vinicio Cos. Tib.

Nero,

esse, Arabibus Hamzam, Latinis olim Emesam vel Emissam, juxta quam sepulchrum sit *Διέστη*, in modum quadrangulæ Pyramidis fastigiatum, valido cemento extruendum: in quo C. Cæsaris epitaphium Græcis characteribus inscriptum legitur. Si ita est: (& utinam expressisset ipsum scriptum!) quis ambiget, quin ad hunc C. Cæsarem pertinuerit? atque ita firma probaque sit altera sententia: quia Emesa illa citra controversiam Syria in Phœnice urbs est. *Lips. In urbe Lyciæ.*] Seneca Rhetor, Florus, ac Rufus Festus, in Syria mortuum volunt. Suetonius, & Zonaras, Vellejum sequuntur. Lipsius iis obijcit observationem Bellonii, qui apud Emesam sepulchrum C. Cæsaris se vidisse scribit. Non ausum virum eruditum vanitatis insimulare: exte-  
rum, quid si illud fuerit *κίνοβριον*? Sane Dio clare scribit, corpus ejus à tribunis militum Romam delatum. Et nihil verius. Inscriptio Romæ retro Minervam:

O S S A  
C. CAECARIS  
AVGVSTI F.

PRINCIPIS IVVENTVTIS.  
Habes eam Inscriptionem Gruterianam p. cccxxxv. num. 4. *Vossius.*

1. *Limyram.*] Ex. vet. habet *Limyram nominant.* Burret. *Limyram.*] Ms. *Limyram.* Forte, *Limyram* legendum ex Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Lyciæ, & Plinio lib. v. cap. xxvii. Sic & Ovidius Met. 1x:

*Jam Cragon, & Limyren, Xanthique reliquerat undam.*

Græci tamen omnes *Διευθεν* appellant. Sed *μειθισ* vocalium in ur-

bium nominibus non rara est. Sic *Utica* Græcis *Ἰτύχη*. Ita & in veteribus inscriptionibus, nummisque, sæpe *Lybica*, pro *Libyca*, scriptum invenias. *Vossius.*

2. *Cum ante annum ferme.*] Suetonius sibi ipsi contrarius in Augusto, c. 65. in duodeviginti mensium spatio; in Tiberio cap. 15. in triviumnum desubos firmat. Forte emendandum *biennium*; aut transpositæ, *Cato & Lucius defunctis*, intra triviumnum (recte intra, nempe tertii anni initium, non exacte, & toto cælo errat vir doctissimus, qui *Lucium* decessit. an. perisse non dubitat scribere) adoptatur ab *Augusto*, volentibus memoriis. *Schegk.*

3. *L.*] Vulgo pessime, *quinquagesimum.* *L.*] Lege, *Cum ante annum ferme L. Cæsar, &c.* ut de Lucio Cæsare intelligamus. Suetonius in Augusto: *Caium*, inquit, & *Lucium*, in duodeviginti mensium spatio amisit ambos. *Manutius.*

4. *Ante utriusque horum obitum.*] Id ipsum Suetonius adfirmat cap. xiiii. & xv. in Tiberio: atque adeo rediisse illum Cato permittente. Quomodo igitur Dio verus? qui sic lib. iv. *Συμμετρήσθαι δὲ τῶν τε καὶ Τιβέριον ἐκ τῶν αὐτῶν ἡμερῶν, ἅτε καὶ τῶν τελευτήσαντων.* Accidit post ista statim, ut Tiberius Rhodo rediret, Lucio & Cato defunctis. Profecto hæc falsa, etiam ipso Dione arguente. Si post ista statim rediit Tiberius: (id est, post ingressum Caji in Armeniam, & revocata scædera cum Partho. ita narrat.) quomodo Lucius & Caius jam defuncti? Nam Caius certe aliquanto post læsus, & post vulnus quoque diuulte supervixit.

Nero, reversus Rhodo, incredibili lætitia patriam repleverat. Non est diu cunctatus Cæsar Augustus. neque enim quaerendus erat, quem legeret; sed legendus, qui eminebat. Itaque, quod post Lucii mortem adhuc Cajo vivo facere voluerat, atque vehementer repugnante Nerone erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit, ut & 2 tribuniæ potestatis 3 consortionem Neroni constitueret, multum quidem eo cum domi, tum in senatu recusante, & eum 4 Ælio Cato & Sentio Cos. v Kalend. Jul. post V. C. annis DCCCLIV, 5 abhinc annis xxvii adoptaret. Lætitiæ illius diei, concursusque civitatis, & vota pæne inferentium cælo manus, spemque conceptæ perpetuæ securitatis, æternitatisque Romani imperii, vix in illo justo opere abunde persequi poterimus, nedum hic implere tentemus. 6 Id unum dixisse juvat, quam ille omnibus fuerit carus. tum

refulsit

pervixit. Puto negationem è Dionis textu excidisse, scribendumque: *Ælio Cato, &c.*] Legi possit: *Ælio Cato, Sentioque Coss.* Alii emendant: *S. Ælio, C. Sentio.* Alii, *Ælio Cato, & Sentio.* Quomodocunque legas, perinde est. Nam par Coss. vocabatur, Sextus Ælius Catus, C. Sentius Saturninus. *Vossius.*

1. *Atque.*] Ex vestigiis vetusti codicis apparebat pro atque scriptum eoque, five eo. nam vestigia literarum vis poterant videri præ vetustate. *Burret.*

2. *Tribuniæ potestatis.*] Vide Tac. 1. A. 3, 5. Sueton. Tib. 15. & 16. Dion. 55. p. 637. Intellige autem *tribunitiam potestatem* iterum datam. acceperat enim & gesserat jam antea. adde Tac. 1. A. 10, 10. *Boetler.*

3. *Consortionem.*] *Consortionis* voce supra item usus, pauculas ante paginas: *Tribuniæ potestatis consortione æquatus Augustus.* Eadem Cicero quoque usus. *Acidal.*

4. *Ælio Cato, &c.*] Lege, *Sex. Ælio, C. Sentio Coss. Manut. Ælio Cato, &c.*] Paulus Leopold. *Miscellan.* lib. 8. c. 8.

*Ælio Cato & Sentio Coss.* emendavit. *Ælio Cato, &c.*] Legi possit: *Ælio Cato, Sentioque Coss.* Alii emendant: *S. Ælio, C. Sentio.* Alii, *Ælio Cato, & Sentio.* Quomodocunque legas, perinde est. Nam par Coss. vocabatur, Sextus Ælius Catus, C. Sentius Saturninus. *Vossius.*

5. *Abhinc annis xxvii.*] Lege, *xxvii. Manutius.*

6. *Id unum dixisse juvat, &c.*] Duo verba, *juvat* & *carus*, nulla fuerunt in autographo, quo usus Rhenanus: ipse fatetur indidisse. Tentabam igitur legere; *Id unum dixero, quam ille omnia omnibus fuit.* Proverbialis loquendi modus, in gratiosis, aut qui apud aliquem possunt. Demosthenes in Philip. Πάντα μέντωρ ἡ ἀπάντων. Diogenes Laërtius in Hipparchiâ: Ἀλλὰ πάντως ἡ κατὰ τὴν ἀπάντων. Lucianus: Καὶ οἱ πάντες κοινῶς ἡ ἀπάντων. Idem: Καὶ ὁπότε, & ἀπάντων, & πάντων ἡ ἀπάντων. Varto: *Hic enim omnia erat. idem*



refulfit certa spes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonii, omnibus hominibus salutis, quietis, pacis, tranquillitatis; adeo, ut nec plus sperari potuerit, nec spei responderi felicius. Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem post mortem Agrippæ Julia enixa erat. sed in Neronis adoptione illud adjectum, his ipsius Cæsaris verbis: *Hoc, inquit, reip. causa facio.* Non diu vindicem custodemque imperii sui morata in Urbe patria, protinus in Germaniam misit; ubi ante triennium sub M. Vinicio, avo tuo, clarissimo viro, immensum exarserat bellum. erat & ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter, eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione operum ornamenta triumphalia. Hoc tempus me functum ante tribunatu castrorum, Ti. Cæsaris militem fecit. quippe protinus ab adoptione missus cum eo præfectus equitum in Germaniam, successor officii patris mei, caelestissimorum ejus operum per annos continuos IX præfectus aut legatus, spectator & pro captu mediocritatis meæ adjutor fui. Neque illi spectaculo, quo fructus

*Sacerdos, idem Parochus, idem Senatus, idem Populi caput.* Lipsius. *Id unum dixisse, jurat, &c.* Non infeliciter Lipsius tentavit. Puto tamen, magis ad Velleii genium forte, si principium ita suppleas: *id unum dixisse habeo, quam, &c.* Ita infra: *Id unum dixisse habeo, cujus urbis ruinam timueramus, eam ne commotam quidem sensimus.* Non legisse oportet Vellejum, qui nesciat, quam saepe sui ipsius sit imitator. *Voss.*

1. *M. Agrippa.* Prænoimen M. videtur abundare. *Ussin.*  
2. *Hoc, inquit, reip. causa facio.* Dubitatum est à multis, an Tiberius reipub. causa ab Augusto successor constitutus, unde Prudentium aliqui apud Tac. 1. A. 10, 9. *ne Tiberium quidem caritate aut reipub. cura successorem adscitum: sed*

quoniam, arrogantiam scititiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quaesivisse. Sed Suetonius liberi alias & prudentis judicii Scriptor, suspicionem eam ab Augusto removet, dum in Tib. 21. scribit: *Abduci tamen nequeo quin existimem, circumspicissimum & prudentissimum principem, in tanto præstitim negotio, nihil temere fecisse, sed citius virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxisse virtutes: præstitim cum & reip. causa adoptare se cum pro concione juraverit, & epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, ut que unicuique populi Romani præsidium profiquatur. Boecler.*

3. *Et ab eo.*] Lipsi. *Id ab eo.*

4. *Quo fructus sum.*] Ita vetustum exemplar. vulgo, *fructus sum. Quo fructus*

ctus sum, simile condicio mortalis recipere videtur mihi; cum per celeberrimam Italiæ partem, tractum omnem Galliæ provinciarum, veterem imperatorem, & ante meritis ac viribus, quam nomine, Cæsarem revisentes, sibi quisque quam illi gratularentur plenius. At vero militum conspectu ejus elicitæ gaudio lacrymæ, alacritasque & salutationis nova quædam exultatio, & contingendi manum cupiditas, non continentium protinus, quin adjicerent; Videmus te, imperator, salvum recepimus: ac deinde, Ego tecum, imperator, in Armenia; ego in Rætia fui; Ego à te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus sum. Neque verbis exprimi, & fortasse vix mereri fidem potest, intrata protinus Germania, subacti Caninefates, Attuarii, Bructeri,

*fructus sum.*] Lucretius lib. 3.

*Sin ea que fructus cumque es, perire profusa.*

Cicero in Hortens. *Et æternitate summa perfructus est.* Ad ad invidiam ablectissima & laboriosa illa Conlectanea humanissimi, Juris antiquitatisque consultissimi viri Hub. Giphanii nostri. Schegg.

1. *Meritis ac viribus.*] Superbius videtur. An vires imperatoriæ Tiberio ante imperium dici aliquid possit, sed malim ego: *meritis ac virtutibus.* Lipsi.

2. *Caninefates.*] *Caninefates*, apud Plinium, lib. 19, cap. 15. *Manus. Caninefates.*] Pro *Caninefates* male in editione principe fuerat, *Caninefati.* Pro quo tamen minima fortasse mutatione reponi debeat, *Caninefati.* Sic *Ten-tones & Teutoni, Santones & Santoni, Mediomatrici & Mediomatrici, Tectosages & Tectosagi, Velocesses & Velocassi*, promiscue apud auctores legitur. Ita & *Atrebatii*, non *Atrebatibus*, est apud Cæsarem lib. 11. de bello Gallico in odd. Mss. Plura ejus generis alii per se observabunt. *Vossius.*

*Caninefates.*] *Caninefates*, Paterculi, Bata-

vorum insula partem habitant, auctore Tacito. *Caninefates* eos vocat Plinius. *Caninefates* dicuntur in quadam antiqua inscriptione. *Kennemerlanders*, B. Rhenano sunt. *De Veluwe*, Henr. Aquilio. Hæc *Felua* vocatur, in vita S. Werenfridi. De *Caninefatis* ad H. Junium cap. 3. *Batavia. Ortel.*

3. *Attuarii.*] *Rhenanus*, & alii, ex Strabone legunt, *Chattuarii*: *Cluervarius* vero, *Attuarii*. Qui & addit *Attuarios* alias non legi. Sed falluntur. *Ammianus* lib. 22. *Rhenus* exinde *transmisso regionem subito pervasit Francorum*, quos *Attuarios* vocant. Meminit etiam eorundem *Gregorius Turonensis* in gestis Francorum epitomatice c. 119. Nihil igitur in Vellejo mutandum. *Vossius.* *Attuarii.*] *Attuarii*, sunt Vellejo Paterculo Germaniæ populi, *Atthuarii*, *Ammiano* 20. *Francorum* gens. Eadem, vicina *Bructeris*. Scio *Rhenanus* & *Junium* hoc loco *Attuarii* legere apud *Ammianum*. *Ortel.*

4. *Bructeri.*] Ita edunt omnes ex conjectura *Rhenani*. At perperam, ut arbitror. Retinendum enim *Bructeri*, ut erat in autographo. Ita etiam hanc



æteri, recepti Cherusci<sup>1</sup> gentes, <sup>2</sup> & amnis, mox nostra clade nobilis, <sup>3</sup> transitus <sup>4</sup> Visurgis: penetrata ulteriora. cum omnem partem asperimi & periculosissimi belli Cæsar vindicaret; in iis quæ minoris erant discriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatus patris ejus in Germania fuerat, præfecisset; virum multiplicem <sup>5</sup> in virtutibus, navum, agilem, providum, militariumque officiorum patientem ac peritum pariter, sed eundem ubi nego-

gentem nominat Nazarius Panegyrico ad Constantinum. Unde non longe abit *Borteri*; ut in epistola quadam Gregorii II. Papæ appellatur. Quin pro vulgata Velleii lectione quoque facere videtur locus Suetonii in Tiberio, quo ille à *Rueno* prope occisus dicitur. Ita enim est in vulgatis: ubi codices quidam Mss. habent *Bructero*, alii *Ruheno*, aut *Rutero*. Ut forte *Bructero* sit scribendum. Non enim acquiescit animus Torrentii conjecturæ, qui censebat, Romanos *Ruteri* vocem, tanquam proprium viri nomen, expressisse, cum Germanico idiomate quemvis equo merentem significet. *Bructeros* tamen gentem hanc nominant plerique alii scriptores. *Voss. Bructeri.* *Bructeri* sive *Brockmerlandii*, in Orientali Frisia, ut scribit Cornelius Kempius. *Buſſæteri* *Buſſæteris* *ægi*, *Majores* & *Minores*, Ptolemæo sunt Germaniæ populi. Regio *Transſalana* est Pyramio. Eisdemque putat esse cum *Bructeria* Paterculi, Taciti, & Strabonis, qui *βουκτε* *ægi* sine ρ in prima legit, (vitiò forte codicis) Willichius, qui eos scribit habitare Monasterium, in Westphalia. Huic assentitur quoque H. Junius. Hos Taciti *Bructeros*, *Ulmigeos* etiam dictos, vult Glareanus. A *Bructeris* dictus est etiam hodie *Brockersberg*, sub Gossaria, ut Melanchthoni placet, & *Peucero*, qui hunc montem veteri nomine *Melibocum* vocat. *Ortelius.*

1. *Gentes.* Illud *gentes* tanquam glossema abjiciendum censet Lipsius.

2. *Et amnis, &c.* Ita omnes edunt, quasi de hac lectione quam commentus Rhenanus, dubitare videatur nefas. Ego tamen pro certo habeo aliter scriptum fuisse Vellejo. Nam in autographo fuit: *Et inamminus mox nostra clade nobilis, &c.* Unde, duabus literis additis, quæ ob vetustatem erant extritæ, legendum cenſeo: *Et utinam minus mox nostra clade nobilis, &c.* Intelligi autem *Varianam* cladem, manifestum est. *Vossius.*

3. *Transitus Visurgis.* Apud Dionem in hac re narrata mendum: *Τῆσδε μέγαρα γὰρ ἔστι ποταμὸν ἀπὸ τῆσδε ἔστυρον, καὶ τῆσδε Ἀλβίης ἀπορροῆς* (Tiberius usque ad flumen primum *Erygrum*, deinde ad *Albium* processus est. Scribe, *ἔστυρον*, reducâ syllabâ à vocula prioris. *Lipsius.*

4. *Visurgis.* *Visurgis* *ὑίσουργίς*, Ptolemæo, *Bisurgis* *βισουργίς*, Straboni: *ἰσουργίς* Dioni: Germaniæ fluvius, in Oceanum aquas suas evolvens, *Visuris* in Adami Historia Ecclesiastica: unde *Weser* hodie nuncupatur. *Vesais* Sidonio & *Itargis*, sive *Iturgis*, Ovidio dicit, oblectarunt Had. Junius, & Turnebus. *Ortelius.*

5. *In virtutibus.* Lib. vet. abest vocula *in*, & bene.

negotia fecissent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem; ita tamen, ut eum splendidum ac hilarem potius, quam luxuriosum aut desidem diceres. de cujus viri claro celebrique consulatu prædiximus. Anni ejus æstiva, usque in mensem Decembrem <sup>1</sup> perducta, immanis emolumentum fecere victoriæ Pietas sua Cæsarem, pæne obstructis hieme Alpibus, <sup>2</sup> in urbem traxit: ad tutelam imperii <sup>3</sup> eum veris initio reduxit in Germaniam; in cujus mediis finibus, ad caput <sup>4</sup> *Lulix* fluminis, hiberna digrediens princeps locaverat. Pro Diiboni, quanti voluminis opera inſequenti æstate, sub duce Tiberio Cæsare, gessimus! Perluſtrata armis tota Germania est. Victæ gentes, pæne nominibus incognitæ. Receptæ <sup>5</sup> *Cauchorum* nationes. omnis eorum juvenus, infinita numero, im-

1. *Perducta.*] *Lipſ.* malit *produda*.  
2. *In urbem traxit: ad tutelam imperii.* *Melius & concinnius: in urbem traxit: ad tutela imperii cum veris.* Pietas in utrumque parentem & desiderium videndi duxit eum in Italiam: tutela imperii (quod defendendum ei contra barbaros) reduxit in Germaniam. *Lipsius.*

3. *Eum veris initio.*] Languida & enervis oratio, quam roboro: eadem veris initio. Pietas, inquit, Cæsarem revocavit ad civem & urbem: eadem inde expulit ad exercitum & castra. *Acidal.* *Eum veris initio.*] Pro initio in Ms. tantum erat, *initi*. Unde forte legendum: *obstructis hieme Alpibus in Urbem traxit: ad tutelam imperii cum veris initium reduxit in Germaniam.* Quamvis initio etiam retinere possis, dum modo nobiscum vulgatam distinctionem mutes. Quod si placeat, *pietas*, *ἀπὸ τῆσδε* erit intelligenda. *Voss.*

4. *Lulix.*] Feci *Lupia* pridem. Perſevero: nisi si *Lulii* faciendum, quasi in honorem C. *Lulii* Octaviani flumen sic noviter appellatum. *Lipsius.* *Lulix.*]

Malo cum doctissimo homine in Epistolice, *Lupia fluminis*. facit Dio l. 54. *Schegk. Lulia.*] *Lupia* legendum esse, consensus doctorum & res ipsa pridem evicit. vide de hoc Nostri loco *Cluver.* *German. antiqu. lib. 3. c. 9. & 49.* Boecler. *Lupia*, vulgo de *Lip* appellatur, unde & comitatus nomen accepit.

5. *Cauchorum.*] Hos Ptolemæus & Plinius in *Majores* & *Minores* dividunt: *Minores* sunt hodie, ut *Judocus* *Willichius* vult, *Frisii* *Groeningensis*; *Majores* comprehendunt *Bremensis*, *Lunenburgensis*, ad *Hamburgum* usque. *Ptolemæi* certe *Cauchi* *Minores*, quos ponit inter *Amasium* & *Visurgis* fluvios, hodie *Ostfriesen* sunt. *Cauchos* *Minores*, vocat *Leunclavius* ex *Dionis* 60. *Cauchusos*. Sed *Plinius* *Caucas* alios inter *Helium* & *Fleum* sternit. Hos H. Junius in sua *Batavia* *Goylanders* facit. *Ortel.* Hinc forsitan pagus seſquimilari à *Leida* distans *Can-Kerk* à *Cauchis*. nomen accepit. vide *Schild.* in tract. speciali de *Cauchis*.



immensa corporibus, situ locorum tutissima, traditis armis, una cum ducibus suis, septa fulgenti armatoque militum nostrorum agmine, ante imperatoris procubuit tribunal. Fracti Langobardi; gens etiam Germana feritate ferocior: denique quod numquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum miliarium, à Rheno usque ad flumen Albi, qui \* Semnonum Hermundorumque fines præterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus: & eodem, mira felicitate & cura ducis, temporum quoque observantia, classis quæ Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subiecta, plurimarum gentium victoria, cum abundantissima rerum omnium

1. Langobardi.] *Langobardi*, Tacito 11. Annal. Hæc vera scriptura non Longobardi, aut Laccobardi. est enim vox Germanica, teste locupletissimo Diacono. à *lang* quo d'longa, & *bard*, quod *barbam* notat. Quare ita vocati, lege apud eundem, qui eos ex Scandinavia in Germaniam commigrasse scribit. Prius *Winnili* dicebantur. Ortel.

2. Ad quadringentesimum miliarium.] Hyperbolice hic loqui *Vellejum*, aut anfractus atque circuitus paludum saltuumque complexi (cum alias millia passuum haud amplius ex l. reperiantur in itineris hujus designatione) ostendit *Cluverius German. antiq. 31. 18.* Boeclerus.

3. Albi.] *Albis* Ptolemæo, Senecæ in Medea, & aliis, Germaniæ celeberrimus fluvius. Barbari saculi scriptores Latini *Albiam* vocant. Germanis Elbe dicitur. Bohemis vero, apud quos originem sumit, Labe. Nomen habere à numero indicat Fabricius in suis rerum Misnicarum libris. fontium nempe undecim, ut Bohemi, sive ut Saxones dicunt, tot annuum ingluentium. Oritur enim, ut idem tra-

dit, in tractu Hercyniæ silvæ, qui à Gigantibus nomen habet, vulgo Risenberg, ex undecim (quorum singula nomina adjicit) fontibus. qui tandem conflati, Albi fluvium efficiunt. Elve & Elbe Germanis undecim significat. Hunc montem Risenberg (ut hoc præter institutum addam) Bohemi Cerconeffos vocant, ut scribit Dubravivus. Ortelius.

4. Semnonum.] Ita Schægkij. Vulgo *Senonum. Senonum.* Lego, *Semnonum*, qui inter Suevos. Tacitus 2. Annal. Igitur non modo *Cherusci*, sociique eorum, vetus *Arminii* miles, sum sine bellum, sed è regno etiam *Marobodu* Suevæ gentis, *Semnones* & *Langobardi* deserunt. Et in Germania: *Vetustissimos se, nobilissimosque Suevorum Semnones memorant.* Et cum Ptolemæo Strabo lib. 17. & *Σημωνας* αὐτῶν μετὰ ἑβῆ. & *Σήμενας*. Id est, & ipsorum Suevorum magnam gentem *Semnones*. Schægk.

5. Ab inaudito & incognito mari.] *Nego. Drulus* frater ejus jam ante navigaverat.

107 omnium copia exercitui Cæsarique se junxit. Non tempero mihi, quin tantæ rerum magnitudini hoc, qualecumque est, inferam. Cum citeriorem ripam prædicti fluminis castris occupassemus, & ulterior armata hostium juventute fulgeret, sub omnem motum nostrarum navium protinus refugientium, unus è barbaris, ætate senior, corpore excellens, dignitate, quantum ostendebat cultus, eminens, cavatum ut illis mos est, ex materia conscendit alveum, solusque id navigii genus temperans, ad medium processit fluminis; & petiit, liceret sibi, sine periculo, in eam quam armis tenebamus egredi ripam, ac videre Cæsarem. Data petenti facultas. Tum appulso

1. Non tempero mihi.] Quæ in hoc capite habentur, solius Velleji diligentia debentur. quo minus judicare intergrum est, quid juxta aut supra verum fidem dictum sit. Certe cum in Tiberianis plerisque laudibus nimius deprehendatur Noster, non sine ratione suspicatus est *Lipsius*, parum pro indole Germani hominis sonare istam ad Tiberium orationem. Boecler.

2. Sub omnem motum.] Codex calamo exaratus habet, *sub omnem motumque nostrarum navium*. Inter omnem motumque quidam deesse videtur. *Burser.*

3. Cavatum, ut illis mos est, ex materia conscendit alveum.] Meminit ejusmodi navigiorum *Plinius* 16, 40. Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quedam & triginta homines ferunt. Scilicet hoc veluti rudimentum navium gentibus fuisse antiquitus, consentaneum est. Ita *Sanchuniaton* apud *Euseb. præparat. Evangel.*

1. 10. de Phœnicum Theologia, tradit: *διὸντος λαβὸρδου τ' Οὐπῶνος & ἀπὸ κλαδὸς αὐτῆς. ἠρῶτον τοτὸν ἄνθρωπος εἰς τὰ λαοσῶν ἐβδῆσεν.* Usque arboris, cuius ramos amputaverat, accipia, primum hoc veluti navigio ausum esse mare ingredi. Annorandum hoc vel propterea

videbatur, quia in disputatione de primis rei navalis originibus multa obcuritas tollitur, observato navium tumultuariæ sive rudimentariæ, tum fabricatæ extructæque discrimine. hic proprie *ναυπηγία* locum habet: *Vellejanum* autem istud navigium, aut quæ alia ad eum modum memorantur, non sunt accurate loquendo *ναυπηγίαν*. Boecler.

4. Ad medium.] Non pejor scriptura, *Ut ad medium processit fluminis, petiit.* *Acidalius.*

5. Quam armis tenebamus.] Non displicet. Cæterum in autographo fuit: *tenebamus.* Unde scribendum forte, *in eam, qua armis tenebamus, egredi ripam.* Nisi malis, totidem apicibus repositis: *in eam, qua in armis tenebamus, egredi ripam.* &c. Hoc est, qua armati excubabamus, ac tentoria fixaramus. Ut *Virgilius* 11. *Æneid.*

— *Heic sexus, tendebat Achilles.* Et *Ovid.* *epist. 1.*  
*Illic Bæcides, illic tendebat Ulysses, &c.* *Vossius.*

6. Data petenti facultas.] Vulgo, *Data à Cæsare petenti facultas.* Exemplar vetus solummodo representat, *Data petenti facultas.* Hoc à Cæsare hoc loco



appulso lintre, & diu tacitus contemplatus Cæsarem, Nostra quidem, inquit, <sup>1</sup> furit juventus, <sup>2</sup> quæ cum vestrum numen absentium colat, præsentium potius arma metuit, quam sequitur fidem. sed ego beneficio ac permisso tuo, Cæsar, quos ante audiebam, hodie vidi Deos: nec feliciorem ullum vitæ meæ aut optavi aut sensi diem. <sup>3</sup> Impetratoque, ut manum contingeret, reversus in naviculam, sine fine respectans Cæsarem, ripæ suorum appulsus est. Victor omnium gentium locorumque quos adierat Cæsar, cum incolumi inviolatoque & semel tantummodo, magna cum clade hostium, fraude eorum tentato exercitu, in hiberna legiones reduxit; eadem qua <sup>108</sup> priore anno festinatione urbem petens. <sup>4</sup> Nihil erat jam in Germania, quod vinci posset, præter gentem <sup>1</sup> Mar-

non reperitur, unde unde huc emigraverit. *Burrer.*

1. *Furit juventus.*] *Fugit*, legit Petrus Delbenius: quod superius dixerit, *Sub omnem motum nostrarum navium protinus refugientium.* Manut. *Furit juventus.*] Adulatoria oratio & inepta, nec pro indole aut ferocia Germanicâ. Est qui legat, *fugit juventus*: male, male. Imo vero furere illam vult, nec esse suæ mentis quæ cum diis belligaretur. *Lipsius.* *Furit juventus.*] Similis Curtii locus ex lib. IX. Ergo universi ad eos, qui in armis erant, currunt: favere clamitantes cum diis prælium inturos. *Vossius.*

2. *Quæ cum vestrum numen.*] Tolerabilius videri posset montanorum barbarorum apud *Curtium* 7, 6, 6. oratio, qui veniæ petendæ deditioem suam hoc colore adornant: *cum diis pugnare sacrilegos tantum.* Nam quæ *Idem scriptor* de barbaro imbellique Indorum stupore memorat 9, 1, 18. & 9, 8, 7. quibus dii scilicet erant, quos fortiores adeoque sibi formidabiles credebant, facile fidem inveniant: sed cui verisimile sit, Germanum, digni-

tate graduque militiæ honoratum in tantum non modo à libertate, sed à servitute ipsa degenerasse? Et quodnam illud numen Romanorum, quod juvenus Germana scilicet coleret? An illa terrarum Dea gentiumque Roma? quam pro domicilio latronum destabantur Germani? An vero Julii Cæsaris *domitius*, aut Augusti veneratio hanc formulam dictavit? qua eadem nimirum postea Arminius, *illum inter numina dicatum Augustum*, gravi cum irrisu recordiæ Romanæ, memorat, ap. *Tac.* 1. A. 59, 6. Curiosior aliquis non difficulter crederet, Vellejum hic commentum esse rationem, qua suum Tiberium summis quibusque & admirandis ducibus æquaret. Vide de *Scipione Val. Max.* 2, 10, 2. *Boecler.*

3. *Impetratoque.*] *Idem liber, impetratoque.* *Butrer.*

4. *Nihil erat jam in Germania.*] *O vanitatem!* Sed hæc & plura magnifice, imo serviliter, Vellejus narrat, in Tiberii sui laudes. *Αἰὲν ἔπιπορευλῶ.* *Lipsius.*

5. *Marcomannorum*] *Marcomanni* Germaniæ populi, Ptolomæo, Dion,

*Pater-*

comannorum; quæ Maroboduus duce, excita sedibus suis, atque in interiora refugiens, incinctos <sup>2</sup> Herciniæ silvæ campos incolebat. Nulla festinatio hujus viri mentionem transgredi debet. <sup>3</sup> Maroboduus genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum, neque mobilem & ex voluntate parentum constantem inter suos occupavit principatum, <sup>4</sup> sed certum imperium, vimque regiam complexus animo, statuit, avocata procul à Romanis gente sua, eo progredi; ubi cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupatis igitur, quos prædiximus, locis, finitimos omnes aut bello domuit, aut condicionibus <sup>1</sup> juris sui fecit. *Cor-* <sup>109</sup>  
pus suum <sup>6</sup> custoditum, imperium perpetuis exercitiis pæne

*Paterculo, Eutropio, Capitolino, Lampridio, & Vopisco.* Vel *Marcomannia* Regio, ut etiam Julius Capitolinus habet, *Merbern* hodie est, *Dubravio* & aliis testibus. *Marabenses* vocat *Regino.* *Ortel.*

1. *Interiora.*] Vulgo, *inferiora*; verius *interiora.* Loca magis interna petierunt & diffusa à limite Romano. *Lips.* *Inferiora.*] Valde hinc sudat *Philippus Cluverius* Germaniæ Antiquæ libro 111. cap. 11. Sed omnem nodum exolveris, si scribas, *interiora.* Quomodo jam olim *Gryphio, Stephano, & aliis,* editum. *Vossius.*

2. *Herciniæ.*] Olim dierum 60. longa, latitudo novem. Vide *Cæs.* lib. 6. de *Bell. Gall.* multis hodie sylvis separata.

3. *Maroboduus.*] Cujus apud *Tacitum* Tiberii eulogium in hæc verba: *Non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse. Exstat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam subjæctarum ei gentium, & quam propinquus Italiae hospes, suaque in destruenda ta*

*consilia extulit.* *Consule Strabon.* lib. 7. *Sebegkian.*

4. *Sed certum imperium.*] Hunc locum, Deo annuente, amplius explicabimus in *comment. de Auspicio Regio.* Historiam juvabunt *Strabo* 7. prope principium, e regia, ut solet, brevitate rem totam complexus. *Tac.* 2. A. 44. & 46. *Boeclerus.*

5. *Juris sui fecit.*] An æquis, an vito imparibus? Dubitat *Petrus Faber Semestr.* 1, 7. Nobis nil videtur dubitandum, si vel consilium Marobodui, vel textum Velleii consideramus. Dominari ceteris volebat Maroboduus, proferendique imperii causa finitimos bello petebat. ergo partim vi cepit, partim deditioem, quos sui juris, omnes nimirum fecit. Quæ Velleii phrasi nihil potuit clarius dici: nam *sui juris* facere, est utique, in suam ditionem potestatemque redigere. Non consistunt autem *αὐτῶν ἑαυτῶν ἰσὴν ἔσθ' ἰσῶν* & *ἰσῶν*, cum alter amittit imperium, alter accipit. *Boecler.*

6. *Custoditum.*] *Ver.* edit. habet *custoditum.* ex quo *Lips.* *custodia tutum.*

1. *Gene-*



pæne ad Romanæ disciplinæ formam redactum, brevi in eminens & nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium; <sup>1</sup> gerebatque se ita adversus Romanos, ut neque <sup>2</sup> bello nos lacefferet, & si lacefferetur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi declararet. Legati quos mittebat ad Cæsares, interdum ut supplicem commendabant, interdum ut pro pari loquebantur. Gentibus hominibusque à nobis desciscensibus erat apud eum per fugium; <sup>3</sup> totumque ex male dissimulato agebat æmulum: exercitumque <sup>4</sup> quem LXX millium peditum, quattuor equitum fecerat, assiduis adversus finitimos bellis exercendo, majori quam quod habebat operi præparabat. Eratque etiam eo timendus, quod, cum Germaniam ad lævam, & in fronte Pannoniam ad dextram, à tergo sedium suarum haberet <sup>5</sup> Noricos, tanquam in omnes fem-

per

1. Gerebatque se ita adversus Romanos. ] Quæ hoc & sequenti comitate dicuntur, prudentiam Maroboduî singularem abunde ostendunt. Ceteri scriptores parcius hic agunt. an pudit fieri, fuisse inter Germanos virum, qui gerenda rep. constituendoque principatu æmulum agere posset eorum, qui soli eo nomine celebres & cupiebant esse & videbantur? Nimirum & elusit Maroboduus infinitam Romanorum ambitionem calliditate, & virtute coercuit & quantum ille dedisset Romanis negotiis, nisi intestinis armis collisi inter se duo Germanici Martes (Arminius ille alter est, quem indigno nudum hostibus latus præbuissent. Maçte nunc quoque virtus Germanica, inviçta omni externa vi in hunc diem futura, si Libertati tuæ concordia constantius litavisses, neque alienæ dominationi, tum decus & sanguinem gratificari didicisses. Boeler.

2. Bello nos lacefferet, &c. ] Vulgo, Ut neque bello nos lacefferetur superassi sibi vim ac voluntatem resistendi \*\* Lega-

ti, &c. Putarem legendum, nos lacefferet; ac si lacefferetur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi declararet. Legati, &c. nam in fine simile quid deesse videtur; cum sit in exemplari lacuna omiſſa dictionis. Rhenan.

3. Totumque. ] Scribo cum Lipsio totumque. Thys. Totumque. ] Acidalius contendit legendum, in totumque. Nolim statim assentire. Boeler.

4. Quem LXX. ] Vulgo, LX. Quem LX. ] Ex vestigiis vetusti codicis apparet fuisse, LXX. eraso X. posteriore. Burer.

5. Noricos. ] Noricum, Germaniæ regio, quam Ptolemæus definit Æno flumine, Danubii parte, quæ est ab Æno ad montem Cesium, monte Cetio, Pannoniæ parte & monte Curvanea. Sed postquam Boii exactis Romanis in partem Vindeliciæ, quæ inter Lycom & Ænum jacet, immigraverunt, evenit ut is etiam tractus, in quo Norici, tum Boiaræ sive Bavaræ nomen acciperet. Quo sensu, (ut suis litteris ad me M. Velferus monuit) eam Diacorum 3. Langobard. describit, his verbis:

per venturus, ab omnibus timebatur. Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiani: quippe cum à summis Alpium jugis, quæ finem Italiæ terminant, <sup>1</sup> initium ejus finium haud multo plus CC millibus passuum abesset. Hunc virum & hanc regionem proximo anno diversis è partibus Tib. Cæsar aggredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, ut per <sup>2</sup> Catos, excisis continentibus

Her-

bis: *Noricum siquidem provincia quam Boiariorum populus habitat, habet ab Oriente Pannoniam, ab Occidente Suviam, à Meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta. Beyer, sive Bavaria nunc. Noricorum duas provincias numerat Sex. Rufus, item Lib. Notit. Mediterraneum, & Ripense. Naricum Ripense. hujus meminit Lib. Notit. Ex eo Austriæ tractum facit Læzium, qui est à Patavio, Viennam usque, vulgoque Haufstuck dicitur. Noricos olim Tauriscos vocatos, scribit Plinius 3. c. 20. Hodie apud hos eodem hujus vocis multa supersunt locorum nomina, ut Krunder Taurin, Felber-Taurin, Kayn-Taurin, &c. Ortel.*

1. Initium ejus finium. ] Exemplar antiquum; initium ejus finium. Burerius.

2. Catos. ] Catti, Germaniæ populi, Tacito: *Chatta Cattey*, Ptolemæo. *Hessen* sunt H. Junio & Georgio Fabricio: mihi quoque. apud quos habitenus *Katzenleobogen* superest, quasi dicas Catorum Ancona. Willichio vero sunt qui *Marchiam Badensem* & loca vicina habitant: quos & *Carinus* Ptolemæi putat. Catti postea in insulam Batavorum transgressi (auctore Tacito) ubi hodie horum nominis vestigia supersunt in duobus vicis, cognominatis ad mare, & ad Rhenum. *Ortel. Catos.*] Batavos olim inter Catos, eosque nunc Hesses, docti existimant. Atque in eam rem nova argumenta prodit generosæ stirpis & elegantis ingenii splendore nobilissimus Janus

Doufa filius, *Catzenf* ut ad Dilliam fluvium, & forte an *Katers Hirsfeldo* opido, & *Katersberg Wanfredo* vicinum. Quare Batavorum veterum in Hassia sedes. Quo autem in loco es habuerint, conjectura è locorum nominibus petita, idem indagat, & suspicatur eos circa Adranam (hujus Tacitus meminit Annalium 1. vulgo *Edr*) & *Gilsam* fluvios in Waldeckensis Comitatus confinibus sitos fuisse. Cujus rei testimonium perhiberi ipsi videntur *Batebergum*, ara edito in colle Adranæ alluenti assidens; & pagus *Batenhausen* inter Varum & *Gilsam* (vulgo *War & Gilse*) fluvios. *Baddenfeldum* præterea prope eundem Adranam locus nominatus Auctori Annalium de gestis Caroli Magni. Catorum vicissim apud Batavos vestigia. Præter argumenta ab aliis adducta ex duobus ejusdem nominis pagis, *Catwijk op den Rhijn*, & *Catwijk op Zee*, qui olim ad medium Rheni ostium Bataviam ad Oceanum terminaverunt, affert idem Doufa filius *Catvicum*, in Comitatu Cukeni, Batavorum inibi terminum. Catorum denique memoriam in Zelandia tuentur, inquit, *Catwiz* oppidum, quod ante aliquot annos aquis obrutum; & è regione ejusvicus prope *Goelsam* urbem *Cattendijk*. Quod Zelandos ejusdem nobiscum originis fuisse, satis ipse evidens argumentum. Et hi antiquitus Batavis annumerati fuerunt & accensiti insulis illis, quas Rhenum incurſibus suis in mare facere testatur Cæsar lib. 1v. de

Bello



<sup>1</sup>Hercyniæ silvis, <sup>2</sup>legiones Boiohœmum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est) \* duceret: ipse à

Car-

Bello Gallico: *Rhenus*, inquit, *oritur ex Lepontis qui Alpes incolunt, & longo spatio citatus fertur; ubi Oceano appropinquavit, in plures diffinit paries, multis ingentibusque insulis effectis, multisque capitibus in Oceanum influit.* Vide Notas ad Grotii Bataviam. *Cattor.* Idem qui Hessi per dialectum, ut *Wasser*, & *Water*.

1. *Hercynia.*] *Hercynia* Silva, Cæsari, & Apollonio 4. cujus Scholiastes vocat sic montem, & silvam, quam *Orciniam* ab Eratothene vocari dicit. *Orcynium* ὄρκυνιον, Ptolemæo. In Germania est. Dierum sexaginta iter occupare scribit Pomponius. Ejus latitudo novem dierum iter expedito patere, Cæsar tradit. Vide ejus magnitudinem apud eundem, l. 6. de bello Gallico. *Hercynius* Saltus, & *Hercynium* Jugum nominat Plinius. Hujus descriptio quoque est apud Suidam, ex Juliano Aug. in Ἰσχυροῦ. De hac silva libet hic adferre, quæ Rhellicanus habet in suis Annotationibus in Cæsarem: *Baceniæ eandem silvam cum Hercynia omnium pene cruditorum consensus approbat. Latini namque partim & Græci eandem silvam Baceniæ, Martianam, Gabritam, Semanam, & Hercyniam nominant. Germani vero juxta Friburgum Brigantia Schwartzwaldt, prope Heidelbergam Odenwaldt, prope Hevibopolim & Badenbergam Steygerwaldt vocant. A Mœno etiam fluvio, ad Loriam amnem prope Consuentiam Westerwaldt, non procul à Mœni ripa, ubi Francfordiam, Achenburgium, & Mozguntiacum urbes attingit, Speshart. In Saxonia faucibus ad Mansfeldensem ditionem Auffden Hartz, à Thuringiâ Thuringerwaldt, & à Bohemiâ Behemerwaldt, nuncupatur. Hæc ille. Eadem fere Althamerus, in Tacitum. Germanici Saltus sunt Livio 9. Hanc Hercyniam*

puto ab Orpheo in Argonauticis & Dionysio Afro in Periegesi descripti sub nomine ἠρκαίων, id est, immensa silva: inter Mæotidem paludem Croniumque mare, quem tractum occupatum ab hac Hercynia sylvâ, docuimus ad Europæ veteris in nostro Theatro tabulam. *Ortelius. Hercynia.* Immanis autem illa silva Hercynia, per omnem Germaniam diffusa erat: hodieque per totam fere Brandenburgensem Marchiam, per Cassubiam, atque Prussiam, per Poloniam, Litaviam & Russiam majorem, sive Moscoviâ, est quasi unus continuus saltus, de quo Cæsar. at is an antiquitus omnis, ad Obium usque flumen, extremum Europæ terminum, appellatum fuerit Hercynia, falsum esse credo. Quippe Hercynium nomen non ultra Germaniæ limites extendendum censeo. *Cluverius.*

2. *Legiones Boiohæmum.*] Sententia ἀτελής. Addendum videatur: *Boiohæmum duceret.* Lipsius. *Legiones Boiohæmum.*] Strabo lib. 7. *Bubiænum*, sive *Boyhaimum*, regiam Marobodui facit. In hoc tractu, inquit, sita est *Hercynia* silva, & *Suevorum* natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra silvam habitant, sicut & *Colduorum* (*Caluconum* forte) plebique, in quibus & *Bubiænum* Marobodui regia. malim igitur in Vellejo *Boyhaimum*; quod patriam sive domum Boiorum interpretatur *Rhenanus* recte. *Schegk.* *Legiones Boiohæmum.*] *Cluverius*, quod *Boiohæmum* regionis nomen sit, emendare conatur, in *Boiohæmum*. Fallitur: neque enim auctores regulam illam semper observant. Ad Tacitum, & Justinum, abunde id viri docti comprobantur. *Virgilius* vi. *Æneid.*

— sintque  
Venturum Ansonios.

ubi

<sup>1</sup>Carnunto, qui <sup>2</sup>locus Norici Regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in <sup>3</sup>Illyrico merebat, ducere in <sup>4</sup>Marcomannos orsus est. Rumpit, interdum moratur 110 proposita hominum Fortuna. Præparaverat jam hiberna Cæsar ad <sup>5</sup>Danubium, admotoque exercitu non plus quam v dierum iter à primis hostium, Saturninum <sup>6</sup>ad moveri placuerat \* pæne æquali divisa intervallo ab hoste, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæsare juncturæ erant; <sup>7</sup>cum universa Pannonia insolens longæ pacis bonis, <sup>8</sup>& adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus ejus gentibus in societatem adductis, <sup>9</sup>ex constituto arma corripuit. Tum necessaria gloriosis præposita: neque tutum visum, abdito in interiora exercitu, vacuam tam vicino hosti relinquere Italiam. Gentium nationumque, quæ rebellaverant, omnis numerus <sup>10</sup>amplius DCCC milibus

Ubi Servius: τὸ πικνωδύμον. In intelligitur. Ita enim legendum. *Voss.*

1. *Carnunto*] *Carnuntum*, meminit Paterculus, Ammianus, & Plinius l. 37. & 3. Livius 13. & lib. Notitarum, in Pannonia Prima: item Itinerarium Antonini. *Passaw* quidam putant. De hoc sic Diaconus, *Carnuntum* quod corrupte *Carantanum* vocant. *Ortel.*

2. *Locus Norici regni.*] *Cluverius* legendum censebat, *Noricoregno*. Sed nihil mirandum. Sic infra de Lepido: *vir nominis ac fortune suorum proximus*. Ita ibi legendum docemus, non, *eorum*. *Voss.*

3. *Illyrico.*] De Illyrico lege *Appianum*, *Sex Rufum*, *Iornandem*, *Lib. Notitiar.* & *Lazium* r. R. P. R. cap. 1. apud quos multas regiones sub Illyrico comprehendi dices. *Ortel.*

4. *Marcomannos.*] Vide p. 282. & 283.

5. *Danubium.*] Hodie de *Donau*. *Rhenanus* & *Vadianus* putant à monte *Abnoba* nomen accepisse. Atque ibi quoque originem habet circa *Wittembergensem* ducatum *Willischio* & *Tschudo* testibus, & per Pannoniam

fluens summo impetu se in *Poncum Euxinum* effundit.

6. *Ad moveri placuerat.*] *Lego*, *ad moveri*. certiorum nempe reddi de suo adventu. *Sequentia* etiam sic explcam, *placuerat*. *cujus copia pæne aequali*. *Lips.* *Ad moveri placuerat.*] *Lipsius* mallet, *ad moveri*: & supplet lacunam: *cujus copia pæne æq.* Hoc postremum facile se cuius approbat: sed illud *ad moveri*, tolerari posse observant, qui cogitare volent. *Boetler.*

7. *Cum universa, &c.*] Exemplar antiquum habet, *tum universa*. *Burrer.* *Cum universa Pannonia.*] Vide de hoc bello *Dionem* lib. 55. & 56. *Sueton.* lib. 16. *Boel.* *Pannonia.*] Vide p. 262.

8. *Et adulta.*] Placet magis: *Et adulta viribus Dalmatiæ, &c.* *Ursinus.* *Et adulta.*] *Adultam* viribus dicit ob longæ pacis bona. *Noli* audire *Ursinum*, cui legendum videbatur: & *adulta viribus Dalmatiæ, &c.* *Vossius.*

9. *Ex constituto.*] De compacto, *Plaurus. Schegk.*

10. *Amplius DCCC millibus.*] *Lego*, *millia*,



libus explebat. ducenta fere pedum colligebantur, armis habilia; equitum novem. <sup>1</sup> cuius immensæ multitudinis, parentis acerrimis ac peritissimis ducibus, <sup>2</sup> pars petere Italiam decreverat, junctam sibi <sup>3</sup> Nauporti ac <sup>4</sup> Tergestis confinio; pars in Macedoniam <sup>5</sup> eruperat; pars suis sedibus præsidium esse destinaverat. <sup>6</sup> Proxima duobus Batonibus ac Pinneti, ducibus auctoritas erat. In omni-

*millia.* Nam illud amplius doctos libratius fefellit, quod jungi acculandi casui nefas arbitrari sunt. Neque tamen hos nimium inculpabo, hic quidem. Forte enim *explebat* postum pro *explebatur*: figura ea, de qua ante quamvis quidem nec hoc asseverarim. Nam & vulgata lectio se tueri potest. *Acidalius.* Amplius dccc. millibus. ] Non dubito nota numerali expressum in msc. millenarium fuisse: dccc. Unde *Acidalius*, potius *millia* ex optimorum Auctorum consuetudine, legendum esse, quam *millibus* existimat. *Boeclerus.*

1. *Cujus immensæ multitudinis, &c.* ] In Rhenani editione est: *C. im. mult. pars acerrimis & p. Cujus immensæ multitudinis, &c.* ] Nihil prorsus in tota hac verborum complexione mutare suadet, ut commoditas sensus, ita Ms. codicis auctoritas. Malum itaque factum, quod Ursinus, ac Lipsius, ex lectione editionis principis, infideliter heic descripta, ut ex Burerii variantibus lectionibus constat, novam nobis lectionem cudere sint aggressi. *Vossius.*

2. *Pars petere Italiam.* ] Rhenani editio *propere in Italiam decrev.* eamque veram lectionem censet Lipsius.

3. *Nauportii.* ] *Nauportus*, Vellejo, & Tacito, *Naupontus*, Straboni opidum in Taurisicis, (hodie Carnis.) Plinio *Nauportus* fluvius est, inter Anonam & Alpes exoriens. Hodie & opidum & flumen Germanice *Laybach* dicitur, Italicè *Laboto*, & Dalmaticè *Lu-*

*bcana.* Latinis hujus ætatis *Labatum* flumen, cum opido nomen habet. *Ortelius.*

4. *Tergestis.* ] *Tergeste*, Plinio Fori Julii opidum, *Tergestum* Τέργαστον, Ptolemæo nominatur. uterque coloniam Romanam facit. *Tegistra* Τέγιστρα, vocat Stephanus; & *Tegistraorum* urbs, Τέγιστραίων, Diodoro, & Dionysio, dicitur. Hodie *Trieste*, Leandro & Lazio testibus. *Ortel.*

5. *Eruperat.* ] Ex vet. exemp. *effugerat.* Lipsius & Ursinus faciunt, se *effuderat.* Boeclerus.

6. *Proxima duobus Batonibus.* ] Petrus Delbenius legit, *Batoni*: nam infra *Batonem*, & *Pinnetem*, *excellissimos duces*, nominat. De eo vide & Suetonium in Augusto, *Manutius.* *Proxima duobus Batonibus.* ] A quibus *Proxima*? nemo enim ante istos. Ad *Maraboduum* refert? frustra: non ille mixtus huic bello. Alterutrum. aut *Prima duobus*, scribito: aut à *Pinnete*, nempe ut isti proximo loco post *Pinnetem*. Qui autem *Batoni* hic fecerunt, peccarunt. Nam duo *Batones* in hoc bello, quod Dio extremo libro *lvii*, te docebit. *Lipsius.* *Proxima duobus Batonibus.* ] Reponenda omnino Cl. Delbenii scriptura, *Batoni*: nec ferenda vulgaris, cui fulcrum nescio quod è Dione petunt. Nam fuerint sane duo, quid ad hanc historiam pertinet? Duos duces heic noster memorat, *Batonem*, & *Pinnetem*, non *Batones* duos: quomodo tres fuisse duces oportebat. At infra de iis duobus saltem iterum, *B-*

bus autem Pannoniis non disciplina tantummodo, sed linguæ quoque notitia Romanæ: plerisque etiam litterarum usus & familiaris animorum erat exercitatio. Itaque hercules nulla umquam natio tam mature consilio belli bellum junxit ac decreta patravit. oppressi civis Romani, trucidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus,

*tonemque & Pinnetes, excellissimos duces, captum alterum, alterum deditum, iustis voluminibus ordine narrabimus.* Acid. *Proxima duobus Batonibus.* ] Malim: *prima.* Possis etiam legere à *Pinnete*. Quorum utrumque Lipsio etiam in mentem venit. Sed prius malim. Ovidius lib. *ii*. de *Pontico* El. *i*.

*Maxima pars horum vitam omniamque tulere.*

*In quibus & belli summa caputque Baton.*

Ita in Ms. invenit Scaliger. Et sane de *Batone* capendum esse, Suetonium in Augusto ac Dio lib. *lv*. doceant. Alii libri habent: *summa caputque suis.* Vossius. *Batonibus.* ] *Batonis* nomen inter Germanos & Dalmatas celebre olim fuit; nominatim duorum meminit Dion, *Batonis Brucorum* (gens ea est Pannoniæ) ducis, & *Batonis* Esfidati, qui Dalmatas, gravioribus iusto tributis & vestigalibus, pecuniarumque exactioibus exercitis, ad arma contra Romanos concitavit, magnisque cladibus & incommodis affecit; cuius etiam memorabile responsum ad Tiberium Cæs. non dubitavit duobus in libris *lv*. & *lvii*. iterato reperere, qui interroganti Tiberio, cur sollicitas ad defectionem popularium animis ad bellum diuturnum eos traxisset, respondit, Romanos ejus rei esse auctores, qui gregibus immitterent lupos custodes, non autem canes, aut pastores. *Had. Junius.* Atque à *Batone* etiam *Batavos* dictos volunt. *Batonibus.* ] Est autem *Bato* nomen populare Pannonum. In Pannonia erat

lapis in quo incisum: *BATOVELLII. F. COL. AD. EQ. ALAE. PANNONIORVM. TVR. SCENI. Jos. Scaliger.*

1. *Linguæ quoque notitia Romanæ.* ] Nescio quo consilio *Scheghius* hic observet, Linguæ Latinæ usum beneficium loco à Romanis concessum. ex *Liv.* *40*, *43.* *Cumanis* eo anno petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur, & præconibus Latine vendendi jus esset. *Nester* sane nihil de usu hujus linguæ Pannoniis publice concessio, sicut *Cumanos* actui publico ac negotiis civilibus solennibus illud privilegium quæsitivise & impetrasse *Livius* auctor est: sed potius de pervulgata notitia sermonis Romani loquitur. sicut hodieque fieri potest & solet, ut linguæ alicujus extraneæ notitia in vulgus facis familiaris sit, non item usu publico recepta & agendis rebus componendique monumentis destinata. Nam id ne optant quidem aut sustinent facere, nisi qui externo imperio vel parent vel adulantur. Itaque semper discernendum est, commercione & usu ac necessitudine, an imperio institutoque notitia linguæ alicujus propagetur. De priori modo *Curcius* discrete *6*, *16*, *23.* *Tam vicioribus quam victis peregrina lingua discenda est.* Posterius consilium *Dominantibus* solenne est: qui linguam suam, non citra arcanum imperii, (de quo *Clapmar.* *3*, *22*.) propagare student. *Boed.*

2. *Vexillariorum.* ] An milites, qui sub eodem vexillo militabant, an equites alarios intelligit? Vide *Veget.* *l. 2. c. i.* & *Liv.* lib. *49.* *Vexillarium.* ] Auctor notitiæ Imperii vexillationes Palati-



merus ad interneccionem, ea in regione, quæ plurimum ab imperatore aberat, cæsus, occupata armis Macedonia; omnia & in omnibus locis igni ferroque vastata: <sup>1</sup> quin tantus etiam hujus belli metus fuit, ut stabilem illum & <sup>2</sup> firmatum tantorum bellorum experientia, Cæsaris Augusti animum quateret atque terreret. Habiti itaque <sup>3</sup> delectus, <sup>4</sup> revocati undique omnes veterani, viri fœminæque <sup>5</sup> ex censu libertinum coactæ dare militem. Audita in senatu vox principis, decimo die, ni caveretur, posse hostem in urbis Romanæ venire conspectum. Senatorum equitumque Romanorum exactæ ad id bellum operæ pollicitæ. Omnia hæc frustra præparassemus, <sup>6</sup> nisi qui illa regeret fuisset. Itaque <sup>7</sup> ut præsidium militum, resp.

nas, & Comitantes, sub diversis Magistris qua in Oriente, qua in Occidente recenser, sed omnibus fere locis disertim indicat equites fuisse. De eisdem vetus quoque inscriptio:

ITEM. MISSO. AB. IMP.

ANTONIO. AVG. PIO. AD. DEDVCEN-  
DAS. VEXILLATIONES. IN. SYRIAM. OB.  
BELLVM. .... THICVM.

Vexillationum nomen Turnebus ad emeritos veteranos (subsignari Ammiano dicebantur, Vexillarii Tacito) traxit, id est, eos milites, qui exautorati, sub signo tamen seorsim tenebantur, donec præmia, & agros acciperent. eum vide lib. 3. Adversariorum cap. 3. & lib. 5. cap. 2. ubi ex Suetonii Galba, cap. 20. hæc verba: *Excepta Germaniciorum vexillatione*, eo, quo dixi modo interpretatus est. recte an secus judicare alios mavelim. accepto tamen à me, seu potius Notitia imperii hoc testimonio, ubi sub dispositione viri illustri Magistrum militum per Illyricum dux vexillationes Comitantes ponuntur, *equites Sagittarii seniores. Equites Germaniciani seniores. Stewechius.*

1. *Quin.* ] Vulgo, *quia*. Sed re-

cte emendarunt Ursinus, Acidaliusque.

2. *Firmatum.* ] Ver. ex. *formatum*, cujus vocis & elegans & satis nota est in hos usus significatio; nescio tamen quomodo textum accuratius insipienti magis arridet, *firmatum*. Boecl.

3. *Delectus.* ] De delectus modo, restitutorum poena, & iusta excusatione, vide Romam illustratam p. 46, 47. & seq.

4. *Revocati undique omnes.* ] Retineri potest vetusta lectio: *undique & omnes*. Quod *Acidalius*, *evocati*, reponendum contendit, in eo obsequitur mori suo, atque ex omni occasione correctionem captat. Boecler.

5. *Ex censu.* ] *Suet. Aug. 25. Dio 55. p. 652.*

6. *Nisi qui illa regeret fuisset.* ] Scilicet plus est in duce, quam in exercitu. quo de argumento pleni sunt commentarii Politicorum.

7. *Ut præsidium militum, &c.* ] Non probo ducem *præsidium militum* esse, magis regimem. Scripsit Vellejus: *præsidium ultimum*. Velut ad extremum auxilium, inquit, & ad sacram anchoram, decursum ad Tiberium: & ille

dux

resp. ab Augusto ducem in bellum poposcit Tiberium. Habuit in hoc quoque bello <sup>1</sup> mediocritas nostra speciosi <sup>2</sup> ministri locum. <sup>3</sup> Finita equestri militia, designatus quæstor,

dux depostulatus in gravi grandique hoc bello. Nec Vellejana tantum adulationcula est; ipse Augustus, Suetonio teste, Tiberium epistolis aliquot, ut *peritissimum rei militaris, atque unicum populi R. præsidium* prosequitur. Habes ipsum istud elogium. *Lips. Ut præsidium militum, &c.* ] Verbis paululum immutatis, scribo: *Itaque ut præsidium mœnium Resp. Augustum, ita ducem bellum poposcit Tiberium*. Neque explanatione hoc eger. Addo si lubeat, in bellum, retineri posse: verum si qui me audiendum putabit, illud ut argutus venustiusque mecum isti præponet.

*Acidal. Ut præsidium militum, &c.* ] Lipsium, Acidalium, & alios, sollicitos habuit hic locus. Mihi nil plane mutandum videtur. Et, nisi fallor, spectat idem Paterculus, quod supra dixit: *peragratusque videtur omnes partes Germaniæ, sine ullo detrimento commissi exercitus, quod præcipue huic duci semper cura fuit*. Et alibi: *imperatorum nunquam adeo ulla opportuna visa est victoria occasio, quam damno amissi pensaret militis: semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum*. Eandem quoque Tiberio laudem tribuit Suetonius in vita ejus cap. 11x. *Vossius. Ut præsidium militum, &c.* ] Fateor non iuaviter hæc in auribus meis sonare: tam absurda autem esse, sicut censuit Acidalius, (cujus nimis animosa hic medicina est) pernego. Mitigabitur nonnihil insolentia phraseo, si consideremus, quam præmisit sententiam. Coactæ erant, inquit, satis multæ magnæque militum copię: sed quid multitudo exercitus, absque artibus & auctoritate idonei ducis? itaque respública huic multitudini militum, tantam præsidium & præcipuum robur decusque, postulavit Tiberium, parem

sc. tanto bello ducem. Subtilius forte, quam opus est agunt, qui Tiberium ideo hic *præsidium militum* credunt dici, quod militum sanguini parceret studioso, neque victoriam damno amissi militis pensatam cuperet (teste Nostro 2, 115, 5. 2, 20, 2.) simplicius enim & convenientius est, ut *præsidium* accipiamus eo sensu, quo eleganter Augustus apud Sueton. Tiberium *ut unicum populi R. præsidium* prosequitur. *Tib. 21. Lipsius* tentabat: *præsidium ultimum: Gruterus, unicum*: ut possit videri Vellejus in animo habuisse elogium Augusti. Boecler.

1. *Mediocritas nostra.* ] Ita jam ergo incipiebant loqui? postea ejusmodi formulæ ad ineptias & fastidium frequentatæ. Mirari possis jam tum, id est, sub Tiberio, ausum *Valerium Maximum* dicere, *mea parvitas*. Quæ vox adeo offendit Eruditorum aures, ut pro comperto habeam, multos, cum in ipso limine huc tanquam in lapidem impingerent, sequius, quam mœretur, judicasse de toto Auctore: qui licet aliquando moliri gravius quam felicius exhibere videatur figuras sententiarum, abunde tamen eloquentiam suam prudentiamque æquis iudicibus approbare potest. Boecler.

2. *Ministri.* ] *Lips.* malit *ministrii*. Tolerat tamen vulgatam lectionem.

3. *Finita equestri militia.* ] Equestri militia mentio item apud Tranquillum capite Augusti 46. aliique locis: adeo ut monstro mihi simile videatur virum rerum Romanarum callentissimum lib. 2. cap. 9. Militiæ suæ, emendare eundem Tranquillum Claudii capite 25. ac *Equestres militia* permutare in *Semisres*. nihil enim ibidem interpolandum, ostendi in libellis Suspicionum. Gruter.



stor, necdum senator æquatus, \* etiam designatus

[I. *Necdum Senator æquatus, &c.*] Emendant & ita edunt: etiam designatus *Tribunus plebis*. non pro Velleii mente. Vulgata retinenda est: *designatis tribunis*. quæ hoc vult, sese æquatam Senatoribus, id est, Tribunis designatis, nondum Senatorem. Quæ in re? quod præfuerit copiis, æque ac Tribuni, earumque partem duxerit ad Tiberium. Nam Tribuni hoc tempore eligi non poterant nisi è Senatu. *Lips.* *Necdum Senator æquatus, &c.*] Ego vero libens è situ & obliuionis carcere etiam insignem & notabilem ritum: qui nimis diu iuventutem hostram latuit, in Tribunis creandis. Iuventutem autem? imò & verè viros, & verè doctos: quibus nebula hic & caligo. Tribuni creati olim non solum pro plebe, sed etiam è plebe: ita ut patriciis aut patribus aditus ad eum honorem rarus esset, aut nullus. Diu ita mansit. donec visum adeò id immutare, ut cautum severè fuerit, ne quis Tribunus fieret, nisi Senator: id est, ne jus quidem haberet petendi Tribunatus, nisi jam ante è patribus. Suetonius hoc adfirmat clare iustitiam etiam in liberâ rep. & extremo ævo Ciceronis. Nam in Aug. cap. x. ita scribit: *Et quò constantius cetera exsequeretur, in locum Tribuni pl. demortui candidatum se ostendit: quamquam patricius, medum Senator.* Ubi disertè & extra cavillum, impedimenta duo Cæsari ad Tribunatum ponit, quòd gente patricius, & quòd honore nondum Senator. Nam maximo Langio nostro qui adfentiar, voces eas duas præfidenter hic tollenti? Nollem te hoc conatum, vir alias modestissime. nam iterat hoc ecce idem Suetonius in eodem Aug. cap. xi. *Comitiis Tribunicis, si deessent candidati Senatores, ex æquibus Romanis creavit.* quod, qui ad Tribunos transferunt militares, quam errant? Refutat eos palam Dio lib. xlv. qui hanc ipsam rem denarrans,

τοῖς ἰσπεδοῖς, inquit, τῶν δημοκρατικῶν αἰτήσεων ἐπιτρέψαι. id est, Equilibus Romanis tribunatum plebis petere concessit. Ex quo amplius discis, nec equitibus quidem tunc fuisse petendi jus, adeo non imæ plebi. Plinium ego apto istuc lib. i. i. Epist. ix. Ego, inquit, Sexto latam clavum à Cæsare, ego Quæsturam impetravi. meo suffragio petendū ad jus Tribunatus petendi. Jus enim petendi Tribunatus, non hic aliud quam dignitas Senatoria & latus clavus. Hoc utiliter institutum, & ad arcendos à turbido magistratu turbidos adolescentes: sed quando, hætemus. Appianus adscribere Sulla videtur, qui multa in hoc magistratu, ad vim ejus & ferociam contendendam, innovavit. Nam ait Civilium primo: τῶν δὲ δημοκρατικῶν δόχῳ ἴστω καὶ ἀνέλεον ἀδένεπτῶν δόξῳ φῆνας, & νομῶ καὶ λοῦσας μεθ᾽ ἐμεῖν ἀπὸ τῶν δημοκρατικῶν δόχῳ ἐπὶ ἀρχῶν. καὶ σὺν ἐξῶ σέφῳ εἰπεῖν, εἰ Συλλῶς αὐτῶν, καὶ νῦν ἐστὶν, εἰς τῶν βυλῶν δαδὸν δὲ δῆμος μετῴσῃσεν. id est: Tribuniciam potestatem tantum non sustulit, enervatam eam profusus relinqueas, lege lata, ne quis qui Tribunus fuisse alium nullum caperet magistratum. nec liquido possum dicere, an Sulla hunc magistratum, uti nunc est, à plebe translulerit ad Senatū. Quem locum valde mihi nota, unicuique Suetonio & huic ritui lumen. Et Appiano sanè adfentiar ego: quamquam Atteius Capito apud Agellium Atinio plebiscito adsignet; si tamen transferre verba ea fas ad meam hanc mentem. Ait: *Tribunis plebis Senatū habendi jus erat, quamquam Senatoris non essent ante Atinium plebiscitum.* Dicere enim videtur, plebiscito eo cautum, ut nemo Tribunus nisi Senator esset. Etsi aliorum, nec incommode, trahi verba ea posse, nihil nego. Illud quidem mixor, non Cicetonem, non histo-

gnatus tribunus plebis partem exercitus ab Urbe, traditi ab Augusto, perduxit ad filium ejus. in quæstura deinde, remissa forte provinciæ, legatus ejusdem ad eundem missus, quas nos primo anno acies hostium vidimus? quantis prudentia ducis opportunitatibus, furentibus eorum vires univasas evasimus partibus? quanto cum temperamento simul utilitatis res auctoritate imperatoris agi vidimus? qua prudentia hiberna disposita sunt? quanto opere inclusus custodiis exercitus nostri, ne qua posset erumpere, inopsque copiarum & intra se furens, viribus hostis elangueretur? Felix eventus, forte conatu, prima astate

historicos, rem tam novam, tam memorandam posteris prodidisse: nisi forte, quia tunc notissima, & in oculis omnium, auribusque. *Lips.* *Elect.*

\* *Etiam designatus tribunus plebis.* Vir doctus & diligens, tribunus militum. Ego nihil temere mutaverim; præcedentia propter & sequentia. tum quod tribunatu & præfecturâ equitum fundus discescerat ad civilia, hoc est, Tribunatum & Quæsturam, in qua legatus missus ad Tiberium; cum alias post quæsturam ante præturam moris colligere hoc Tacit. 2. *Annal.* *Censuit in quinquennium magistratum comitia habenda: utque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur, jam tum prætores destinarentur.* Schægkii.

1. *Sorte provinciæ.* Sortiri solebant provincias. Provincia autem erat devicta regio, quæ à Magistratu Romanorum gubernabatur, neque amplius sui juris erat.

2. *Evasimus partibus.* Puto legendum, *aribus*. Rhenan. *Evasimus partibus.* Editio primitiva, *partibus*. bene: sed velim etiam, *invasimus*, magis ex dignitate Romanâ. Nec enim effugisse aut elapsum Tiberium vult copiis partitis: sed magis, *invasisse* grandes illas copias & carpisse per partes. *Lips.* *Evasimus partibus.* Fortefuit, *exban-*

*simus partibus*. hoc est, per partes: ut error natus fuerit, ob omissam adspirationem. *Gruet.* *Evasimus partibus.* Repone, *partibus*: quod male à Rhénano damnatum. Lipsius vero vellet, *invasimus*, Græterus *exbanstimas*: magis, ut ajunt ex dignitate Romana. Uterque frustra. Ipse Tiberius apud Suetonium in vita sua vulgatam lectionem propugnat, à quo si recedere voluisset, non potuisset Vellejus. Verba ejus: *Batonem Pannonium ducem, ingentibus donatum præmiis, Ravennam transiit, & gratias referens, quod se quandam cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere.* Vossius.

3. *Quanto cum temperamento utilitatis res.* Sententiose hoc, ut cetera de aribus Tiberii. scilicet Erudius sit dux utilia honestis miserere, exemplo Agricola ap. Tac. 8, i. Boecler.

4. *Inopsque copiarum.* Copia pro cibo, comæatu. Apulejus noscer non ille Arcadii generis, sed Platonicæ sectæ, de Dogm. Plat. *Quod quidem (os) aliis animantibus ad exemplum victus necessitatem, inferendæque ventri copias comparatum est.* Utuntur & Tacitus, Val. Max. Plinius, alii. *Acidal.*

5. *Viribus hostis.* Incæpnum plane, virus: quod substituit Ursinus. Retinenda lectio vulgaris, hoc sensu: ma-



ætate belli Messalini opus mandandum est memoriæ. qui vir animo etiam quam gente nobilior, dignissimus qui & patrem Corvinum habuisset, & cognomen suum Cottæ fratri relinqueret, præpositus Illyrico, subita rebellione, cum semiplena<sup>1</sup> legione vicesima circumdatus hostili exercitu, amplius xx millia hostium fudit fugavitque, & ob id ornamentis triumphalibus honoratus est. Ita placebat barbaris numerus suus, ita fiducia virium, ut, ubicumque Cæsar esset, nihil in se reponerent. pars exercitus eorum<sup>2</sup> proposita ipsi duci, & ad arbitrium utilitatemque nostram<sup>3</sup> macerata, perductaque ad exitiabilem famem, <sup>4</sup> neque instantem sustinere, neque facientibus copiam pugnandi dirigentibusque<sup>5</sup> aciem ausa congre- di, occupato<sup>6</sup> monte Claudio, munitione se defendit.

At

ximas illas Pannoniorum copias ita inclusas fuisse custodiis exercitus Tiberiani, ut non modo non possent erumpere; sed etiam præ inopia copiarum, quæ vix illæ tanto exercitui satis esse poterant, quasi inedia clanguerent. facit huc dictum vetus, quod habes apud Vegetium lib. III. cap. IX. *Fames intrinsecus pugnat, & vincit sapius, quam ferrum.* Quo indicatur, famem esse alterum hostem, qui non, extra moenia aut vallum, sed interius oppugnat. Planè contra mentem Vegetii esse puto, quod vir eruditus malebat, utrinsecus. Vossius.

1. *Legione vicesima.*] Communis agnominatio Legionum à numero fuit, idque discretionis causa, ut diceretur *Prima, Secunda, Tertia, &c.* Id autem ab ordine temporis & delectus, quo conscripæ. Sed fuerunt & alia passim Legionum cognomina. Ab Imperatoribus *Augusta, Claudia, Flavia.* A locis hibernorum, ut *Gallica, Cyrenæa, Scythica, Macedonica, Ægyptiaca, Germanica, Italica, &c.* A Diis cultis *Apollinarius, Minervia.* Ab armorum præstantia, *Ferrata*, quæ tota è ferro.

A loco, *Fretensis*, freto assita. Ab insigni forte scutorum, *Fulminatrix.* Item, *Pictrix, Gemina, Valens, Adjutrix, Pia, Fidelis, Felix, &c.* Lips.

2. *Proposita.*] Malo, *opposita.* Hostiles copię bipartitæ, pars una Tiberio ipsi resistere debebat: pars altera legatis. Lips. *Proposita.*] Lipsius mallet *opposita.* sed potest defendi vulgate. Mox concinnius legeris, *instantes sustinere.* quod jam alii monuerunt. cetera rectè se habent. Boetler.

3. *Macerata.*] Consumpta, attenuata.

4. *Neque instantem.*] Lego, ut congrua sit oratio, *Neque instantes sustinentes.* Supprimitur, *nos vel nostros*, ut in sequentibus, *nobis vel nostris.* Aliter vix est, ut Latinis auribus probetur. *Acidal.* [Potest tamen ad ducem referri.]

5. *Aciem.*] Vulgo, etiam, *Aciem.*] Habet ex. vet. *diligentibus aciem.* lectio igitur marginalis reponatur in ordinem suum. *Manus. Aciem.*] Editio vetus: *dirigentibusque etiam, &c.* Quod male defendit Lipsius, cum alterum Ms. auctoritate sit subnixum. Voss.

6. *Monte Claudio.*] *Alman* vocat Dio lib. 57. *Schegk. Monte Claudio.*] Situm

At ea pars, quæ obviam se effuderat exercitui, quem A. Cæcina, & Silvanus Plautius consulares ex transmarinis adducebant provinciis, circumfusa v legionibus nostris auxiliariibusque<sup>2</sup> & equitatu regio (quippe magnam Thracum manum junctus prædictis ducibus<sup>3</sup> Rhœmetalces Thraciæ rex in adiutorium ejus belli secum trahebat) pæne exitiabilem omnibus cladem intulit. <sup>4</sup> Fugata regionum quæstres acies, fugatæ<sup>5</sup> alæ, conversæ<sup>6</sup> cohortes sunt. apud<sup>7</sup> signa quoque legionum trepidatum, sed

Roma-

rum describit Plinius Hist. Naturalis lib. III. cap. XXV. *Mons Claudius, cuius in fronte Scordisci, in tergo Taurisci.* Dio in hac narratione Alinæ montis meminit. Nec errat, quod censuit Schegk. Multo minus corruptus est, ut putabat Pogma. Nam & Alma mons juxta Sirmium in Scordiscis. Hoc liquet ex Flavio Vopisco: quem sequuntur, aut exscribit potius, Eutropius & Aurelius Victor: nisi quod apud hosce, corrupte sit *Almum*, pro *Almam*. Vossius.

1. *At ea pars.*] Vulgo male, *antea pars.*

2. *Et equitatu regio, &c.*] Ita rectè emendavit Rhenanus. vulgo, *Auxiliariibusque Et equitatu regio*, quippe magna Thracum manu vinculis prædictis ducibus Rhomo & Alces Thraciæ rex in adiutorium, &c. Rhenan. *Et equitatu regio.*] *Acidalus* rectè: *equitatu.* Boetlerus.

3. *Rhœmetalces.*] In antiqua editione est, *Rhomo & Alces*, sed mendosissime. scribendum *Rhœmetalces*, ex antiquo apud me numismate æreo, in cuius una parte signata est imago Augusti cum inscriptione, ΣΕΒΑΚΤΟC. ΚΑΙCΑΡ, &c. in altera effigies Rhœmetalcis regis hujus, cui adscriptum est, ΡΟΙΜΗΤΑΑΚΟΤ. ΒΑCΙΛΑΕΩC. Ursinus. *Rhœmetalces.*] Ita legendum est Tacito 2. Annal. & Dione lib. 55. adparet. in quibus *Rhometalces*, & *Ry-*

*metalces* exprimitur. Burr. & vir doctus, *Matalces*, imperite. Schegk. ius.

4. *Fugata.*] Ms. *fuga.* Forte *fusa*. Vossius.

5. *Alæ.*] Ala dicta equitum turma, quia instar alarum pedites à latere protegit.

6. *Cohortes.*] Ex Manipulis conficitur *Cohors*. Ea vox Græciana est, quod clausum vel septum in anteriore domo vel villa *πρόχορ* illi dixerunt. Latini *Cohortem*, vel *Chortem*. nam & sic scribebant. Martial. *Ranca cohortis aves.* Cohors habuit 3. Manipulos, Hastatos, Principes, Triarios; adde & Velites, qui manipulos solebant comitari. Fuit igitur iusta & plena Cohors legionaria, homines 420. Si pleniores Manipuli & Legiones, plenior & ipsa; & inde Cohortes quingenarias, & sexcentarias legimus. Græci Cohortem vulgo vocant *πρόχορ*, ut & Ennius usurpavit. Suidas *Spiras* interpretatur *Numeros*. Cohortes omnes in legionibus erant, numero æquales, quia & manipuli tales. Sed quia prima dignitas aliqua attribuitur, id non à numero, sed à splendore & primatu fuit, quod primi in ea Centuriones generis cuiusque, & forsitan flos aliquis & electio virosum. Lips.

7. *Signa legionum.*] Quæ erant Aquilæ. *Signa legionum.*] Signum Legionis *Aquila*, nec nisi unius una, nec Socii quidem, cum in aliis pares, eam habue-



Romana virtus <sup>1</sup> militi plus eo tempore <sup>2</sup> vindicatum gloriae, quam ducibus reliquit: <sup>3</sup> qui multum à more imperatoris sui discrepantes, ante in hostem inciderunt, quam per exploratores, ubi hostis esset, cognoscerent. Jam igitur in dubiis rebus semetipsæ legiones adhortatæ, jugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto <sup>4</sup> præfecto castrorum, præfectisque cohortium, non in-

rant. Et quia hæc præcipui imperii signum, subungi sub eam Socios voluerunt, & Auxilia, non seorsum habere. Itaque per ipsas Aquilas dumerabant Legiones. Aquilæ origo varie petitur. A Jove alii, qui hæc in signe militiæ habuerit. Quidam à Trojanis. Forte Romani repererunt à se, aut vicinorum exemplo. Sane rapacium aliquor animalium effigies astumi & præferri bello convenit, & varie olium fecerunt Romani. Nec enim solam Aquilam præfici illi, sed plura ejusmodi animalia prætulere, nata in pugnas aut raptus, ut Lupos, Minotaurus, Equos, Apros, Porcos. Etiam præfici Germani ferarum imagines inter signa habuerunt. Aquilæ vero hæc dignitas etiam apud alias gentes fuit. Persis regale hoc signum. Forma Romana Aquilæ: pinnas extendens summæ hastæ insisterat, ex auro vel argento. & fulmen sæpe unguibus tenebat, quasi jaculatura. *Idem.*

1. *Militi.*] Vulgo, *militis*. *Militi.*] Causa victoriæ milites maxime fuere, cum duces parum explorato profecti incidissent in hostes. *Lipsius.*

2. *Vindicatum.*] Non eo tantum, quod *militis*, alii legerent, locum ut fractum notavit Manurius: sed fuit & aliud. Nam si hoc reponeret, sive tineret alterum, non fieri tamen, ut sine mendo esset, animadvertet. Itaque ut cui alia medicina opus esset, ne temere negligeret, asteriscum apposuit. Ego vero plana omnia futura iudico, si legatur, *vindicandum*. Nec id

aptum negabit, qui sensum loci considerat; nec verum, qui ductum litterarum. T & D sæpe commutantur, nec N, aliave consonantes semper in veteribus manuscriptis exprimuntur. *Vindicatum* ergo scriptum, pro *vindicandum*. *Acidal.* *Vindicatum.*] Mihi dubium non sit, quin *vindicatum*, è margine irrepperit in contextum. adscripta ea vox ab eo qui memoriam suam consulebat, exitumque belli denotabat. itaque legendum literulâ una detraçtâ, *militi*: & egregiâ figurâ dicit, *militi* & *ducibus*, cum potius scribendum fuisset, *militibus*, ac *duci*. *Grut.* *Vindicatum.*] Videtur omnino toleranda hæc lectio, neque opus esse, ut pro *militi*, substituat, *militibus*: aut pro *vindicatum*, *vindicandum*. *Boecler.*

3. *Qui multum à more, &c.*] Vulgo, *qui multum amore Imperatoris sui crepantes*. Non capio, nec pura censeo. Quid si, *propevantes*, pro *crepantes*? Quid si etiam, *ultum*? ut velit festinasse ad vindictam, & ad detegendam ignominiam à regiis acceptam. *Lips.* *Qui multum amore, &c.*] Volunt alii isthæc dici de militibus: ar ego puro dici de ipsis ducibus. Ceterum verba omnia sic fracta sunt; ut non pudeat pronunciare cum *Lipso*, meæ non capere. *Grut.* *Qui multum à more, &c.*] Legebatur: *multum amore imperatoris sui crepantes*. Unde doctissimus *Isacius Pontanus* eam lectionem fecit, quæ haud dubie ceteris omnibus præferenda fuit. *Boecler.*

4. *Præfecto castrorum.*] *Ad quem* (ait

Vege-

eruentis centurionibus (è) <sup>1</sup> quibus etiam primi ordines cecidere, invasere hostes: nec sustinuisse contenti, perrupta eorum acie, ex insperato victoriam vindicaverunt. Hoc fere tempore Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius, adoptatus ab avo suo naturali erat, & jam ante bienium, qualis esset, apparere cœperat, <sup>2</sup> mira pravitate animi atque ingenii in præcipitia conversus, patris atque

Vegetius lib. 2. cap. 10.) *castrorum positio, valli & fossie distinctio pertinebant. Tabernacula vel casa militum cum impedimentis omnibus nudi ipsi curabantur. Præterea agri contubernales, & medici à quibus curabantur, vehicula, sagittarii, nec non sarramenta, quibus materia scatur vel caditur: item ligna vel flamma, arietes, onagri, ballistæ, ceteraque genera tormentorum procurabant aliquando ne desissent. Istud munus in libera Republ. non lectum, cui omnia, *Lipso*. Tribunis postponit *Sueton.* *Vespas.* *Polla patrem habuit Vespasium Pollionem ter tribunum militum, præfectumque castrorum.* Mentio infra Vellejo plurimum in exercitu: *At è præfectis castrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit.* quo recte cum doctissimo viro colligas licet, cuique legioni suum præfectum tributum fuisset. *Schegkijus.**

1. *Quibus etiam.*] Editio vet. *quintetiam primi ordines*. haud improbo sensu. Tamen velim: *qui etiam primi ordines*. Vult enim Centuriones aliquot primorum ordinum occidisse. *Lipsius.* *Quibus etiam.*] Ita in Ms. legebatur: ut non sint audiendi, *Lipsius*, *Acidalius*, aliique, qui emendant: *qui etiam primi ordinis cecidere*. Sane *primi ordines* iidem, qui *primi ordinis centuriones*. Ita capiendus locus ille *Cælaris* in vi. de bell. Gallico, vulgo non intellectus: *Labienus noctu tribunus militum, primisque ordinibus, convocatis,*

quid sui consilii sit, proponit. Solus Græcus intercepto sensum assecutus est, qui vertit, *ὁ Λαβιένος τῆς τε χηλιεχμῆς, καὶ τῆς περὶ τῆς ταξιαρχίας, συνηλεστος*. Sic & *Quintilianus* declamatione tertia: *Enimvero audierim habet. hoc primi ordines jubent.* & *Frontinus* lib. 1. cap. xi. *Imperavitque tribuni, & primis ordinibus, & centurionibus.* Intelligenda autem in Vellejo præpositio. Quod è familiare esse, antea etiam monuisse me memini. *Vossius.* *Quibus etiam.*] Ita *Burrerius* ex vet. ex. Addenda ergo fuerit præpositio, quam subintelligi hic posse facilius dixeris quam probaveris. Alii: *quintetiam primi ordines.* *Lipsius* mallet: quæ etiam *primi ordinis*. *Boecler.*

2. *Mira pravitate animi.*] *Suetonius Aug. 65.* *ingenium furdidum & ferox huic tribuit.* *Dio 55. pag. 652.* *ἀλοπεπῆ* vocat, præcipitiisque ira hominem; asulum etiam, *novercalem* animalium *Julæ*, & *Augusto* bonorum patrum detentionem exprobrare. *Tacitus* 1. A. 3. 6. *Rudem sane bonarum artium & robore corporis stulide ferocem, nullius tamen flagitii compertum memorat; exiliumque, quo ab Augusto multatus est, Livia artibus tribuit.* sed & de exitu ejus, quem Vellejus *dignum favore hominis* vocat, longe aliter judicat *Tacitus* 1. A. 6. 1. & c. Vide locum & *Primum Tiberiani principatus facinus*, velo adulationis hic obductum; revelandum amplius à *Dione* 57. p. 692. & *Cleptario* 3, *Arcan.* 2. *Boecler.*



eiusdem avi sui animum alienavit sibi; moxque crescentibus in dies vitiis, dignum furore suo habuit exitum.

113 Accipe nunc, M. Vinici, tantum in bello ducem, quantum in pace vides principem. Junctis exercitibus, quique sub Cæsare fuerant, quique ad eum venerant, contractisque in una castra decem legionibus, LXX amplius cohortibus, <sup>1</sup> quatuordecim (alis) sed pluribus quam decem veteranorum millibus, ad hoc magno voluntariorum numero, frequentique equite regio; tanto denique exercitu, quantus nullo unquam loco post bella fuerat civilia, omnes eo ipso læti erant, maximamque fiduciam victoriæ in numero reponebant. At imperator optimus eorum quæ agebat iudex, & <sup>2</sup> utilia speciosis præferens, quodque semper eum facientem vidi, in omnibus bellis, <sup>3</sup> quæ probanda essent, non quæ utique probarentur sequens, paucis diebus exercitum qui venerat, ad refoendas ex itinere ejus vires, moratus; cum eum majorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit: profecutusque longo & perquam laborioso itinere, cujus difficultas narrari vix potest, ut neque universos quisquam auderet aggredi, & partem digredientium <sup>4</sup> suorum quisque metu finium universi ten-

1. *Quatuordecim.*] Desiderari vocem cenfeo, & scribo: XIV. *alis*, & pluribus quam. Valde enim probabile de equitum etiam numero dixisse. *Lipsius.* *Quatuordecim.*] Placuit Eruditus *Lipsiana* conjectura; *alas* scilicet adjici debere. Idem mox legit: & pluribus quam d. potest tamen usitata lectio ferri. *Boecler.*

2. *Utilia speciosis præferens.*] Post; semperque visum est gloriosum, quod esset utilissimum. Supra alicubi: *Necessaria utilibus præferens.* *Acidal.*

3. *Quæ probanda essent.*] Talis *Fabius Maximus*, de quo *Ennius*:

Unus homo nobis Romanam restituit rem:

*Non ponbat enim rumores ante salutem. Gruterus. Quæ probanda essent.*] Talis locus mox sequetur cap. 115, 5. utrumque ob verborum exemplique gravitatem laudavit in hoc argumento *Lipsius* 5. *Polit.* 16, 2. Cum primis autem eximia *Oratio Q. Fabii Maximi ad Emiliium* huc pertinet ex *Liv.* 22, 39. *Boecler.*

4. *Suorum quisque.*] Ita optime *Gruterus* aliique jam ediderant. Proflus temere & inconsiderate fecerunt, qui pro optima editionis principis lectione, repo-

tentare non possent, remisit eo unde venerant, & ipse asperrimæ hiemis initio regressus <sup>1</sup> *Sisciam*, legatos inter quos ipsi fuimus, partitis præfecit hibernis. O rem dictu non eminentem, sed solida veraque virtute atque utilitate maximam, experientia suavissimam, humanitate singularem! Per omne belli Germanici Pannonicique tempus, <sup>2</sup> nemo è nobis gradumve nostrum aut præcedentibus aut sequentibus, imbecillus fuit, cujus salus ac valetudo non ita sustentaretur Cæsaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic uni <sup>3</sup> negotio vacaret animus. Erat desiderantibus paratum junctum vehiculum; lectica ejus <sup>4</sup> publicata, cujus beneficium <sup>5</sup> cum alii, tum ego sensi. Jam medici, jam apparatus

reposerunt vulgatam, quæ nullius pretii: & partem digredientium suorum metu universi tentare non possent. sensus ineptus, alter patet. *Boecler. Suorum metu.*] *Historiæ* causa omnino legendus *Dio lib.* 56. quem puto veriora. *Schegk.*

1. *Sisciam.*] Male in editione *Rhenani* fuerat, *Sistiam*. Sane eadem vulgata, ac *Ms.* lectio. Mentio *Siscia* apud *Plinium*, *Dionem*, *Zozimum*, aliosque. *Vossius.*

2. *Nemo, &c. imbecillus fuit.*] Ut cetera, quæ præcedenti capite descripta sunt, ex singulari virtute imperatoria originem trahunt, ita non in postremis ponenda est hæc erga imbecillos comitas Ducis: qua sibi & bello militem efficacissime firmare potest. Quod præsertim in bellis difficilibus, aut post adversa locum habet. sicut apud *Tacitum* Germanicus, ut cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire saucios, facta singulorum extollere; vulnera iniuens, alium spe, alium gloria, cunctos alioquo & cura, sibi que & pratio firmabat. 1. A. 71, 3. Vide quæ *Lipsius* notavit ad *Panegy. Plin.* c. 13. Ubi *Trajanus solatium fessis*, &

*gris opem tulit: neque sua inivit tentoria, nisi commilitonum ante lustrasset, nec requiem corpori, nisi post omnes dedit.* *Hadrianus* quoque agros milites in hospitibus suis vidit. *Spartian.* 10. *Alexandri* item *Severi* eximiam curam *Lampridius* commendat cap. 47. *Ægotantes ipsi visitavit per tentoria milites, etiam ultimos; & carpentis vexit, et omnibus necessariis adjuxit.* Et si forte gravius laborassent, per civitates & agros paribus familias hominibus & sanctioribus matronis eos distribuerebat, rediens impendia quæ fecissent, sive convalescent illi seu perissent. An legitimus: patribus f. beneficioribus. *Boecler.*

3. *Negotio.*] *Vetus liber, genitio.* Unde *Burrerius* legendum putat, *geniti.*

4. *Publicata.*] Omnium usui destinata.

5. *Cujus cum alii, &c.*] Hic deesse puto, beneficium, vel simile quiddam; nisi placet ut civis legatur, hoc modo: lectica ejus publicata civis: cum alii, &c. sed prior lectio magis aridet. *Rhenan. Beneficium.*] Tò beneficium in *Ms.* non erat, & addidit de suo *Rhenanus*



tus cibi, jam in hoc solum importatum instrumentum balinci, nullius non succurrit valetudini. Domus tantum ac domestici deerant; ceterum nihil, quod ab illis aut præstari aut desiderari posset. Adjiciam illud, quod, quisquis illis temporibus interfuit, ut alia quæ retuli agnoscat protinus. Solus semper equo vectus est; solus cum iis, quos invitaverat, majore parte æstivarum expeditionum, cenavit sedens; non sequentibus disciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignovit; admonitio frequens inerat, & castigatio, vindicta rarissima: agebatque medium plurima dissimulantis, aliqua inhihentis. Hiems emolumentum patrati belli contulit. sed insequenti ætate omnis Pannonia, reliquiis totius belli in Dalmatia manentibus, pacem petiit. Ferocem illam tot millium juventutem, paullo ante servitutem minatam Italiæ, conferentem arma, quibus usa erat apud flumen nomine Bathinum, prosternentemque se univèrsam genibus imperatoris, Batonemque & Pine-

manus. Malim ego cum Lipsio, usum, fabricare. *Vossius.*

1. Balinci.] Græci βαλανείον appellant. Quo sanitatis causa utebantur, ut eliceret per sudores malignos vapores.

2. Illis.] Nimirum domesticis. Acidalius perpetram tepone re conatur, ab ullius. *Vossius.*

3. Agnoscat.] Vet. lib. agnoscat. quod probum puto. *Boecler.*

4. Cenavit sedens.] An ut circa rem militarem videri voluit vir antiquis moribus, similiter hic præfici enim ad cenam sedebant. *Isidorus lib. 20. Sedes dicte sunt, quod apud veteres Romanos non erat usus accumbendi, unde & confedere dicebantur.* Postea, in Varro ait de vita pop. Rom. viri discumbere cæperunt, mulieres sedere. an imitati Heroes, qui sedebant, auctore Athe-

næo, lib. 1. Καθέσσει) ἐν τοῖς σωματίοις οἱ ἥρωες ἢ καὶ ἀνικλιῖν), τὸ δὲ ἔστι παρ' Ἀλεξάνδρου τῶ βασιλεῖ ἐνιοτε ἢ, ὡς Φησὶ Διόδοτος. *Schætzkius.* De modo accumbendi vide Mercurialem de Gymnast. Ciacconium de Triclinio, & Sallustium nostrum p. 456. & 457.

5. Rarissima.] Vulgo, amarissima.

6. Plurima dissimulantis.] Scio qui mavult; plurima dissimulans, aliqua inhihentis. de quo ego quid sentiam lecto-ri non promo. Judicet quisque ipse secum. *Acidal. Plurima dissimulantis.]* Suspecta nonnullis constructio. at mihi oppido elegans; ut resolvatur, egisse mediis personam, pleraque dissimulantis, nonnulla vero punientis. *Gruter.*

7. Sed insequenti.] Scribo, Lipsio auctore, & inf.

1. Alit-

tem excellissimos duces, captum alterum, alterum deditum, justis voluminibus ordine narrabimus, ut spero. Autumnno victor in hiberna reducitur exercitus, cujus omnibus copiis à Cæsaribus M. Lepidus præfectus est, vir nominis ac fortunæ eorum proximus: quem in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit, tantorumque nominum, quibus ortus est, ornamentum judicat. Cæsar ad alteram Belli Delmatici molem animum atque arma contulit. in qua regione quali adjutore legatoque fratre meo, Magio Celerè Vellejano usus sit, ipsius patrisque ejus prædicatione

1. Alterum deditum.] In veteri est: eaptum alterum à se deditum. Suspicor fuisse: captum alterum, alterum à se deditum. Nam Bato sponte venisse ad Tiberium videtur, & se dedidisse. Vide Dionem 17. sub finem. *Lipsius. Alterum deditum.]* Legendum, à se deditum. Quomodo erat in Ms. nisi quod alterum non geminaretur. Quod probat Dio lib. 17. ubi scribit, Pinnatem, à Batone proditum, in Romanorum manus pervenisse: libro item sequenti narrat, ut Bato sese dediderit. Sane emendationem hanc, quam Rhenoano debere nos profitemur, alii, maligne nomine ejus suppresso, sibi vindicant. *Vossius.*

2. A Cæsaribus M. Lepidus præfectus est.] Omnino, à Cæsaribus. Sic supra: Legati quos ad Cæsares mittebat. Nam & Tiberius jam in hoc nomen venerat, adoptatus ab Augusto & imperii confors. Sed cur Lepidus hic nominis (sive nominis) ac fortuna eorum proximus? Puto, quia à Sullâ & Pompejo genus ducebat, qui ipsi quasi Principes in re Romanâ. Tacitus docet 111. Annal. de Lepidâ: Cui super Æmiliotum decus, inquit, L. Sulla ac Cn. Pompejus prævenerant, descendente eam Manio Lepido fratre. & vide ne hic sit iste

ipse Manius, atque ita prænomen in Vellejo mutandum. *Lips.* A Cæsaribus M. Lepidus.] In Ms. fuit, Cæsarem Lepidus præfectus est. Forte legendum, Cæsari M. Lepidus præfectus est. Lipsius emendandum putabat, Man. Lepidus. Ut hic idem sit, cujus 111. Annal. meminit Tacitus. Quod verum esse non arbitror. Sane Marcum Lepidum nominat hunc etiam Dio lib. 171. *Voss.* A Cæsaribus M. Lepidus præfectus est.] Ita quidem nonnullis placuit, propter vocem, eorum, quæ in libris mox sequens ad Cæsares referenda videbatur. sed cum fuerit: cujus omnibus copiis Cæsarem Lepidus præfectus est; nihil dubito totum locum ita legendum: cujus omnibus copiis à Cæsare M. Lepidus præfectus est, vir nominis ac fortuna suorum proximus. cum præsertim sequatur tantorum nominum, quibus Lepidus ortus est, mentio. *Boecler. Cæsaribus.]* Vulgo, Cæsarem. *Barrerius à Cæsare.*

3. Eorum.] Nihil est, quo eorum, referas. Lege itaque, suorum. Hoc est Æmiliotum, è qua gente erat Lepidus. Hoc etiam alii monuere. *Vossius.*

4. Vellejano.] Ita potius legerim, quam cum Nicolao Loenſepiphylid. 766. *Alifano:* Erat in v. ex. *ultra siaro.* *Boecl.*

1. Hæno-



tione testatum est, & amplissimorum 'honorum, quibus triumphans eum Cæsar donavit, signat memoria. Initio ætatis Lepidus, educto hibernis exercitu, per gentes integras immunefque adhuc clade belli, & eo feroces ac truces, tendens ad Tiberium imperatorem, & cum difficultate locorum & cum vi hostium luctatus, magna cum clade obsistentium, excisis agris, exustis ædificiis, cæsis viris, lætus victoria, prædaque onustus, pervenit ad Cæsarem; & ob ea, quæ si propriis gessisset auspiciis, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus, consentiente cum iudicio principum voluntate senatus, donatus est. Illa ætas maximi belli consummavit effectus.

quippe

1. Honorum.] Velim, donorum. Mox de eodem fratre & se: *Quem* (triumphum) *mibi fratrisque meo inter præcipuos præcipuisque donis adornatos viros comitari contigit.* Notus mos triumphorum, in quibus coronæ, torques, falæ, bello meritis dari solebant: Si tamen honores tenes, capere possis Triumphales. Lipsius.

2. Quæ si propriis gessisset auspiciis, &c.] Quanquam exemplar vetus sic habeat: tamen non dubito quin, si recte legas, sic legendum sit; quasi propriis, &c. Burret. *Quæ si propriis gessisset auspiciis, &c.* Recte, non propriis auspiciis. Auspicia enim primitus tamquam imperatori sibi reservabat Augustus. Hinc Suetonius in relatione devicturum Augusto imperante nationum, ait; *Domuit partim ductu, partim auspiciis suis.* Ideoque & triumphus negatus, qui in libera Republ. alienis auspiciis victori decretus, concessa honoris ergo duntaxat ornamenta triumphalia postmodum. Dio libro quinquagesimo quarto: *Ob hæc supplicatio Agrippæ nomine fuit, neque tamen in triumphum, etsi decretum sibi, egit, sicut neque initio quidquam de his verbis gestis ad Senatum perscripsit. Cuius exemplum pro lege quadam acceptum*

*posteriores imitati, ne ipsi quidem senatum per litteras de re gesta certiores fecerant, ut neque triumphum duxerunt; ideoque, ut ego censeo, nulli etiam diis, qui ejus similis esset, triumphus deinde concessus est, sed solis triumphalibus honoribus sunt ornati.* Primum auctorem hujus moris hic laudat Agrippam, discedente Suetonio cap. 9. qui Tiberium: *Curru, ait, ingressus est primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, novo, nec antea cuiquam tributo genere honoris.* Insignia fuerant, corona, patera aurea, sella curulis, scipio eburneus, tunica palmata, toga picta, laurea, quibus doctissimus & de antiquis literis unice promeritus Onuphrius, adpellationem imperatoris adjicit falso. Refutatur à Tacito lib. 3. qui Augustum id honoris quibusdam, non omnibus, & Tiberium Blæso postremum contulisse prodit. & à nostro, infra De Blæso: *Qui post paucos annos procos. in Africa ornamenta triumphalia cum* (vides discernere adpellationem Imper. ab ornamentis, tamquam augustius quid) *appellatione Imperatoria meruit.* Schegk.

3. Donatus.] Deest donatus, aut simile quid, inter vocem ultimam & penultimam. Rhenanus.

1. Quippe

'quippe Daorisi & Desitiates Delmatæ, situ locorum ac montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnandi scientia & præcipue angustis saltuum pæne inexpugnabiles, non jam ductu, sed manibus atque armis ipsius Cæsaris tum demum pacati sunt, cum pæne funditus everfi forent. Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre majus aut mirari magis potui, quam quod imperatori nunquam adeo ulla opportuna visa est victoriæ occasio, quam damno amissi pensaret militis. semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum; & ante conscientiam quam famæ consultum; nec unquam consilia ducis iudicio exercitus, sed exercitus providentia ducis rectus est. Magna in bello Delmatico experimen- 116  
ta virtutis in multis ac difficiles locos præmissus Germanicus dedit, celebris etiam opera diligenti Q. Julius Postumus, vir consularis, præpositus Delmatiam, ornamenta

1. Quippe Daorisi.] Vulgo, Quippe Persia ade sicales Dalmata, situ locorum ac montium, &c. Legendum reor; quippe perfidia exitiales Dalmata. Rhenanus. Quippe Daorisi.] Ita emendarunt, cum in Ms. esset: Persia ade sicales Dalmata. Ego ob vicinitatem literarum malim: Pirusia ac Desitiates. Mover etiam, quod populos hos situ locorum ac montium pæne inexpugnabiles dicat Vellejus. Nam Pirusia sita sunt ad extrema Dalmatiam juxta Scardum montem, qui magna parte eos ambit. Vide Livium lib. xlv. Strabonem lib. vii. Ptolemaum, aliosque. Claudius Puteanus conjiciebat, Breuci & Desitiates. Quod rejicere non a sum. Nostra tamen conjectura nobis magis placet. Postius. Quippe Daorisi.] Puteani conjectura: Breuci & Desitiates Delmata, non Dionis modo auctoritate suffulta est, sed præsertim ex Sueton. Tib. 9. firmari potest, ubi Tiberius bello Pannonico Breucos & Dalmatas subegisse dicitur. Facit diligen-

ter Scriptoris & institutum, ut nihil dubitem, inde corrigendum Vellejum; cum præsertim elementorum ductus minime repugnet. Boetler.

2. Operadiligenti.] Lips. diligentiæque. 3. Q. Julius Postumus.] Vulgo, Postulmius. Q. Julius Postumus.] Puto illurum esse, quem Seianus post Drusi mortem ad tollendos Germanici liberos delegat focium. Tacitus lib. 4. Annal. Schegkium. Q. Julius Postumus.] Falso. Nam Q. Vibius Postumus intelligendus; ut ostensum Pighio in Annalibus Romanis. Erratne igitur Vellejus? Neutiquam. Sane ex editione Rhenani, ac Burretii variis lectionibus, ita hunc locum in Ms. expressum fuisse liquet: *Celebri etiam opera diligenti quibus Jul. Postumus. Lego igitur: celebri etiam opera, diligentique, Vibius Postumus.* Quæ quin verissima lectio sit, vix ambigo. Mentio hujus Vibii, præter alios, etiam apud Florum lib. rv. cap. ultimo: ubi perperam viri docti, Tiberium, substituere conantur. Postius.

1. Nam



namenta meruit triumphalia: quem honorem ante paucos annos Passienus & Cossus, viri quibusdam diversis virtutibus celebres, in Africa meruerant. Sed Cossus victoriæ testimonium etiam in cognomen filii contulit, adolefcentis in omnium virtutum exempla geniti. At Postumi operum L. Apronius particeps, illa quoque militia eos, quos mox consecutus est, honores excellenti virtute meruit. Utinam non majoribus experimentis testatum esset, quantum in omni re Fortuna posset; sed in hoc quoque genere abunde agnosci vis ejus potest: <sup>1</sup> nam & Seianus vir antiquissimi moris, & priscam gravitatem semper humanitate temperans, in Germania, Illyricoque, & mox in Africa, splendidissimis functus ministeriis, non merito, sed materia adipiscendi triumphalia <sup>2</sup> defectus est. <sup>3</sup> Et A. Licinius Nerva Silianus, P. Silii filius, quem virum, ne qui intellexit quidem, abunde miratus est, <sup>4</sup> ne nihil non optimo civi, simplicissimo duci perisset,

1. Nam & Sejanus.] Suppositum nomen est, & prima editio refert. Nam & etiam antiquissimi. In Sejanum certe hæc non conveniunt, qui equestri loco, provinciis aut exercitiis non rexit. Tacitus te docebit lib. iv. Annal. ubi vita & facta viri. An ne, Nam & Junius? Causa suspitionis ex loco Velleji infra cap. cx xv. ubi Junium Blæzum in Illyrico celeberrima militia fuisse ait, eum imperio in summa pace & quiete continuisse. Et interierit, ut prædiximus. Ubi autem de Junio aut Illyrico aliquid prædictum, nisi si hic? Adde, quod in eum convenit Africa præfectura, cujus hic quoque mentio. Turbat tamen, quod ait eum defectum materia adipiscendi triumphalia: nisi si hoc adstringis ad Germaniam & Illyricum tantum. Nam ex Africa certe ca retulit. Lips. Nam & Sejanus.] Quid si nomine Junii Blæsi inserto, respondimus: Nam & Blæsus etiam, vir an-

tiquissimi moris, &c. Vossius.

2. Defectus est.] Privatus, orbanus.  
3. Et A. Licinius Nerva Silianus.] Ita etiam hujus nomen in argenteo æreoque denario perscriptum invenit Ursinus. Liquet igitur quod ante adoptionem Silius fuerit dictus. Hujus vero filium fuisse arbitror P. Silium Nervam, qui anno V. C. dcccxvi. consulatum gessit cum G. Julio Attico Vestino. Quod ex Fastis Capitolinis, ac Tacito, liquet. Unde emendandus Phlegon rerum mirabilem cxxxiiii. ubi vulgo perscriptum: Ἰαπιδούριαν ἐν Γαυρίᾳ Ἀύλος Λικηνίος Νέρβα Σιλιαναῦς & Μάρκος Οὐεσίβης Ἀπικεῦ. Legendum autem: Ἀύλος Λικηνίος Νέρβα Σιλιαναῦς, & Γαίος Οὐεσίβης Ἀπικεῦ. Vossius.

4. Ne nihil non optimo civi.] Hæc est ipsissima lectio autographi, ut docemur à Burretio; & si quid ego sentio, multo

set, <sup>1</sup> præreptus immature, & fructu amplissimæ principis amicitia & consummatione evectæ in altissimum paternumque fastigium imaginis defectus est. <sup>2</sup> Horum virorum <sup>3</sup> mentione si quis quæsisse me dicet locum, fatentem arguet. neque enim justus sine mendacio candor apud bonos crimini est. <sup>4</sup> Tantum quod ultimam impo- 117  
suerat Pannonico ac Delmatico bello Cæsar manum, cum, intra quinque consummati tanti operis dies, funestæ ex Germania epistolæ: cæsi Varii, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum, & sex cohortium. <sup>5</sup> velut in hoc saltem tantummodo indulgente no-  
bis

multo melior eâ quam substituit Rhenanus, exclusâ negativâ non. Criticorum cohors heic tacet. at ego puto dicere auctorem, fatörum invidia interdixisse Licinio præmia pacis & belli, omnia, omnia. Gruter.

1. Præreptus immature, &c.] Videtur legendum ex antiqua editione: præferens immatura, & fructu amplissima principis amicitia, consummatione evectæ in altissimum, paternumque fastigium imaginis, &c. Hujus autem Nervæ extat argenteus denarius cum inscriptione, A. LICINIUS NERVA. III. VIR. & æreus item ita inscriptus; A. LICINIVS NERVA. SILIAN. III. VIR. A. A. A. P. F. Ursin.

2. Horum virorum.] Vulgo, quorum. Quorum virorum.] Opinor legendum, Horum virorum, cum habeat exemplar verutum, Honorum. Burret.

3. Mentione.] Acidalius legit: mentioni.

4. Tantum quod.] Tantum quod, videtur positum pro Tantum non. quod Græci dicunt ὅσον, nisi tantum non Vellejus quoque scripsit. Ursinus. Tantum quod.] Ciceroni quoque ipsi familiare. Abundat quod, & sermoni in ornatu & vehementiam supervenit. Atque ait Vellejus: viz Pannoni-

cum Delmaticumque bellum Cæsar finierat, cum ecce statim è Germania funestum novæ cladis nuntium. Omitte ergo mutare, nec invade Tullianam Vellejo elegantiam. Acidal. Tantum quod.] Nihil hic mutandum est. Glossæ Philoxeni, Tantum quod, ὅσον. Ufus eodem Suetonius aliquoties; imò & Tullius ad Atticum lib. xv. epist. XIII. Vossius. Tantum quod.] Nil mutandum. Asseruerunt pridem eam loquendi formulam Viri docti ad Sueton. Aug. 62. Juliam primum Marcello Othaviæ sororis suæ filio tantum quod pueritiam egresso nuptum dedit. Neron. 62. Natus est XVIII. Kal. Jan. tantum quod ex oriente sole. Cic. 15. ad Attic. ep. 13. Hæc cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam. Ad quem locum non debuit Manutius adducere illud in Verrem: Tantum quod hominem non neminat; causam quidem totam perferibit. Hic enim etiam significationem atque ὅσον τὰ εἶναι habent illa particula, ut quivis videt Boetierus.

5. Velut in hoc saltem.] Schægkijus divinat salutem. Nisi majoris tantummodo. Velut in hoc saltem.] Profecto, vel vocabulum saltem, vel proximum tantummodo, procreatum est in cubilibus librariorum. Gruter.



bis fortuna, ne occupato duce, \*<sup>2</sup> & caussa persona moram exigit. <sup>3</sup> Varus Quinctilius illustri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus, <sup>4</sup> ut

COR-

1. Ne occupato duce, &c.] Mutulum est. Videtur fuisse: ne occupato duce scribit. Sed caussa & persona moram exigit. Lipsius. Ne occupato duce, &c.] Man cum & mutulum locum inter omnes constat. Duce[m] tamen, non duce agnoscit editio princeps. Sensus Velleii hujusmodi fuisse arbitror: ne occupato duce in debellandis Pannoniis, victores Germani iis se conjungerent. Sed caussa, & persona, moram exigit. Lipsius aliter locum hunc supplebat: Nos Suetonium secuti sumus; cujus hæc verba in Tiberio: Sub id seve tempus Quinctilius Varus, cum tribus legionibus in Germania perit: nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Vossius. Ne occupato duce, &c.] Hoc loco primum animadvertit Gruetius, salse[m] tantummodo superflue dici, alterumque irrepsisse præter Auctoris mentem: Deinde, lacunam alii aliter expleunt; Lipsius ita: ne occupato duce scriberet. sed caussa & persona moram exigit. Non firmaverim ita scripsisse Vellejum (nam quis ipsa verba repnat?) sed ita sensisse nullus dubito. Scilicet id voluit dicere: In tanta calamitate illud tamen pro beneficio fortune agnosendum, quod hæc clades non acciderit occupato districtoque alibi duce Tiberio: futurum enim fuisse ut hostis ueretur victoria armaque latius proferreret, nisi statim obviam ium foret. Opera pretium autem esse, ut & Vari ingenium, mores, consilia, & clades ipsa, summam quidem, sed tamen cum quadam mora, in hoc transcurso, memorentur. Boeclerus.

2. Et causa.] Petrus Delbenius legendum putat: sed causa personæ moram exigit. Ait enim, indulgisse in hoc fortunam Romanis, quod hoc bellum non

accidit occupato duce, sc. Cæsare, quem proxime dixit imposuisse ultimam manum Dalmatico bello. Deinde, quia de Varo mentionem fecerat, ait, Causam personæ moram exigere, ideoque digreditur in Vari moribus describendis more suo. Manus. Et causa.] Ablativo casu. Sic distinxit, suam manuscripti codicis, aut editionis Rhenani: non quod falsificat, sed ut exoriat sententia tolerabilis; ut velit auctor, bene cecidisse, quod non fuerit Tiberius occupatus tunc temporis alio aliquo bello, cum Varus periret cum suis: quo vacare statim posset & ultioni & decoro populi Romani; quæ persequitur capite 120. Gruetius.

3. Varus Quinctilius.] Illud notare lubet, quantus error commissus sit in præficiendo Germaniæ tali viro, qui nec virtute militari bellicosæ genti metuendus, & superbia, crudelitate, avaritia, libertati hominum generosorum intolerandus esset. Crebra & singularis ea magnorum imperiorum infelicitas est, quod in administratione locorum gentiumque cordationum obrepunt Lollii & Vari, quorum vecordia rebellioni & rebus novis causam præbet. Quam requirenti alicui vere responderi posset, quod Bato ille bis Tiberio respondit apud Dionem 55. et 56. ὁμοῖς τῶν αἰσίων ἐστὶ ἐπὶ τῷ τοῖς ἀγέλας οὐκ ὄντα φύλακτος, & κωίας, εἰδὲ νομείας, ἀλλὰ λυκῶς πέμπει. Vos Romani caussam rebellandi eo præbistis, quod ad custodiendos grecos vestros non curatis, non pastores, sed lupos mittitis. Boecler.

4. Ut corpore & animo.] Burreius legit, & corpore & animo: vel, ut corpore, ita animo immobilior. A Cistaluis. Ut corpore & animo.] Potest aliquis

corpore & animo immobilior, otio magis castrorum quam bellicæ affuetus militiæ; pecuniæ vero quam non contemtor, Syria cui præfuerat declaravit; quam pauper divitem ingressus, dives pauperem reliquit: Is cum exercitui, qui erat in Germania præflet, concepit esse homines qui nihil præter vocem membraque haberent hominum; quique gladiis domari non poterant, posse jure mulceri. Quo proposito mediam ingressus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, jurisdictionibus agendoque <sup>1</sup> pro tribunali ordine, trahebat æstiva. <sup>2</sup> At illi, quod nisi expertus <sup>3</sup> vix credebat, in summa <sup>118</sup> feritate versutissimi, <sup>4</sup> natumque mendacio genus, simulantés fictas litium series, & nunc <sup>5</sup> provocantes alter alterum <sup>6</sup> injuria, nunc agentes gratias, quod eas Romana justitia finiret, feritasque sua novitate incognitæ disciplinæ <sup>7</sup> mitesceret, & solita armis discerni jure terminarentur, in summam fœcordiam perduxere Quinctilium, usque eo, <sup>8</sup> ut se prætorem urbanum in foro jus dicere,

non

aliquis sensus existere ex his verbis, sed mihi suspectus est locus, nec satisfacit emendatio aliorum, & corpore & animo: vel, ut corpore, ita animo. Boecler.

1. Pro tribunali.] Duas istas voces conjungendas existimat Lipsius, ut fuerit pro tribunali ord.

2. At illi, &c. in summa feritate versutissimi.] Ceterum cladem Varianam ejusque causas nemo accuratius descripsit Vellejo ac Dione lib. 56. adde Flor. 4, 12, 3. & seq. Tac. I. A. 61. & de morib. Germ. 37, 7. in magnificentissimo illo Germanæ virtutis elogio. Strabo 7. non longe à principio. Sueton. Aug. 23. Cluver. Germ. antiq. 3, 19. ubi præsertim de loco cladis multa. Boeclerus.

3. Vix credebat.] Facito, credat. Lipsius.

4. Natumque mendacio genus.] Hoc

quidem aperte falsum est: sed intolerantes sævitæ ac tyrannidis, amantissime libertatis fuisse adversum prædones gentium, id longe est verissimum. Boeclerus.

5. Provocantes.] Vulgo, procaces. 6. Injuria.] Lipsius, injuriis. 7. Mitesceret.] Scriptum exemplar, mitesceret. Burret.

8. Ut se prætorem urbanum, &c.] Florus lib. IV. c. ultimo: Ausus ille agere conventum, & in castris se direxerat, quasi violentiam Barbarorum, & licentiam virgum, & præconis voce, posset inhibere. Ita ex omnibus Mss. & principis editione legendum. Sensus est, ita direxisset Varum actiones suas, quasi callidissimi hostes jure possent mulceri. Perperam hætenus omnes eruditi & conjectura edidere, jus dicebat, pro, se direxerat. Vossius.



non in mediis Germaniæ finibus exercitui præesse crederet. Tum juvenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus ingenio, nomine <sup>2</sup> Arminius, <sup>3</sup> Sigimeri principis gentis ejus filius, ardorem animi vultu oculisque præferens, assiduus militiæ nostræ prioris comes, <sup>4</sup> & jam civitatis Romanæ jus equestremque consecutus gradum, segnitia ducis in occasionem sceleris usus est; hæud imprudenter speculatus, <sup>5</sup> neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret; & frequentissimum initium esse calamitatis, securitatem. Primo igitur paucos, mox plures in societatem consilii recipit; opprimi posse Romanos, & dicit & persuadet; decretis facta jungit; tempus insidiarum constituit. Id Varo per virum ejus gentis fidelem clarique nominis <sup>6</sup> Segesten indicatur. <sup>7</sup> sed prævalebant jam fata consilii, omnemque animi

1. *Ultra barbarum.*] Lipsius præposita vocula legit & *ultra barb.*

2. *Arminius.*] Verum Germaniæ decus, Tacitus lib. 2. *Annal.* Arminius abscedentibus Romanis, & pulso Maroboduus, regnum adfectans, libertatem popularium adversam habuit, petitusque armis cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator hæud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alii reges ducere, sed florentissimum imperium lacefferit; septem & triginta annos vita (ergo patravit hoc anno ætatis vigesimo sexto) duodecim potentia explevit; caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis hæc perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi. Schepkiius. *Arminius.*] Refert, Herman Germanorum.

3. *Sigimeri.*] Videtur hoc nomen deduci a *sigis* sive *sege*, quod veteribus Germanis victoriam denotat, & *mer*, quod equum significat, unde & equam

*een merry* adhuc appellamus. à priori voce *sege* & *sigis* multa nomina Germanica originem accipere. Ita *Segebertus*, *Segefridus*, *Segemundus*, *Segevicus*, *Segester*, *Sigovesus* inde appellantur. A *mer*, sive *mar*, *Marcomerus*, *Maroboduus*, *Marschallus*, id est, præfectus Equitum, *Virdomarus*. Occurrit quoque *Marach* vocabulum pro equo in legibus Alemannorum tit. 70. & 71. *Thysius*.

4. *Et jam civitatis.*] Scribe cum Lipsio, etiam *civ.*

5. *Neminem celerius opprimi.*] Eximis super hoc argumento loca, atque cum grandibus exemplis conjuncta notavit Lipsius §. *Polis.* 16. 23. & *seqq.* ubi etiam hæc Nostri Auctoris sententia. Boeclerius.

6. *Segesten.*] Segestes, ut ante memoravimus, a *sege* sive victoria nomen accepit.

7. *Sed prævalebant jam fata.*] Negat editio verus. hæc germana illa est: *indicatur. postulabat etiam fata.* An talis aliquid fuit? *indicatur, qui vinciri postulabat*

animi ejus aciem præstinxerant. Quippe ita se res habet, ut plerumque, <sup>2</sup> qui fortunam <sup>3</sup> mutaturus est, <sup>4</sup> consilia corrumpat, efficiatque, quod miserrimum est, ut quod accidit id etiam merito accidisse videatur, & casus in culpam transeat. <sup>5</sup> Negat itaque se credere, <sup>6</sup> spemque in se benevolentia ex merito æstimare proficetur. Nec diutius, post primum indicem, secundo relictus locus. Or- 119  
dinem atrocissimæ calamitatis, qua nulla, <sup>7</sup> post Crassi in

*stulabat etiam.* Nam apud Tacitum Segestes ipse ita narrat: *Dilatatus ignitica ducis, ut me & Arminium & conscios vinceret fugitavi.* An potius sic? *judicatur. Obstant sed jam fata.* Nam hæc talia sæpe per litteram scribebant aut sculpebant (lapides docent) *Opstare, Opstides, Opstia:* atque hinc librarii error. *Lips.* *Sed prævalebant jam fata.*] Legebatur: *postulabat etiam fata consilii, omnemque animi ejus aciem præstinxerat.* Unde legerim: *prævalebat, sed jam fata consilii, omnemque animi ejus aciem præstinxerat.* quanquam illo positu particula *sed*, etiam à *Lipso* ita collocata in emend. hujus loci, non satis placet. Boecler.

1. *Præstinxerant.*] Sic recte hoc scribitur, à *præstinguo*. Et male idem verbi alii aliter legunt Plauti milite: *Oculorum præstinguat aciem in acie hostibus.* Adeoque Ciceronis Philipp. 12. *Præstinxerat aciem animi D. Bruti salus.* Sed hujus quidem plurimis locis idem error: etiam Aufonii aliquantis, in cujus de nobilitate Urbibus primo carmine exploratissimum est mihi aliter scribi non debere, quam:

— Fuit hæc, subit ista: novisque  
Excellens meritis veterem præstinguit  
honorem.

Et quoque Paulini longa illa epist. ad Aufon. innumerisque omnium ferme scriptorum locis; quæ cuivis ubivis de sententiæ ratione corrigere facillimum. *Acidal.* *Præstinxerant.*] Dubito

tamen, an non. *præstruxerant*, quod idem est, ac *obstruxerant*, scriptum fuerit Vellejo. Quomodo Julius Cælius: *Periculis oculos obstruit fortuna.* Sic legendum, non *oculis*. Sane vix est, ut aliter existimem. *Vossius.*

2. *Qui fortunam.*] In autographo pro est, erat *Deus*. Rectissime. Pro qui tamen reponendum *cui*. Non enim ascensio Urhino, Lipsioque: qui vocem eam inducendam censebant. *Vossius.*

3. *Mutaturus est.*] Non debuit omitti *Deus*; quæ vox in *msc.* pro est comparabat. Sed & verbum substantivum rescribendum videtur. Optimo enim sensu legeris: *ut plerumque, qui fortunam mutaturus est Deus; consilia corrumpat.* Boecler.

4. *Consilia corrumpat.*] Supra quoque in eam sententiam eleganter, iidem ferme verbis, sed brevius: *Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cuiuscumque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.* *Acidal.*

5. *Negat itaque se credere.*] Alias sic legendum videtur: *Negat itaque se credere (ut subaudiatur fortuna) spemque in se benevolentia & merito æstimare proficetur.* vel sic: *spemque se benevolentia ex merito æstimare proficetur.* *Burrelius.*

6. *Spemque in se, &c.*] Forte sic legendum, *spemque de Germanorum in se benevolentia.* *Rhenan.*

7. *Post Crassi.*] Exemplar vetustissimum aperte habet, *Cassi.* *Burret.*



in Parthis damnū, in externis gentibus gravior Romanis fuit, iustis voluminibus, ut alii, ita nos conabimur exponere. <sup>1</sup> Nunc summa defenda est. Exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus; <sup>2</sup> cum ne pugnandi quidem egregie <sup>3</sup> occasio in quantum voluerant data esset <sup>4</sup> miseris, castigatis etiam quibusdam gravi pœna, <sup>5</sup> quia Romanis & armis & animis usi fuissent, inclusus

1. Nunc summa defenda est.] De clade a. d. 4. Non. Quintilicis vide Sueron. Tacit. 1. & 2. Germania; Dionem, Strabonem lib. 7. Florum lib. 4. Orat. lib. 6. Est & eximius locus apud Senecam Epist. 46. Variata clades quam multos splendidiſſime natos, Senatorium per militiam aufpicantes gradum, fortunam depreſiſſe & alium ex iis pastorem, alium canis, alium caſe cuſtodem fecit. Scio hic libros omnes (excipio editionem nondum viſam mihi) vulgatos vulgare, Mariana clade. Verum noſtram ſcripturam prodiit manuſcriptus codex, qui publice in Bibliotheca Bibraci, oppidi Imperialis liberi adſervatur; cuius copiam mihi jam nuper fecit leſiſſimus & ha litteras doctus juvenis, Matthæus Klock Bibracanus. Schegkhus. [Non opus eſt cum Acidalio emendare, dicenda eſt. Narrando enim cladem ſimul deſcit.] Nunc ſumma defenda eſt.] Sunt qui ſe doceri velint, quid hec faciat deſtendi verbum. interim tamen, ſubſtituunt alias voces, minus aptas. namque auctor idem ferre vult quod ſupra capite 67. Huius rariuſ temporis fortunam ne deſere quidem quiſquam ſatis digne potuit: adeo nemo ex primæ verbis poteſt. & vero nonne diu diuque hanc cladem deſcribit Augustus? de quo refert Suetonius cap. 23. Adeo namque conſervatum ſerunt, ut per continous meſes barba capilloſque ſubmiſſo, caput interdum ſoribus illideret,

vociſeram: Quintili Vire, vedde legiones & diemque cladiſ quietanni maſſum habuirit ac lugubrem. Gruter.

2. Cum ne pugnandi quidem egregie.] Ex Burrerii v. Lecl. conſtat, ita fuiſſe in exemplari: cum ne pugnandi quidem egregiam aut occaſionis in quantum voluerant data eſſet immunitas. Unde Voſſius ita emendat: cum ne pugnandi quidem egrediendi, occaſio iis data eſſet immunitas. Non diſplicet. ſed quod cum Grutero delet illa; in quantum voluerant, non approbaverim. Neque enim ſtatim licet recidere, quæ ſententia noſtra obſtare videntur, & ſcripſiſſe ita Vellejum, ex eo maxime ſit veriſimile quod mox ſequitur: Caſtigatos eſſe quorſdam gravi pœna, quia Romanis & armis & animis uſi fuiſſent. Q. d. voluiſſe quidem Romanos milites ſuam neceſſitudinem fortiter ferre, acriterque pugnando dare operam ne ignavi aut penitruſ inulti perirent: ſed coercitam eſſe generoſam voluntatem ſegnitate & imperio ducis, &c. Boecler.

3. Occaſio.] Vulgo, occaſionis. Occaſionis.] Deſt hic vel poteſtas, vel ſimile, ante, immunitas. Rhenan.

4. Miſeris.] Vulgo ſine ſenſu, immunitas, pro quo Burrerius ex veſtigis veteris libri, inimicis legendum cenſer.

5. Quia Romanis & armis & animis uſi fuiſſent: ut hic verbum aliquod deſſe videatur. Burrex.

I. Quem

ſus ſilvis, paludibus, inſidiis ab eo hoſte ad internecionem trucidatus eſt, <sup>1</sup> quem ita ſemper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem ejus nunc ira nunc venia temperaret. Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit. <sup>2</sup> quippe paterni avitque exempli ſucceſſor, ſe ipſe tranſiit. At e præfectis caſtrorum duobus quam clarum exemplum <sup>3</sup> L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit; qui cum longe maximam partem abſumſiſſet acies, auctor deditioſis <sup>4</sup> ſupplicio quam prælio mori maluit. At <sup>5</sup> Vala Numonius, legatus Vari, cetera quietus

ac

1. Quem ita ſemper.] Quid ais, Vellei? Longe aliter Tacitum alique de Germanis loquuntur. Boecler.

2. Quippe paterni.] De patre Sex. Quintilii habes ſupra in bello Philippenſi lib. 2. c. 71. Varus Quintilius cum ſe inſignibus honorum velariſſet, liberti manu interfectus eſt. De avo, non tam obvium. Reperio tamen apud Caſarem 1. Civil. Sex. Quintilium Varum Quaſtorem L. Domitri fuiſſe Corſinii. ut probabile ſit eum ſic periſſe in Pharfalia, aut in Africa. Lipſius.

3. L. Eggius.] Alii, Egilius. Ego, Eggius, retineo, quod hanc familiam ex inſcriptione antiqui lapidis notam habeam. Cujus exemplum ſequitur.

In Opido D. Germani, ad Cathedralē Eccleſiam.

HERCULI  
SANTO. SACR  
D. POMPONIUS. NOE  
TUS. VOTUM. SOL  
AMIGOS. ACC. BENE

M. EGGIO. MARULLO. ET  
L. D. D. D. K. IUL.

Manut. L. Eggius.] Sic editio primigenia. Maluerunt alii, Egilius. Atqui Eggia gens ſatis nota ex inſcriptionibus antiquis; ut monuit quoque Aldus. Ac idem nomen etiam occurrit

in notis Senecæ, & Tyronis; niſi quod ibi Eggius, pro Eggius, legatur. Voſſ.

4. Supplicio quam prælio.] De Carilina ſupra: Spiritum quem ſupplicio debuit, prælio reddidit. Acidal.

5. Vala Numonius.] Cum in manuſcripto Velleii codice ſcriptum fuiſſet, Valnumonius, ex eo alii fecerunt Valuminius; alii, quod ea familia non reperiretur inter Romanas, emendarunt Voluminius. Sed utrunque mendoſum eſt: ſcribendumque Vala Numonius, cognomine Vala, poſito ante nomen Numenius. nam ſæpe ſolet Vellejus cognomina præponere nominibus, ut cum dicit, Mancinus Hoſtilius, Carbo Papius, Lepidus Emilius, & cetera id genus. Huius autem Valæ editi denarius argenteus cum inſcriptione C. NUMONIUS. VAALA. de quo cognomine abunde ſcriptum in libro de familiis Romanis. Putamus autem eum eſſe, ad quem Horatius ſcripſi: epiſtolam xv. lib. 1. cuius initium eſt:

Quæ ſit hiems Velæ, quod calum Vala Salerni.

Nam in libris manuſcriptis, qui ſunt apud me, epiſtola inſcribitur, A D. NUMONIUM VALAM. Denarium verò, cuius ſupra meminimus, Trajanus Imp. ut multos alios reſtituit, ut apparet ex titulo, qui ei adjectus eſt:

V 4

IMP.



ac probus, diri auctor exempli, spoliatum equite peditem relinquens, fuga cum alis Rhenum <sup>1</sup> petere ingressus est. quod factum ejus fortuna ulta est. non enim desertis superstit, sed desertor occidit. Vari corpus semiustum hostilis laceraverat feritas; caput ejus abscissum latumque ad Maroboduum, & ab eo missum ad Cæsarem, gentiliticii <sup>2</sup> tamen tumuli sepultura honoratum est. His auditis, revolat ad patrem Cæsar: perpetuus patronus Romani imperii, assuetam sibi causam suscipit. Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, præsidia munit; se magnitudine sua, non fiducia hostium metiens, qui <sup>3</sup> Cimbricam Teutonicamque militiam Italiæ minabantur; <sup>4</sup> ultro Rhenum cum exercitu transgreditur, <sup>5</sup> Arminio territo, quem arcuisse pater & patria contenti

IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. PP. REST. nam reliqua, quæ signata in eo sunt, repræsentant ea plane, quæ ab ipso Numonio, vel ab aliquo ejus familia, in antiquiore denario cusa sunt. *Ursinus. At Volumnius.*] Burrerianum hoc commentum est. Rhenanus ex Ms. edidit *Valnumonium*. Unde Ursinus legendum putabat: *Vala Numonium*. Addit, se hunc eundem putare, ad quem hodieque Horatii epistola extat lib. i. ep. xv. quam in Mss. scribi testatur, *Ad C. Numonium Valam*. Ubi dubito tamen, an non potius, *Ad Cn. Umonium Valam*, & in Vellejo, *Vala Umonius*, sit rescribendum. Nam Hubertus Golzius (ut ad prædictam Horatii epistolam monet Cruquius) ex numismate Lauredani expressit: *CN. VMONIVS VAAEA*. Etenim punctum minutissimum inter, *CN.* & *VMONIVS*, esse dixit, quod ab aliis minus foret animadvertum. *Vossius.*

1. *Petere ingressus est.*] Suspicabar aliquando, illud *petere*, mutandum in *centere*. Sed cum auctores ceteri sileant istud factum, malo & ego tacere, quam prodere incertiam meam. *Græver.*

2. *Tamen.*] Vulgo, sed male, *standem*.

3. *Cimbricam.*] Cimbrici & Teutonnes, cum insignem Romanis calamitatem infixissent, postea à Mario domiti sunt.

4. *Ultrò.*] Illud *ultrò ex Freinshemiana* emendatione, cum legeretur, *ultra* præplacuit. *Boecler. Ultrò.*] A sentio eruditissimo Jo. Freinshemio, qui ad Florum *ultrò* hic legendum censet. *Voss.*

5. *Arminio territo.*] In vet. *Arma interfecti quem*. Stabilis manet nostra olim emendatio: *Arma infert, quæ arcuisse*. Rhenum, inquit, transgreditur, & ultro perit in suis sedibus Arminium, quem arcuisse à nostris abunde satis habebat Augustus & cives. *Lips. Arminio territo.*] Ego minorii mutatione, &, nisi animi fallar, verius conjeci: *Arma infert hosti, quem arcuisse, & c.* Imo vix dubito, quin hæc germana auctoris nostri sit lectio. Simile autem mendum irrepserit apud Papinium Statium lib. i. Thebaid.

— *Tecto cælum prohibere quis iste*

*Arguit?*

Nihil enim certius, quam referri debere, *Arguit*. *Vossius.*

1. *Voluerit.*

tenti erant, penetrat interius, aperit limites, vastat agros, urit domos, fundit obvios; maximaque cum gloria, incolumi omnium, quos transduxerat, numero, in hiberna revertitur. Reddatur verum L. Asprenati testimonium; qui legatus sub avunculo suo Varo militans, nava virilique opera duarum legionum, quibus præerat, exercitum immunem tanta calamitate servavit; matureque ad inferiora hiberna descendendo, vacillantium etiam cis Rhenum sitarum gentium animos confirmavit. Sunt tamen, qui, ut vivos ab eo vindicatos, ita jugulatorum sub Varo occupata crediderint patrimonia, hereditatemque excisi exercitus, in quantum <sup>1</sup> voluerit, ab eo aditam. Lucii etiam Cæditii, <sup>2</sup> præfecti castrorum, eorumque, qui una circumdati <sup>3</sup> Alifone immensis Germanorum copias

1. *Voluerit.*] Imo, *valuerit*. id est, quantum in ipso fuit, opibus scilicet, pecuniisque, quam reperit in se translata. *Lipsius. Voluerit.*] Viris doctissimæ eminentissimæ suspectum heic *voluerit*, & mutatum eunt in *valuerit*. Verum sic supra locutum, modo posui: & mirum est, nisi & hoc loco triga illa verborum, adscitiua. *Græverus.*

2. *Præfecti castrorum.*] [Vide supra p. 297.] Cuique autem legioni (suis castrorum præfectus fuit, si tamen tenderet seorsum. Colligo ex Tacito libro xrv. *Pænius Posthumus, Præfectus castrorum secunda legionis.* & hic Vellejo nostro. Supra Tribunos militum collocare eos visus Tacit. Histor. secundo in pompa Vitelliana. *Ante aquilam Præfecti castrorum, Tribunicque, & primi Centurionum candida veste.* Vir egregius, cujus memoriam, amo, colo, in Semestribus suis censuit hunc eundem esse cum Prætorii Præfecto. & Vespasiani avum etiam auget hæc dignitate, quoniam Suetonius scripserit: *Polla patrem habuit Vespasiana Pollicionem*

*ter Tribunum militum, Præfectumque castrorum.* Abi vir maxime, lucrifca, reliquæ virtutis tuæ causa, consoriam hanc notam. *Lips. Præfecti castrorum.*] De officio præfecti castrorum, nihil habeo, quod addam ad ea, quæ in Discursibus ad Tacitum notavit Lipsius. Imo unum etiam demi velim. Hoc est, quod pro *destinatio* apud Vegetium lib. ii. cap. x. reponat *designatio*. Verba Vegetii hæc sunt: *Ad quem castrorum posteo, valli, & fossæ destinatio pertinebat.* Nec magis audio *Stewechium*, ex Ms. reponentem, *astinatio*. Sane *destinare*, idem, quod *designare*. Sic Livius lib. xxviii. *Non solum capita hostium vulnerabant; sed quem locum ibi destinassent.* Quod, ut video, jam monere prævertit eruditissimus Gronovius in Observationibus suis. *Vossius.*

3. *Alifone.*] Forte, quod Ptolomæo *Αλις* (Cov. Rhenano hodiernum *Alzheim*, prope Vangiones. In eo lapsus, quod ejusdem Tacitum meminisse putavit. nam clarum ex Dionis lib. 54. non locum, sed fluvium hoc nomine Tacitum insinuare. *Schegkini.*



copiis obsidebantur, laudanda virtus est; qui omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabiles, vis hostium faciebat inextuperabiles, nec temerario consilio, nec segni providentia<sup>1</sup> usi, speculatique opportunitatem, ferro sibi ad suos peperere reditum. Ex quo apparet, Varum sane gravem & bonæ voluntatis virum, magis imperatoris defectum consilio, quam virtute destitutum militum, se magnificentissimumque perdidisse exercitum. Cum in captivos sæviretur à Germanis, præclari facinoris auctor fuit Calvus Coelius vetustate familiaris suæ dignissimus; qui complexus catenarum, quibus vincus erat, feriem, ita illas inlisset capiti suo, ut protinus pariter sanguinis cerebrique<sup>2</sup> profluvio exspiraret. Eadem & virtus & fortuna subsequenti tempore ingressa animum imperatoris Tiberii fuit, quæ initio fuerat; qui concussis hostium viribus, classicis peditumque expeditionibus, cum res Galliarum maximæ molis, accessasque plebis<sup>3</sup> Viennensium diffensiones, <sup>4</sup> coercitione ma-

1. *Uti.*] Ex vet. habet, *viti*. Mihi, quantum ex literis conjicio, *adjuvi* legendum videtur. *Buver.*

2. *Profluvio.*] *Influvio*. Sic omnino legitur in exemplari chirographo. unde dimanarunt omnia exemplaria. nec video cur fecti non debeat. quod hodie habemus, *profluvio*, natum est apud correctores. *Gruterus*. *Profluvio*.] Ita emendarunt, licet Ms. repugnante, in quo fuerat, *influvio*. Ego puto, præpositionem simplicis significationem servare potius, quam immutare: ut in *inconcupiscere*, *incommodare* apud Apuleium; *infernare*, *infringere*, & aliis hujusmodi apud alios. Eadem ratione *influvio* interpretandum videtur apud Cælium Aurelium, Sorani interpretem, lib. 11. cap. xxvii. ea, quæ *influxione sui*, quam *Græci aporvbatam* vocant, *spiracionem* facilem *aprotantibus* *facere* valent. Non enim puto audien-

dos, qui *effluxione* reponunt. *Influxus* igitur Vellejo, & *influxio* Aureliano, est fluxus corporis, sive *ἀπορροια*. Emendatur obiter hac occasione Glossæ Cyrilli, ubi perperam legitur: *Ἀπορροια*, *defluxio*, *affluentia*. Lege, *effluentia*. Vossius.

3. *Viennensium.*] *Vienna*, Ptolemæo, Tacito, & Cæsari 6. Belli Gallici, Allobrogum urbs ad Rhodanum, sub Medulis. Colonia est in antiqua inscriptione, Lugduni. *Vienne* Joanni Poldo. *Senatoriam* aliquando appellatam, scribit Paradinus. *Senatoriam* nominat Massonus. *Biennus* Blævi®, Stephano dicitur. Ad decimum lectum lapidem à Lugduno abesse, testis est Seneca, in Ludo mortis Claudii Imp. *Oriel*. Vide Golnitz. in Itinerario Gallico.

4. *Coercitione magis.*] Prudenter, nam id exigebat ratio temporis: quod cum

ne magis quam pœna molliisset, & senatus populisque Rom. (postulante patre ejus) ut æquum ei jus in omnibus provinciis exercitibusque esset, <sup>1</sup> quam erat ipsi, decreto complexus esset: (etenim absurdum erat, non esse sub illo, quæ ab illo vindicabantur; & qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem non judicari parem) in Urbem reversus, jampridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, <sup>2</sup> ex Pannoniis Delmatisque egit triumphum. cujus magnificentiam quis miretur in Cæsare? fortunæ vero quis non miretur indulgentiam? quippe omnes eminentissimos hostium duces <sup>3</sup> non occisos fama narravit, <sup>4</sup> sed victos triumphus otten-

cum tot pericula minaretur ac obiceret undique, non debuit feveritate apud subiectos augeri odium præsentis status. *Boeclerus*.

1. *Quam erat ipsi.*] Ineptum loquendi genus, nec ullo confirmatum exemplo, *Æquum ei jus, quam erat ipsi*. Hæc me ratio adducit, ut glossema fuisse putem. Non enim necesse est hoc addere cum satis aperta sententia sit. nam ad *æquum ei jus*, subauditur, cum *patre*: quod ideo non addidit Vellejus, quia dixerat jam, *postulante patre*. Manutius. *Quam erat ipsi.*] Minor plerisque Animadversionum & Notarum scriptores hunc locum plane præterisse. Expressimus autem *Rhenani* & *Gruteri* editionem. Nam *Buverius* parum hic ad rem. Interim videtur *ὕπερ λὸν τι* subesse. Certe illa verba, *quam erat ipsi*, non cohæreere satis apte, vidit & deleta cupiit *Aldus*, cujus conjecturam, non possum non probare. *Boecler*. *Quam erat ipsi.*] Non hæc à glossatoris manu imperita, si verba, *postulante patre ejus*, cum Beato inclusis parenthesi, imo tum necessaria. *Schegg*.

2. *Ex Pannoniis Delmatisque.*] Vide *Sigon*. *comment. in fast. & triumph. R. Sueton. Trib. 17.* *Boecler*.

3. *Non occisos fama narravit.*] Editio primogenia negativam habet interfectam, *non occisos*. & id res est. rarum enim ut non etiam occiderentur duces exercituum hostilium post triumphum. Cicero V. in Verrem: *At enim qui triumphant, eoque diutius viros hostium duces servant, ut his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum fructumque victoriae populus Rom. percipere possit; tamen cum de foro in Capitolium curvis steterit incipiunt, illos duci in carcerem jubent; idemque dies & vicioribus imperii, & victis vita finem facit.* *Gruterus*. *Occisos fama narravit.*] *Verus* codex, *non occisos*. Quod retinebat *Gruterus*; quia rarum fuerit hostium duces, post triumphum non occidi. Quod quid ad rem faciat, nescio. Quippe verba sequentia, *sed victos triumphus ostendit*, clare ostendunt Vellejum de fama ante triumphum loqui. Semper autem hostium duces ad triumphum reservabantur. Itaque non video, quomodo *non* retineri possit. *Vossius*. *Non occisos fama narravit.*] Nescio quid sibi velint, qui *negantem* particulam, auctoritate *vet. exempl.* fullant, emovere cupiunt. Sensus est, Eminentissimos hostium duces non fama tantum, occisos alibi, populo Romano



ostendit. quem mihi, fratrique meo, inter præcipuos præcipuisque donis adornatos viros, comitari contigit.

¶ 122 Quis non inter reliqua, quibus singularis moderatio Ti. Cæsaris elucet atque eminent, hoc quoque miretur, quod, cum sine ulla dubitatione septem triumphos meruerit, tribus contentus fuerit? Quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta, & ex rege ei præposito, cujus capiti in signe regum sua manu imposuerat, ordina-

narravit, sed præsentis spectaculo in vinculis & triumpho ductus fortuna ostendit. scilicet major erat felicitas & solidius gaudium, coram intueri victos clarissimos duces in triumpho: quam si auditione tantum accepissent victos occisosque. To non συσταλκώς accipiendum est: ut rō sed, quod majus est, inferat. Boecler.

\* Sed οὐκ ὄντως.] Emendat Acidalius, sed vivos victos.

1. Mihi.] Ita emendat Burrerius; vulgo, militi.

2. Ex rege ei præposito.] Recte loquitur enim de Tigraue. Rhenan. Ex rege ei præposito.] In Ms. erat, & ex rege præpositi. Fuit olim, & ex rege præposito. Vossius. Ex rege ei præposito.] Supra c. 94, 4. Pronomen ei aberat in ex. vet. Boecler.

3. Insigne regum.] Intellego, Tigraui, (supra docui) regum insigne, hoc est, diadema impostum. quod reapse fascia tenuis circumdans caput. Valerius lib. 6. cap. 2. Cui candida fascia erus alligatum (vet. colligatum) habenti, Favonius, non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema. Hinc Suetonius cap. 79. Julii Cæsaris latua coronam lauream candida fascia præligatam, suspensionem propterea adfectari regii nominis imposuisse quendam narrat. Ad ingenium hinc verum capies Lampridii hunc Diadumeno locum: Solent pueri pileo insigni naturali, quod obstrices rapiunt, & advocatis credu-

lia vendunt: siquidem caudicis hoc juvenari dicuntur. at iste puer pileum non habuit, sed diadema tenuis, & ita forte, ut rumpi non potuerit, venis intercedentibus specie nervi sagittarii. An vero & Regina diadema non temere pronunciaverim. Saltem etenim eximium imperantis. aperte colligas è Trebellio Pollione, Zenobia: Quæ se, inquit, de Cleopatrarum Ptolomæorumque gente jaculare, post Odenatum maritum imperiali sigulo perfuso per humeros habitu, donis adornata, diademate etiam accepto, nomine filiorum Herenniani & Timolai diutius, quam fœminæ sexus patiebatur, imperavit. Schegk. Insigne regium.] Per causam diadematis, quaerit heic Schegkianus, an diadema fuerit etiam reginarum: & definire videtur, fuisse saltem insigne imperantis, persudante ei loco Trebellii, ubi est, Zenobiam accepisse diadema, sed nomine filiorum Herenniani & Timolai. non insulto juvenis manibus: sed, bone Deus, quam multorum non meminist, qui tale quid pronunciat? Regina quibuslibet suum etiam statim diadema diadema evincit firmiter innumerabilis scriptorum cohors; quos omnes, si vel nudo laudarem nomine totas occuparent paginas. non possum tamen, quin fidei meæ causa citem aliquos memoræ commendatos. Et vero occurrit primum liber Esteræ cap. 1. versu 17. ibi enim rex Persæ simulatque Judæam hanc in locum iuxta uxoris acci-

natisque rebus Orientis, ovans triumphare debuerit? & Vindelicorum Rhætorumque victor, curru Urbem ingredi? fractis deinde post adoptionem continua triennii militia Germaniæ viribus, idem illi honor & deferendus & recipiendus fuerit? & post cladem sub Varo acceptam, ocus prosperrimo rerum eventu, eadem excisa Germania, triumphum summi ducis adornare debuerit? Sed in hoc viro nescias, utrum magis mireris, quod laborum periculorumque semper excessit modum, an quod honorum temperavit. 1 Venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus. quippe Cæsar Augustus, cum Germanicum nepotem suum, reliqua belli patratum mississet in Germaniam, Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum, ad 2 firmanda pace, quæ bello sube-

123

gerat,

accipit, impertit item diadema. tanquam scilicet honos talis minime communicaretur concubinis. quod discrete testatur Athenæus lib. 13. Deipnosoph. ubi refert Demetrium aliquot habuisse mulieres fortunarum suarum omnium compotes, excepto diademate; firmatque Plutarchus in Lucullo, ubi Monima Mithridatis, cum eam rex tentaret, & μυελος περιχρηλιος χεῦσας ἀπαμύψαντο, ἀντίπα, μέχελος & γαίμων ἐγένοντο στυθίση, & Ἀδελφικὸς πεμψας αὐτῆ, βασιλισσῶν ἀνηρόδισεν. Sic rex Ægypti Ptolomæus, ad concionem vocato exercitu, capiti fororis Arsinoe diadema imponit, reginamque eam appellat, inquit Trogi abbreviator lib. 24. cap. 3. Nec alia de causa apud Zonaram, lib. 3. Annalium, Eudociam Leonis Philosophi filiam Pulcheria despondet Theodosius; & Ἀδελφικὸν παινιοί, & αὐγκαν κηλαί. Sed & diadematis muliebris meminist Papinius lib. 10. Thebaidos, Apulejus l. 10. Metamorphoseos, Capella lib. 2. Philologiæ; ut omittam id plus semel tribuere eidem sexui

D. Chrysofomum Homiliis in Evangelium Evangelistæ Matthæi. Occurrit quoque plus semel in fragmentis Suidæ, in aliis, quos hoc icu temporis frustra requiram; & ut sese listant memoriæ meæ, cui id fuerit bono? Gruter.

1. Venitur ad tempus.] Quæ in hoc capite de itinere Tiberii & colloquio cum Augusto, ipsiusque Augusti morte habentur, amplius vide apud Dion. 56. Suet. Aug. 98. & Tib. 21. Tac. 1. A. 5. Suetonius addit, revocatum Tiberium secreti sermonis causa cum Augusto fuisse per totum diem: haud dubie ea revelabat successori, quæ prius non nisi periculose revelari poterant. Omnino enim in magnis imperiis ita comparatum est, ut multa solius Principis cognitioni reservanda sint, quæ cum pluribus communicata vim suam amittunt: atque hæc talia successorem certum non profus quidem cellare, sed nec citius quam tuto fieri potest, id est, instante fatali hora, aperire quidquam decuerit. Boeclerus.

2. Firmanda.] Videtur mihi legi δεβρε, bcc,



gerat, prosequens eum, simulque interfuturus <sup>1</sup> athletarum certaminis ludicro, quod ejus honori sacratum à Neapolitanis est, processit in Campaniam: quamquam jam motus imbecillitatis inclinataeque in deterius principia valetudinis senserat; tamen obnitente vi animi, profecutus filium, digressusque ab eo <sup>2</sup> Beneventi, ipse <sup>3</sup> Nola petiit; & ingravescente in dies valetudine, cum sciret, quis volenti omnia post se salva remanere, accersendus foret, festinanter <sup>4</sup> revocavit filium. ille <sup>5</sup> ad patrem patriæ

bere, ad firmanda pace, quæ bello subegerat; tamen si exemplar vetus habeat formanda. Burreterius. Firmanda.] Hic item quod ad oram est, formanda, potius altero, quod in textu. Formare enim est, quod alibi sæpe dicitur ordinare. Et missus Tiberius, ut quæ bello subacta, pace ordinaret, constitueret. Acidalium. [Utrumque tamen tolerari potest.] Firmanda.] Placet aliis formanda: sed perperam. firmare heic verbum maxime proprium. facilius enim multo esse provinciam facere quam retinere, hoc est firmare, ostendimus ad illa Cornelii lib. 12. Annal. cap. 32. Orta apud Brigantibus discordia retraxere ducem, destinationis certum, ne nova moliretur, nisi prioribus firmatis. Gruter.

1. Athletarum.] Inter Athletas erant Iuctatores, cursores, pugiles, item disci & saltu certantes. Vide Mercurialem de Arte Gymnastica.

2. Beneventi.] Beneventum, quod olim Maloventum, inquit Plinius. ΒΕΝΕΒΕΝΤΟΣ, & ΒΕΝΕΒΕΝΤΩ, Ptolemæo. Βενεβεντος, & Maloentos, ΒΕΝΕΒΕΝΤΟΣ ΚΥ ΜΑΛΟΒΕΝΤΟΣ, Stephano. Colonia est, in antiquo lapide. Pelignorum, in Samnitibus opidum, quod Leander Beneventi appellat. Concordia Colonia cognominatur apud Frontinum. Olim *Avy yrippa* dictum, scribunt Suidas & Cedrenus. non sine errore ut puto. Ortelius.

3. Nola petiit, &c.] Nola, Picentiorum urbs, in Italia, Ptolemæo, Diodoro, Straboni. In Samnio ponit Epitoma Livii 89. Amicam Romæ dicit D. Paullinus in S. Felicis Natali. Colonia Augusta est apud Frontinum. Nomen retinet. Ortelius. Nola petiit.] Constantem veterum opinionem esse, quod Augustus Nola denatus fuerit, in Fastis ait Sigonius. Sed fallitur. Nam Atella in Campania mortuum esse asserunt Eutropius, & Eusebius. Itaque perperam etiam Glareanus in Eutropio reponere tentabat, Nola. Vossius.

4. Revocavit filium.] Vix dum ingressus Illyricum Tiberius, propter matris litteris accitur, neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nola, an exanimem repererit. acribus namque custodiis domum & vias sepebat Livia, latique interdum nuntii vulgebantur, donec provisus quæ tempus monebar, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. Tacitus.

5. Ad patrem patriæ.] Acidalium vocem Patriæ irreppisse existimat. Alias nomen ipsum PATRIS PATRIÆ Augusto senatus consensu per Valerium Messalam delatum satis notum est. Sueton. Aug. 58. Estque hæc cum primis magnifica, & si Themistium sequimur, divina in imperante patriæ

patriæ expectato revolavit maturius. Tum securum se Augustus prædicans, circumfusisque amplexibus Tiberii sui, commendans illi sua atque ipsius opera, nec quidquam de fine, si fata poscerent, recusans, subreftus primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus, mox cum omnem curam fata vincerent, in sua resolutus initia, <sup>1</sup> Pompejo Appulejoque Cos. septuagesimo sexto anno, <sup>2</sup> animam cœlestem cœlo reddidit. Quid tunc homines timuerint, quæ senatus trepidatio, quæ populi confusio, quis orbis metus, in quam arto salutis exitiique fuerimus confinio, neque mihi tam festinanti exprimere vacat; neque, cui vacat, potest. Id solum voce publica dixisse habeo. <sup>3</sup> Cujus orbis ruinam timueramus, eum ne commotum quidem sensimus. tantaque unius viri majestas fuit, ut nec bonis, neque contra malos opus armis foret. Una tamen veluti luctatio civitatis fuit; pugnantis cum Cæsare senatus populique Romani, ut stationi paternæ succederet: illius, ut potius æqualem civem, quam eminentem liceret agere principem. tandem magis ratione quam honore victus est: cum quidquid tuendum non suscepisset, perituum videret. folique huic con-

appellatio. *Ἦσα ἡ μὲν ἢ τῷ πατρὶος ἐπινομία.* Boecler.

1. Pompejo Appulejoque Cos.] Pro Cos. scribatur *Coss.* duplici ss. nam sic solet scribi *Consules*; *Consul* vero s. unico. In codice vetusto scriptum est Cos. potest autem scribi s. accurato vel erecto utcuque libebit. Nec me fugit, quomodo in veterum codicibus plerisque scribatur, in quibus *Consul*, sic, *Cōs.* *Consules* vero sic *CONS.* scriptum invenio. Burrey.

2. Animam cœlestem cœlo reddidit.] Non sine suspitione veni à Livia dati. Dio lib. 55. Sueton. cap. 98. Tacit. 1. Annal. Eutropius Atellæ oppido Campaniæ obiisse tradit. Schrekb.

*Animam cœlestem cœlo reddidit.]* Livia Numerio cuidam Attico, senatori & prætorio, decies sestertium dono dedit; quod juraverat, vidisse fe Augustum in cœlum adscendentem, quem admodum antiquitus Romulum Proculus vidisse perhibetur. Dio Cassius.

3. Cujus orbis ruinam.] Mihi videtur legendum, *urbis*: item eam ne commotam sensimus. Burrey. *Cujus orbis ruinam.]* Hæc est scriptura membranarum; ad quam tuncdam oportune Gruterus adfert Ciceronis illud ex lib. 2. ad Attic. ep. 21. Equidem sperabam sic orbem veip. esse conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus. Boecler.



contigit, <sup>1</sup> pæne diutius recusare principatum, quam ut occuparent eum, alii armis pugnaverant. Post redditum cælo patrem, & corpus ejus humanis honoribus, nomen <sup>2</sup> divinis honoratum, primum principalium ejus operum fuit <sup>3</sup> ordinatio comitorum; quam manu sua scriptam D. Augustus reliquerat. Quo tempore mihi fratrique meo, <sup>4</sup> candidatis Cæsaris, proxime à nobilissimis ac sacerdo-

1. *Pæne diutius recusare principatum.*] Ecce, quam speciose Accisimum Tiberii velat Noster: sed revelabit Tacit. 1. A. 11. & 12. Suetonius Tib. 24. & 25. Dio 57. Hist. misc. 7, 22. pr. Clapmar. 2. Arcan. 16. Boecler.

2. *Divinis honoribus.*] Hinc de Flaminibus & sacerdotibus Augusti plena omnia monumenta. Nec viri solum ad sacerdotium adscripti magni hujus divi, sed, quod rideamus, fœminæ. Marmor: P. POSTUMIÆ. P. F. PAVLLÆ. SACERD. D. JULII. AVGVST. Exemplum hujus rei à Livia, quæ, miro exemplo, sacerdotes sui viri: & quidem ex decreto Senatus. Et Ovidius IV. de Ponto:

*Stant pariter natusque pius, conjuxque sacerdos,*

*Numina jam factio non leviora Deo.*

Lipsius. *Divinis honoribus.*] Augustus etiam viventi arx, ludi quinquennales constituit. Unde Virgilius Ecloga 1.

*O Melibæe Deus nobis hæc omnia fecit,  
Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram*

*Sæpe tener nostris ab ovilibus imbutus agnus.*

Atque iterum eadem Ecloga,

*Hic illum vidi juvenem, Melibæe, quotannis*

*Bissenos cui nostra dies altaria ferant.*

3. *Ordinatio comitorum.*] Inter eminentissima summi imperii jura, est jus Comitorum & creatio magistratuum. Itaque Marcenas, Confiliator vere Regius, apud Dionem 52. Augustum mo-

net, ut ex ratione status Monarchici ad se trahat tantam potestatem. Intellexit facile vim ejus consilii Augustus: sed exemplum moderandi Julium jam dederat; quod securus, partitus est cum populo comitia, sive verius videri voluit partitus, excepta consulum creatione, quam sibi senatuique reservavit in solidum. Nunc ergo Tiberius, sive consilio Augusti instigatus, sive quod sponte, sicut facti mox paruit, vim principatus omnibus modis intendere destinaverat, totum jus comitorum populo ademptum sibi vindicavit, nisi quod simulacri causa cum senatu communicatum voluit. Vide omnino Tacitum 1. A. 15. & Lipsianum in Tacit. commentarium. Clapmar. item lib. 6. Arcan. 7. Boecler.

4. *Candidatis Cæsaris.*] In duplici discrimine candidati Cæsaris. Alii, *candidati magistratuum*, quos principes populo commendabat; Sueton. Aug. *Quoties magistratuum comitiis interfuit, tribus cum candidatis suis circumibat, præferebatque more sollempni.* Et de his noster hic. Alii, *candidati Quæstores*, qui libris principalibus vacabant, & quas voces regis linguæ Cassiodorus vocat. dicti & Quæstores principis, sive Cæsaris. Tacitus, *Oratio ejus per quæstorem ejus audita est.* Sueton. Neron. c. 15. Tito 6. cap. 6. Ideo opinor sic nominati, quod ad exemplum veterum quæstorum, quibus actorum publicorum & Senatûconsultorum cura commissa, creati. Dignitatem sive munus vir doctus facit perpetuum, non ego.

Lam.

cerdotibus viris, destinari prætoribus contigit: consecutus, ut neque post nos quemquam D. Augustus, neque ante nos Cæsar commendaret Tiberius. Tulit protinus <sup>125</sup> & voti & consilii sui pretium resp. neque diu latuit, aut quid non impetrando passuri fuisset, aut quid impetrando profecisset. <sup>1</sup> quippe exercitus qui in Germania militabat, præsentisque Germanici imperio regebatur, simulque legiones, quæ in Illyrico erant, rabie quadam & profunda confundendi omnia cupiditate, novum ducem, novum statum, novam quærebant remp. quin etiam ausi sunt minari, daturus senatui, daturus principi leges; modum stipendii, finem militiæ sibi ipsi <sup>2</sup> constituere conati sunt. processum etiam in arma, ferumque strictum est; & pæne <sup>3</sup> in ultimum <sup>4</sup> gladiatorum erupit impunitas. desuitque qui contra remp. duceret, non qui sequerentur. Sed hæc omnia veteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum gravitate pollicentis, inter severam <sup>5</sup> præcipue nostrorum ultionem, mitis aliorum castigatio, brevi sopit ac sustulit. Quo quidem tempore, <sup>6</sup> ut pleraque ignave Germanicus,

ita

Lampridius in Alexandr. *Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post quæsturas prætoriam acciperint, & inde provincias regerent.* Statuit hoc, motus l. unica, D. de offic. Quæstor. Ubi Ulpianus: Sane non omnes quæstores provincias sortiri, verum exceptos fuisse candidatos principis, non dubitat scribere. at Ulpianus Alexandri avo. Ad hunc istum elidendum fati ab elegantissimo Jcto Eguinarth. Barone ad hanc rem dictum. Schegg.

1. *Quippe exercitus.*] Multis dicit Tacitus 1. Annal. & Dio 57. *Schegg.* *Quippe exercitus.*] Has seditiones egregie descripsit, & ad exemplum perfectæ Insuper hoc argumento commentationis, sicut supra jam monuimus. Tacitus 1. A. 16. & seq. Idem 1. A. 31.

& seq. adde Dion. 57. Sueton. Tib. 25. Boecler.

2. *Constituere conati sunt.*] Vox postrema est sententiæ inquinandæ: tolleratur. Gruterus.

3. *In ultimum.*] In Ms. fuit: & pæne in ultimam gladiatorum erupit impunitas. Lege, & pæne in ultima gladiatorum erupit impunitas. Vossius.

4. *Gladiatorum.*] Aliter, gladiatorum.

5. *Præcipue nostrorum.*] Vellei: præcipue auctorum. Lipsius.

6. *Ut pleraque ignave Germanicus.*] Immo omnia gnave. nihil mutandum. novimus te, novimus mancipium Tiberianum. tu rectum Germanici ingenium apud Sutorium, Dionem, & eximie Tacitum tacitus mirare. *Schegg.* *Ut pleraque ignave Germanicus.*] Vehementer

x



' ita Drusus, qui à patre in id ipsum, plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaque <sup>2</sup> severitate usus, ancipitia sibi <sup>3</sup> tam re quam exemplo perniciofa, & his ipsis militum gladiis, quibus obsessus erat, obsidentes coërcuit: singulari adjutore in eo negotio usus, Junio Blæso, viro nescias utiliore in castris, an meliore in toga. qui, post paucos annos proconsul in Africa, ornamenta triumphalia, cum appellatione <sup>4</sup> Imperatoria meruit. ac Hispanias exercitumque virtutibus celeberrimaque in Illyrico militia, ut <sup>5</sup> prædiximus,

menter hic vapulat Vellejus & merito, si de unico eorum temporum ornamento, Cæsare Germanico, qui legiones seditiosas, incertum constantia an pietate majore compefcuit (teste Suet. Calig. 1. & Tacito) ita loquitur, ut ignaviam homini, si quis unquam, industrio fortique tribuat. Faciebatur hæc verisimilem hanc Velleii malignitatem, odium Tiberii in Germanicum, adulationem Velleii perpetua in Tiberium. Verum postquam rem accuratius expendi, nullo modo credo, imo palam nego, Vellejum ita scripsisse. Non erat ex ratione status & arcuorum domus; non erat ex usu aulici affertoris, non denique ad cetera, quæ de Germanico tradit, quadrabat. Nonne Tiberius odium istud in Germanicum, omni specie benevolentia & honoris velabat & in publicum obtegebat? nonne prodidisset incaute & temere Vellejus, si sub principe hoc publice Germanicum vituperare ausus esset? Quid? An Augusti Nepoti, Tiberii adoptivo publice convitium fieri, passura erat majestas domus? Vide quid infra Germanico Vellejus c. 129. 2. & 3? Hæc & similia facile mihi persuadent, ut proflus credam Vellejum, gnave, scripsisse, aut aliquid tale, quo comparatio fieret industria ab utroque, Druso & Germanico, navata. Boecler.

1. Ita Drusus.] Perperam in editione principe, Brutus. Vossius.

2. Severitate usus, ancipitia sibi tam re quam exemplo perniciofa.] Locus fœde corruptus. In exemplari erat: sibi timere quam exemplo. Gruterus bene usus in ausus mutat, sed quod delere cupit vocem perniciofa cum copula sequente, eam medicinam prudentissimus quisque nimis strenuus dixerit. Quid si legamus: ausus ancipitia sibi tam re quam exemplo periculosa, his ipsis militum gladiis, ipsa res & Velleii quæ sequuntur verba insinuant, de exempli periculo cuius cogitare promptum est. Existimem etiam perniciofa exemplo durius dici & vehementius de Druso quam Velleii mos & institutum hujus loci patiur, cum & alias erga domum principis ubique reverentia, ubique cautione utatur. Vossius ita emendavit: ausus ancipitia, sibi tam re, quam exemplo perniciofa. Boecler.

3. Tam re.] Nisi providisset.

4. Imperatoria.] Est ille, quem Tiberius postremum hoc nomine insignivit, testis, omnium instar, Lipsius, Schegkhus.

5. Prædiximus.] Legendum, cum prædiximus, vel per parenthesis modum (prædiximus.) Arridet tamen mihi magis, ut præditum legamus, hoc modo: ac Hispanias exercitumque virtutibus,

ximus, <sup>1</sup> cum imperio obtineret, in summa pace, quiete continuat; cum ei pietas rectissima sentiendi, & auctoritas quæ sentiebat obtinendi superesset. cujus curam ac fidem Dolabella quoque, vir simplicitatis generosissimæ, <sup>2</sup> in maxima parte Illyrici per omnia imitatus est. Horum xv i annorum opera quis, <sup>3</sup> cum inserta sint oculis animisque omnium, in partibus eloquatur? Sacravit parentem suum Cæsar <sup>4</sup> non imperio, sed religione: <sup>5</sup> non appellavit eum, sed fecit Deum. <sup>6</sup> revocata in forum fides, summota è foro seditio, ambitio campo, <sup>7</sup> discordia curia, sepultæque <sup>8</sup> ac situ obsitæ; justitia, æquitas, industria civitati redditæ; accessit magistratibus auctoritas, senatui majestas, judiciis gravitas; compressa <sup>9</sup> theatralis seditio; recte faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut im-

posita  
bus, celeberrimaque in Illyrico militia præditum, quum imperio obtineret, in summa pace ac quiete tenuit, Nam innuit Vellejus Junium Blæsum eas copias, quibus in Illyrico feliciter præfuerat, paulo post in Africam traduxisse, prioris militia, quam in Illyrico fecerant, nobiles & insignes. Proinde Dolabellam hujus curam ac fidem imitatum scribit, nimirum ut jam absentis. Rhenan. Prædiximus.] Prædixit autem paulo superius. Nec video cur hic legi debeat, præditum; cum sic legas, Velleii sententia bene quædet. Burret.

1. Cum imperio obtineret.] Hoc nimis certe coactum. Malim: Cum imperio obtinuit, & in summa pace quiete continuat. Acidal.

2. In maxima parte.] Alii, maritima.

3. Cum inserta sint.] Vulgo, incerta. Cum inserta sint.] Bene Schegkhus, qui revocavit scripturam scripti codicis; inserta. id enim postulabat & ratio & sententiæ vinculum. Gruter.

4. Non imperio, sed religione.] Tali figura Plinius ad Trajanum de Nerva Paneg. c. 11. sed licet illum aris, pulvi-

naribus, flamine colas, non alio magis tamen Deum & facis & probas, quam quod ipse talis es. In principe enim, qui electo successore fato concessit, una itaque certissima divinitatis fides est, bonus successor. Idem qui de consecratione Augusti à Tiberio facta aliter judicavit: Dicitur calo Tiberius Augustum, sed ut majestatis crimen induceret. Boecler.

5. Non appellavit eum, sed fecit Deum.] Æque belle procederet oratio, relecta voce tertia, vel ultima reposita in ejus locum. Gruter.

6. Revocata in forum fides.] Egregia descriptio boni Imperii felicitque status. quamquam quod de magistratum auctoritate & Senatus majestate dicitur, ad simulacra libertatis pertinet, callide à Tiberio objecta, quod aliunde constat. Boecler.

7. Discordia curia.] Vulgo, discordia curia. Discordia curia.] Videtur legendum, submoti foro seditio, ambitio campo, discordia curia sepulta. Rhenan.

8. Ac situ obsitæ.] Editio princeps perperam, opposita. Vossius.

9. Theatralis seditio.] Etiam hoc in-



posita necessitas. honorantur recta, prava puniuntur. suspicit potentem humilis, non timet. antecedit, non contemnit humiliorem potens. quando annona moderatior? quando pax laxior? Diffusa in Orientis Occidentisque tractus, quidquid meridiano aut septentrione finitur, pax Augusta per omnes terrarum orbis angulos à atrociorum metu servat immunes. Fortuita non civium tantummodo, sed Urbium damna Principis munificentia vindicat. Restitutæ urbes Asiæ. vindicatæ ab injuriis magistratuum provinciæ. honor dignis paratissimus. pœna in malos, sera, sed aliqua. superatur æquitate gratia; ambitio virtute. nam facere recte cives suos, Princeps optimus faciendo docet; cumque sit imperio maximus, exemplum major est. Raro eminentes viri non magnis adiutoribus

ter eulogia. Hercle vero serio. nam theatro lux factiones, sui ducis. Hinc sæpe tumultus cædesque, de quibus Lipsius in Corneliano Commentario, & Epistol. lib. 1. cap. 1. Duceim factionis depingit Tacitus lib. 2. Erant in castris Perceñitius quidam dux olim theatralium operarum, deinde gregarius miles, præca lingua, & miscere cæcus histrionati doctus studio. Schægk

1. Immunes.] Lipsi. immune.

2. Sed aliqua.] Fortasse: sed æqua. Lipsius. Sed aliqua.] Inclinant alii legere: sed æqua; quibus non adhaereo. blanditur enim proflus Vellejo Tibertio, & vult maximis etiam criminibus minimas adplicuisse pœnas, testandæ clementiæ. si æquam admittamus; tunc ea ipsa oportet compensari gravitate supplicii suam moram: quod convenit quidem justitiæ, non etiam principii recentii. Gruter.

3. Nam facere recte cives suos, &c.] Cicero, Fam. lib. 1. epist. 9. pag. 25. Quales in Repub. principes essent, tales reliquos solum esse cives. Sumptum autem ex Platone, lib. iv. de Leg. Μὲν οὐκ ἐστὶν πικρὸν, οὐ φίλος, οὐκ ἄλλο

πῶτον, & πρὸν μετρίως δεινὸν ἐν πόλει τὸν νόμον, ἢ τῆ τ' ὀλιγαρχίας τὸν ἡγεμονίαν. Manut. Nam facere recte cives suos, &c.] Gravier & copiose tractavit hunc locum Lipsius 2. Palist. c. 9. toto. & fusius etiam, in ursumque partem, Petrus Faber Semestr. 3. 20. Boecler.

4. Raro eminentes viri, &c.] Eximium de adiutoribus Principum & amicis locum, plerique in hoc argumeto Politici laudant. Rursum accutate, ut solet, de re tota Lipsius 3. Palist. lib. 2. & 3. Scilicet Optimos gubernatores. juvat & remigum manus. Sive ut Symmachus explicat lib. 4. ep. 7. Summis imperii moderatoribus pia & decora suadentes, instrumenta sunt boni saculi. Est quidem Reclari nostro divini fontis ingenium & omnium virtutum prompta natura. Sed ut imagine uti liceat, optimos gubernatores haud mediocriter etiam remigum manus juvat. Illud hic observandum est, Vellejo sermonem esse non de Amicis Principum & consiliaris universim, sed de eximii illis Adiutoribus rerum, qualem plerumque unum tantum, raro duos (periculose enim pluribus

ribus ad gubernandam fortunam suam usi sunt; ut duo Scipiones duobus Læliis, quos per omnia æquaverunt sibi; ut D. Augustus M. Agrippa, & maxime ab eo, Statilio Tauro. quibus novitas familiæ haud obstitit, quo minus ad multiplices consulatus triumphosque, & complura eniterentur sacerdotia. etenim magna negotia magnis adiutoribus egent. Neque in parvo paucitas ministeria defecit. Interestque reip. quod usu necessarium, & di-

pluribus id fastigium indulgetur) Magis Principes sibi admovent intima amicitia, proximisque suæ magnitudini esse jubent: sicut exemplis Agrippæ, & Sejanique constat. Non patiuntur graviora negotia conscientiam plurimum, neque gubernari feliciter aliqua, nisi unius opera possunt: ergo diligendus aliquis, cui Princeps, qui non omnia solus sua scientia actusque potest compleri, summa negotia committere possit. Porro, hunc fidem facere sibi tum aliis rebus, tum multa honorificentia necesse est. Hinc fastigium illud à Principis majestate proximum; in quod non tam voto Principis, quam necessitate, ut inuivimus, reperitur, quisquis reponitur. Quare multa passim suggeruntur Principibus arcana adversus maximarum rerum gubernatores, quos & colere coguntur, & plerumque non possunt non timere. Sed quid? plura illi ipsi arcana in promptu habent adversus Principem. Unum autem, idque certissimum arcanum ad reip. salutem, est Principis ipsius peritia & prudentia, ne scilicet totus aliunde pendeat, sed omnia ab ipso pendeant. Vide Comin. lib. 3. Boecler.

1. Maxime ab eo.] Ferri intellegique potest: ego tamen Μακροδόσσομαι, ὡς ἐστὶν Ἰουρῶν Ἀθανάσι; βαδισ(ι). & puto fuisse: M. Agrippa, & Maximo Fabio. Notus vel è Tacito est Fa-

bius Maximus, qui inter fidos Augusti amicos, & consocios arcanorum. [Vide nostrum Com. lib. 1. An.] At enim, inquit aliquis, ille nobilis: hic de novis hominibus sermo. Ovidius quidem, fateor, nobilem eum fecit, sed nefcio an historica fide: nec putem fuisse è priscis illis Fabiis. Lipsi. Maxime ab eo.] Lipsius existimat legendum: Maximo Fabio. Acidalius trahit: Agrippa maxime, & ab eo St. T. Boeclerus.

2. Eniterentur.] Ex. vet. enumerentur. Burrerius.

3. Neque in parvo paucitas.] Multis partibus potius est, defecit. quod verbum, ne mireris, active capiendum: ut de Virgillii loco Georg. 1.

Prima Ceres ferro mortales vertere terrarum

Instituit, cum jam glandes atque arbuta sacra

Defecerent sylvæ, & victum Dodona negaret.

Est enim utrobique defecere, non sufficere, non præbere. Hoc antequam ipse sic acciperem, mutare sum adortus: neque in parvo parvas ministerio defecit. quomodo esset interpretandum, defecit. Acidal. Neque in parvo paucitas.] Ingenue fateor, nihil idoneum & Vellejo dignum hinc me elicere posse. Forte ab inepta & marginali glossa in textum immigravit. Boecler. [Forlan legendum, Neque in parvo paucitas ministerii defecit.]



& dignitate eminere; utilitatemque auctoritate muniri. Sub his exemplis Tiberius Cæsar Seianum Ælium, principem equestris ordinis patre natum, materno vero genere clarissimas veteresque & insignes honoribus <sup>1</sup>complexum familias, habentem consulares fratres, consobrinos, avunculum, ipsum vero laboris ac fidei capacissimum, sufficiente etiam vigori animi compage corporis, singularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit atque habet: <sup>2</sup>virum severitatis lætissimæ, hilaritatis priscæ, actu <sup>3</sup>otiosus simillimum, nihil sibi vindicantem, eoque assequentem omnia, <sup>4</sup>semper infra aliorum æstimationes se metientem, vultu vitæque tranquillum, <sup>5</sup>animo exsomnem. In hujus virtutum æstimationem jampridem judicia civitatis cum judiciis principis certant, neque novus hic mos senatus populi que R. est, putandi quod optimum sit esse nobilissimum. nam & illi antiqui, ante primum bellum Punicum, abhinc annos CCC, <sup>6</sup>T. Coruncanium, <sup>7</sup>hominem novum, cum aliis omnibus hono-

1. *Complexum.*] Neque hic vulgo tritus sermo: quem in Ausonio etiam observavi. Parentalib.

*Arborium, Eduico ductum de stemmate nomen,*

*Complexum multas nobilitate domus. Acidalius.*

2. *Virum severitatis lætissima, &c.*] Diximus supra de Pifone 2, 98. vide Lips. 3. polit. 117. Ceterum veriora de Seiano, cui Vellejus adulatur, Tacitus habet 4. A. I. tot. Boecler.

3. *Otiosus simillimum.*] Supra de L. Pifone: Et vix quæquam reperiri posse, qui aut otium validius diligit aut facilius sufficit negotio, & magis quæ agenda sunt, curet sine ulla ostentatione agendi. Acidal.

4. *Semper.*] Auctoritate Ms. legendum, *semperque.* Voffius.

5. *T. Coruncanium.*] Imo, Ti. ex Ms. Nam T. Titum, Ti. autem, vel, Tib.

Tiberium denotat; ut non solum ex Valerio Probo, & Magnone, sed & Plutarcho in Quæstionibus Romanis liquet. In inscriptione tamen apud Gruterum pag. MXXXIII. legi scio: T. CAESAR. DIVI AVG. F. Sed credo, aut errorem esse quadratarii, aut vellestite literam unquam fuisse extritam. Voffius.

6. *Hominem novum.*] Totum hoc caput destinavit Vellejus observationi politicæ de HOMINIBUS NOVIS. Quare et nobis licebit hic lineamentum majoris dissertationis, quam alii occasioni destinavimus, ducere. Novus apud Romanos appellabatur, teste Ascónio Pædiano, qui primus in sua gente honores adeptus erat. καλλῆσι δὲ ἔγω τῆς αὐτῶν καὶ τῆς αὐτῶν ἀδ. & τῆς αὐτῶν γυναικῶν, inquit Appianus 2. ἐμφυλ. p. 428. Ita vocant, qui ex se ac sua virtute, non majorum gloria inclaruere. Nam

honoribus, tum pontificatu etiam maximo, ad principale extulere fastigium; & equestri loco natum <sup>1</sup>Sp. Carvilium, & mox M. Catonem, <sup>2</sup>novum etiam, Tusculo, Urbis

Nam qui majorum suorum habuerunt imagines, ii Nobiles; qui, suas tantum, ii Novi; qui nec majorum, nec suas, Ignobiles appellati sunt. Ita ut novitas interjecta veluti esset inter Nobilitatem & Ignobilitatem. Sigon. de antiq. jur. civ. Rom. 2, 20. unde descripti pleraque Rosinus 1, 19. Poterit igitur aliquis homo novus existere omni virtute cumulatus, qui ita versetur in studio dignitatis, ut inter omnes excellat: quia tamen in ea gente primus numeratur, non erit in numero Nobilium. Postquam vero in ea familia, multi exemplis illius incitati, in gloria cupiditate incubuerint, tum demum elucere incipiet, illud nobilitatis eximia lumen. Primus itaque generosus & magnificus, non tamen nobilis appellari solet: Ut sit ea omnino differentia, quæ est apud Græcos inter Ἀγενῆ & Ἰπποκράτην. Hoc enim ad animi præstantiam refertur: illud ad familiæ celebritatem. Ut igitur unum non numerum, sed numeri principium dicimus: sic illum primum, omnibus summus honoribus dignissimum, non nobilem, sed auctorem & principem nobilitatis existimamus. Sunt hæc verba Hieronymi Osovii Lusitani ex lib. 1. de Nobilitate civili. Addendus est locus Plutarchi ex Catone Majore, cujus principio inquit: εὐδοκῶν δὲ τῶν Ῥωμαίων τῆς ἀπὸ γένους ἢ ἀπὸ δόξης οὐκ ἔχοντες, ἀρροφίους δὲ γυναικῶν δὲ αὐτῶν, καὶ τῶν ἀποστρατησάντων ἀνθρώπων, ὡς περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀποστρατησάντων αὐτῶν ἐλεγε καὶ οὐκ ἔχοντες ἀρχὴν καὶ δόξαν, ἐργασίᾳ δὲ ἀποστράτων καὶ δεσποῖς, ταπεινοὶ αὐτοί. Cum Romani silerent eos, qui generis quidem claritudine destituti, per se tamen ipsos incipiebant clarescere, Novos appellare homines, sicut & Catonem appellaverunt:

respondit Cato, esse quidem novum ad magistratus & honores, factis autem virtutibusque majorum, per vetustum. Non observabimus nunc ex hoc & pluribus scriptorum locis, latiore vocabuli ambitum, quam ut ubique ad Magistratus curules restringi possit: dispiciemus suo loco. Utri præstantiores sint habendi, Novi homines, qui ex se inclaruere, aut qui vetustis nobilitatis stimulis & instrumento usi claritudinem conservavere, non adeo est dijudicatum facile. vide de illa quæstione (nos enim properamus) Osovium lib. 2. de Nob. Civ. Illud in hoc transcursu notamus: Hominis Novi significatum aliquando ex parte refertur, sive accuratius loquendo, sæpe conjungi cum peregrinitate. Ipse Vellejus Noster, M. Catonem novum etiam Tusculo (sive, & à Tusculo, sicut Lipsius legit) vocat: quoniam indicetur mox distinctio voce Inquilini, neque nos latet Ciceronis cautio, peregrinum vocari, qui è municipio est, non ferentis in orat. pro Sulla, c. 7. 8. sed nos liberius utimur ea appellatione. Apud Auctorem de causis corruptæ eloquentiæ cap. 7. Aper; Equidem, inquit, ut de me ipse fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clavus ablati est, vel quo homo novus & in civitate minime favorabilis natus, quaesturam aut tribunatum, aut præturam accepi, &c. In Tacito leges 3. A. 55, 3. simul novi homines è municipiis & coloniis atque etiam provinciis, in senatum crebro assumti domesticam parcimoniam intulerunt. Boecler.

1. *Sp. Carvilium.*] Opinor v pro b scriptum: nam alias solet scribi Sp. Carvilius. Burret.

2. *Novum etiam, &c.*] Ut, hostes Zacyn-



Urbis inquilinum, Mummiūque Achaicum in confu-  
latus, cenſuras, & triumphos provexere. & ,<sup>1</sup> qui C. Ma-  
rium, ignotæ originis, uſque ad ſextum conſulatum ſine  
dubitatione Romani nominis habuere principem; & ,  
<sup>2</sup> qui M. Tullio tantum tribuere, ut pæne<sup>3</sup> aſſentatione  
ſua, quibus vellet principatus conciliaret; quique nihil  
Aſinio Pollioni negaverunt, quod nobiliſſimis ſummo  
cum ſudore conſequendum foret; proſecto hos ſenſerunt,  
in cuiuſcumque animo virtus ineſſet, ei plurimum eſſe  
tribuendum. Hæc naturalis exempli imitatio ad expe-  
riendum Seianum, Cæſarem; adjuvanda vero onera prin-  
cipis, Seianum protulit; ſenatumque & pop. Rom. eo  
perduxit, ut quod uſu optimū intelligit, id in tutelam

129

ſecuritatis ſuæ libenter advocet. Sed propoſita quaſi uni-  
verſa principatus Ti. Cæſaris<sup>4</sup> forma, ſingula recenſea-

mus.

Zacyntho. Lipſius, & à Tuſculo, &c.  
Voſſius.

1. Qui C. Marium.] Qui appoſite in  
hanc rem adverſus invidos apud Sallu-  
ſtium: Quod ſine jure deſpiciunt me, faci-  
ant idem majoribus ſuis, quibus, ut  
mibi, ex virtute nobilitas ceſſat. Acidal.

2. Qui M. Tullio.] Vulgo, M. Fulvio.  
Qui M. Fulvio.] Quis vero iſte M. Ful-  
vius? Primum, nec gens Fulvia inter  
novas eſt, vetus, & multa copia ho-  
norum: nec in ea quiſquam, in quem  
tam invidioſa potentia elogium con-  
veniat. Vere & avide corrigo: M. Tul-  
lio. Omnino noſtra illa Romana Suada  
eſt, in quam hæc omnia cadunt. Ille  
novus, quod ipſe aliique teſtantur: ille  
potens & cæleſti ſua lingua Senatus  
populique rector. Aſſentione ſua (ita  
verius, quam aſſentatione: niſi præfers,  
aſſertione) provinciis, exercitiis, & tan-  
tum non regna dedit: Cæſar ipſe &  
Pompejus teſtes. quorum illi Gallias  
prorogavit, hunc ad Piraticum bellum  
miſit. Denique jam palam Regnare in  
judiciis, in concionibus dicebatur. atque

adeo inimici obſciebant, Tertium per-  
grinum Romæ eſſe regem. In M. Anto-  
nium etiam qua fecerit, dixerit, &  
quomodo habenas reip. tenuerit, ſci-  
mus. Lipſius.

3. Aſſentatione.] Aſſentatio non hic  
in malam partem, ſed pro aſſinſione. ut  
ſupra aſſentari uſus, pro aſſentiri. Et iſi  
qui à Cæſare dimittendos exercitiis con-  
tendebant, aſſentabatur: iſi qui ab ipſo,  
adverſabatur. Nec igitur mutandum  
in Petronio: Tacentibus adhuc nobis, &  
ad neutram partem aſſentationem ſelecti-  
tibus, ubi Gulielmius noſter, aſſinſio-  
nem reponerat. Et ad hanc faciem  
Apuleius Converſationem, veniſſe pro  
converſione. In de dogm. Plat. Ejuſdem  
temporis ſpatiis menſuras mandata  
converſationis intelligi. Veniſſe, inquam;  
propter magnitudinem & molem, ac  
velut difficultatem. Acidal.

4. Forma.] Hoc vulgo hic non legi-  
tur. Forma.] Poſt Cæſaris, deſſe forma,  
vel ſimile; quæ diſtictio oſcitantia libri-  
rii in tertium verſum tranſlata eſt, ut  
videtur, ubi plane ſuperſeſt: conſortique  
ejuſdem

mus. Qua ille prudentia<sup>1</sup> Rhæſcupolium, interentorem  
<sup>2</sup> fratris ſui filii Cotys, conſortisq; <sup>3</sup> ejuſdem imperii evo-  
cavit; ſingulari in eo negotio uſus opera Flacci Pompo-  
nii, conſularis viri, nati ad omnia quæ recte facienda  
ſunt, ſimplicique virtute<sup>4</sup> merentis ſemper, quam ca-  
ptantis gloriam. Cum quanta gravitate,<sup>5</sup> ut ſenator & ju-  
dex, non ut princeps, <sup>6</sup> & cauſas preſſius audit? quam cele-

ejuſdem imperii formam evocavit. Rhe-  
nanus.

1. Rhæſcupolim.] Hunc Suet. Thraſcy-  
polim vocat; Tacit. Reſcuporim. Rhenan.  
Rhæſcupolim.] Reſcuporim Tacitus. P.  
ουνοτου Dio lib. 54. Schegk. Rhæſcu-  
polim.] Apud Suetonium, Thraſcy-  
polis. Sed malim, Rhæſcupolia. Niſi præ-  
feras, Rhæſcuporis; quod in Ms. invenit  
Torrentius. Sane Dionem etiam eſt,  
Ραουνοτου. Tacitus tamen, Reſcu-  
porim, eum vocavit. Eadem variatio  
apud auctores in nomine alterius Ra-  
ſcupolis, qui ante hunc regnavit. De  
quo alibi. Voſſius. Rhæſcupolim.] Co-  
pioſe Tacitus 2. A. 61. & ſeqq. Meminit  
Suetonius Tib. 37. Boecler.

2. Fratris ſui filii.] Ita & Tacitus lib.  
11. Annal. Sed lib. 111. ſibi ipſi ad-  
verſatur, ubi ait: Cæſar Antifiſtum Ve-  
terem ad dicendam cauſam retraxit, ut  
turbidum, & Reſcuporidæ conſiliiſus per-  
mixtum, qua tempeſtate Cotye fratris in-  
terſectio bellum adverſus nos voluerat. Li-  
pſius graviffimum ſcriptorem humani  
aliquod paſſum arbitrabatur. Ego in  
librarios culpam conſpicere malim.  
Scribendum enim exiſtimo: qua tem-  
peſtate, Cotye fraude interſectio, bellum  
adverſus nos voluerat. Pro voluerat au-  
tem voluerat repoſuimus, Pychenæ ju-  
dicium ſecuti. Voſſius.

3. Ejuſdem imperii.] Hic verbum, ſor-  
mam legebat. Ejuſdem imperii.] Niſi  
diſtictio forma, ut dixi, hic ſupervacua  
eſt, videtur deſſe, per; ut legatur,  
per amicitiaſ formam evocavit. Rhenan.

Ejuſdem imperii.] Ita legitur hic locus  
in antiqua editione. Sed verbum, ſor-  
mam, ſententiam perturbare cum vi-  
deretur, omiſſum eſt à doctis viris.  
Nos tamen illud retinemus, & formam  
mutamus in Romam, hiſtoria præſer-  
tim conſentiente. Uſuius.

4. Merentis ſemper, quam, &c.] In-  
telligitur magis, frequenti locutione  
Tacito. Valerio lib. 1. cap. 1. Faſtum  
M. Janiſſe animo, quam Punico ſanguine  
conveniens. Comicus: Tacita miſer,  
quam bona. Hac occurrerunt. ſexcenta  
talicia licet obſervare apud Jctos no-  
ſtros. Schegk.

5. Ut ſenator & judex.] Hæc non ſine  
arcano dominationis à Tiberio facta,  
ſubtiliter & profunda Tacitus  
ſententia; ſed dum veritati conſulitur,  
libertas corrumpitur. Quæ verba, ut  
breviter hoc dicam, ita actio: lu-  
ſtitia quidem conſulebatur hac ratione &  
innocentia, ut ex re & vero, non ex aſ-  
ſectio & gratia judiciis diſpenſarentur;  
ſed eadem opera & ſub hoc tuende juſti-  
tie ſchemate Tiberius inania iudicium, ut  
alia præque, in ſe erabebat, nullaque  
judicium libertatis, & iudicibus auctoritas  
manebat. Boecler.

6. Et cauſas.] Dele particulam, &  
Manut. Et cauſas.] Hæc ſcribere  
alia cauſas præſens audit? Nam ita  
fecit. Suetonius de eo: magiſtratibus  
pro Tribunali cognofcentibus plerumque  
offerebat ſe conſulivarium, aſtibatque mi-  
ſiſtim, vel ex adverſo in parte primori-  
Lipſius.



celeriter <sup>1</sup> Libonem ingratum & nova molientem oppref-  
sit? Quibus præceptis instructum Germanicum suum  
inbutumque rudimentis militiæ secum actæ, domitorem  
recepit Germaniæ? Quibus juventam ejus exaggeravit  
honoribus, <sup>2</sup> respondente cultu triumphi rerum quas ges-  
serat magnitudini? Quoties populum <sup>3</sup> congiariis hono-  
ravit, <sup>4</sup> senatorumque censum, cum id senatu auctore fa-  
cere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam  
invitaret, neque honestam paupertatem pateretur digni-  
tate destitui? <sup>5</sup> Quanto cum honore Germanicum suum  
in transmarinas misit provincias? Qua vi, consiliorum  
suorum ministro & adjutore usus Druso, filio suo, <sup>6</sup> Maro-  
boduum inhærentem occupati <sup>7</sup> regni finibus, pace majes-  
tatis ejus dixerim, velut serpentem abstrusam terræ, sa-  
lubribus consiliorum suorum medicamentis coëgit egredi  
? quam illum & honorate, nec secure continet? Quan-  
tæ molis bellum, principe Galliarum ciente <sup>8</sup> Sacroviro,  
Floroque Julio, mira celeritate ac virtute compressit, ut  
ante

1. *Libonem ingratum & nova, &c.*] Hæc verba, *ingratus & nova molientem, opprefsit*; errore librarii transposita videntur, ego in tertium superiorem reponenda puto, videlicet post, *formam evocavit. Rhenan. Libonem ingratum, &c.*] Tò *Libonem* in principe editione desiderabatur. Nec male ab aliis infulsum videatur, nisi postea de Libone iterum repeteret Vellejus. Viderint itaque alii, an non commodius substitui possit *Clementem*. Hic enim Clemens ad ulciscendam Agrippæ domini sui mortem comparat non contemnendam manum. Sed fraude tandem à Tiberio captus, punitusque est; ut scribit Suetonius in vita Tiberii. *Voss. Libonem ingratum & nova molientem.*] Ad *Tacitum 2. A. 27. & seqq.* qui remoto velo rem edisseret. *Dio 57. p. 702. Boeclerus.*

2. *Respondente cultu.*] Vet. liber ha-

bet *respondentem, &c.* Mihi alias sic legendum videtur: *respondente cultu triumphi, rerum quas gesserat magnitudine. Burrerius.*

3. *Congiariis.*] Congiariis munus principis, quo donabatur Populus.

4. *Senatorumque censum.*] Rursum apertius aget *Tacitus 2. A. 37. & 38. Boeclerus.*

5. *Quanto cum honore.*] Imo, quanta cum calliditate *amolivi juvenem specie honoris statuit, Tacitus 2. A. 42. Boeclerus.*

6. *Maroboduum.*] *Tacitus late 2. A. 62. & seqq. Sueton. Tib. 37. Regi quosdam per blanditias asque promissa extractus ad se non remisit: ut Maroboduum Germanum, &c. Hist. misc. 7. 22. Boecler.*

7. *Regni finibus.*] *Boiohemiam intelligit. Rhenan.*

8. *Sacroviro Floroque Julio.*] *Tacit. 3. A. 40. & seqq.*

ante populus Rom. vicisse se quam bellare cognosceret; nunciosque periculi victoriæ præcederet nuncios. Magni etiam terroris <sup>1</sup> bellum Africanum, & quotidiano auctu majus, auspiciis consiliisque ejus brevi sepultum est. <sup>2</sup> Quanta suo suorumque nomine exstruxit opera? Quam <sup>3</sup> pia munificentia superque humanam eversa fidem templum patri molitur? Quam magnifico animi temperamento Cn. quoque <sup>4</sup> Pompeii munera absumpta igni restituit? <sup>5</sup> qui, quidquid umquam claritudine eminuit, id veluti cognatum censet tuendum. Qua liberalitate cum alias, tum proxime incenso <sup>6</sup> monte Cælio, omnis ordi-  
nis

1. *Bellum Africanum.*] *Tac. 2. A. 52. & seqq. & 3, 20, &c.*

2. *Quanta suo suorumque nomine.*] *Tacitus 6. A. 45, 3. Ne publice quidem nisi duo opera struxit, templum Augusto, & scenam Pompejani theatri: eaque perfecta contentu ambitionis, an per se necesse, haud dedicavit. Sueton. Tib. 47. Principi neque opera ulla magnifica fecit. Nam & qua sola susceperat, Augusti templum, restitutionemque Pompejani theatri, imperfecta post tot annos reliquit. & Calig. 21. Opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti theatrumque Pompeii absolvit. Boecler.*

3. *Pompeii munera.*] *Munera* videtur hoc loco posuisse Vellejus pro ipsis ædificiis, ut supra, cum dixit de Pompejo item: *Perfecta muneribus Theatri, &c.* Itaque nihil mutandum puto: vel si mœnibus ibi pro muneribus reponendum est; hic quoque mœnia pro munera scribendum censo. *Ursinus.*

4. *Qui quicquid.*] *Vulgo, qui quidem quam claritudine eminuit, &c.*

5. *Monte Cælio.*] Ita reposuere pro *Cali*, quod erat in editione principis. Ego nil mutaverim. Sane, *mons Cali* recte dicitur, ut *oppidum Antiochie*, *Ciceroni ad Atticum l. v. epist. xv. l. i. Torrens Vergelli*, apud *Florum lib. 11. cap. vi.* Imo & similiter, *ad montem*

*Sarastis* dixit *Solinus cap. 11.* prout ex *Mss.* edidit magnus *Salmastius. Voss. Monte Cælio.*] *Suet. Tib. 48. Boecl. Monte Cælio.*] Ab Anco urbi hic mons additus, ut *Strabo*: vel à *Tullo Hostilio*, ut *Livius*: vel à *Tarquinio Prisco*, ut *Tacitus*. A quærna sylva, *Querquetulanus*: à *Tiberio Cælare*, quod is post incendium habitatoribus adificia consumpta instaurasset, dici cœptus mons *Augustus*. Ab ortu habet mœnia, à meridie *Cæliolum*, ab occasu *Palatinum*, à septentrione *Esquilias*. Adjacent ab ortu, *Cœlimontana* & *Nevia* portæ, & inter has *Statilii Tauri* theatrum dimidiata sui parte mœnibus inclusum: à meridie, *vallis*: ab occasu, *Severi septizonium*: à septentrione, *Titi amphitheatrum*, vulgo *Colosseum*. *Nominatus* à *Cæle* quodam *Hetruscorum* duce, qui cum *Romulo* contra *Sabinos* arma sociæ conjungens, castra in eo posuit. *Cæliolus* pars est *Cælii*, à *Martiale* *libr. 12.* ad *Juvenalem*, *Minor Cælius* dicitur:

*Dum per limina te potentiorum  
Sudatrix toga ventilet, vagumque  
Major Cælius & minor fatigat.*

Ab ortu habet mœnia, à meridie *Aventinum*, ab occidentis & septentrionis partibus *vallem*, per quam fuit *Appia rivus*. Incipit post portam *Gabiam*,



nis hominum jacturæ, patrimonio succurrat suo? Quanta cum quiete hominum, rem perpetui præcipuique timoris, supplementum, sine trepidatione dilectus, providet? Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, apud aures Deorum de his queri; quid hic meruit primum, ut scelerata Drusus Libo iniret consilia; deinde, ut Silius & Piso; quorum alterius dignitatem constituit, auxit alterius? Ut ad majora transcendam, quamquam & hæc ille duxit maxima; quid, ut juvenes amitteret filios? quid, ut nepotem ex Druso suo? Dolenda adhuc retulimus: veniendum ad erubescenda est. Quantis hoc triennium, M. Vinici, doloribus laceravit animum ejus? quamdiu abstruso, quod miserrimum est, peccatus ejus, flagravat incendio? quod ex nuru, quod ex nepote dolere, indignari, erubescere coactus est. Cujus temporis ægritudinem auxit amissa mater eminenti sima, & per omnia Deis quam hominibus similior femina; cujus

biusam, nunc clausam: & inde ad Latinam flectitur, terminaturque ad Capenam. Fabric.

1. *Sine trepidatione dilectus.*] Dilectus enim suapte natura gravis, ait Tacitus. Schægkijus.

2. *Hominum.*] Alias legitur, *hominum aut Deorum*, vel, *auribus Deorum de his*. Rhenanus.

3. *Apud aures Deorum de his queri.*] Acutius, *de Diis queri*. Si fas est, inquit, hominem apud Deos, Deos accusare. Et ita sane facit, queriturque quod Diis à calamitatibus immunem eximiumque non habuerint Tiberium, ipsum quoque scilicet futurum divum. Lipsi. *Apud aures Deorum de his queri.*] In Ms. fuerat, *auri Deo cum de his queri*. Unde legendum arbitror: *auribus Deorum de his queri*. Ursinus emendarat: *de Deo cum Diis queri*. Lipsius vero vulgatam retinebat lectionem, nisi quod pro *his* scriberet *Diis*. Sed

ambo à vestigiis autographi longius recesserunt. Vosijus.

4. *Silius & Piso.*] In Ms. erat, *Silius, Pifoque, tam alterius, &c.* Legit: *Silius, Pifoque, quorum alterius, &c.* Usitato mendi genere. Vosijus.

5. *Abstruso, &c.*] Et enim crevit dissimulatione ipsa dolor, hoc alius demissus, quo minus profiteri licet. Justin. lib. 8. *Acidal.*

6. *Quod ex nuru.*] Agrippina. Sueton. Tib. 53. & 54.

7. *Erubescere.*] Addidi vocem *erubescere*, volentibus membranis, neglectam Aldo; quod scirem, viro ingenio ruborem supra dolorem indignationemque omnem. Gruter.

8. *Et per omnia Deis.*] Loca similia hujus multa, e queis pauca bona fide retinuit memoria. De Jul. Cæsare: *Animo super humanam & naturam & fidem erectus*. De Pompejo: *Per omnia fortunam hominis egressus*. De M. Cato-

cujus potentiam nemo sensit, nisi aut levatione periculi aut accessione dignitatis. Voto finiendum volumen sit. JUPITER Capitoline & auctor ac stator Romani nominis, Gradive Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium, & quidquid numinum hanc Romani Imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium exulit, vos publica voce obsecror atque precor, custodite, servate, protegete hunc statum: hanc pacem; eique sancto longissima stacione mortali destinate successores quam serissimos, sed eos quorum cervices, tam sortiter susti-

tone: *Per omnia ingenio Diis, quam hominibus propior. Acidal.*

1. *Nisi aut levatione periculi.*] Et ad istud hiercle exemplar ipsos se formare debebant aulici. nunc quid? obtinere quod questus est de suo sæculo Seneca Hercule Octavo, versu DCXXXVII.

*Colit hic reges, regumque Laies;  
Non ut presso vomere semper,  
Numquam cesset curvus arator,  
Vel mille secens arva coloni:  
Solas optat, quas donet opes.  
Colit hic reges, calcet ut omnes,  
Perdatque aliquo, nullumque levet:  
Tantum ut noceat capere esse potens.*

Verum de istis hominibus, quantum satis est, cum ulavimus ad Taciti *Annal.* lib. 4. *Annal.* cap. 31. Sullum vidit sequens ætas præpotentem, venalem, & Claudii principis amicitia, diu prospere, numquam bene usum. Gruter. *Nisi aut levatione periculi.*] Recte hoc exemplum proponit aulicis Gruterus. quamquam de Livia adulatorie Vellejus. Boeclerus.

2. *Et auctor.*] Puteanus legendum putat: *Jupp. Cap. & Stator, & auctor R. n. G. M. Manut. Et auctor.*] Placet conjectura doctorum virorum, qui legunt: *Jupiter Capitoline ac stator, & auctor Romani nominis, Gradive Mars, &c.* nam illud *stator ad Jovem* tantum referri potest, non item ad

Martem. Nobis tamen non displiceret, si parva mutatione scriberetur *stator pro stator*, legereturque; *Jupiter Capitoline; & auctor, ac stator Romani nominis Gradive Mars, &c. Ursin. Et auctor.* Magis probem, *stator Romani nominis*. Genitor enim & pater Romanorum Mars, quia Romulum sevisse dicitur. Lipsi. *Et auctor.*] Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 7. *Quoties voles, tibi fieri aliter hunc auctorem rerum & naturarum compellare. Et Jovem opt. max. vite dices, & Tonantem & Statorem, qui non, ut historici tradiderunt, ex eo quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stitit, sed quod stant benescripto ejus omnia, stator, stabilitorque est.* Schægk.

3. *Vesta.*] *הַרְשָׁא* id est, Estha, nihil aliud quam ignem Chaldaeis denotat. Unde & hic cultus ad alios populos transfuxit.

4. *Hanc pacem; eique sancto.*] Vox deest, quam fidenter repono: *Hanc pacem, hunc Principem; eique sancto.* Ad Principem enim certe pertinet, quæ adtextit. Lipsi. *Hanc pacem; eique sancto.*] Lipsius interponit post *hanc pacem, hunc principem*, ut sequentia cohererent. *Eruditissimus Gerardus Vosijus* follester conjicit legendum: *hunc statum, hunc Principem;* quæ vox per compendium scripta forte ansam dederit *et pacem*. Boecler.



*sustinendo terrarum orbis imperio sufficiant, quam hujus suffecisse sensimus; consiliaque omnium civium aut pia\*\*\**

1. *Aut pia.*] Videtur hic parum deesse in hac peroratiuncula votitia. Videntur autem extrema verba in talem scripta sensum; *consiliaque omnium civium aut pia, aut salutaria, in felicem exitum provehite; aut sensum similem.* *Rhenan. Aut pia.]*

Rhenanus supplevit: *aut pia, aut salutaria, in felicem exitum provehite.* Ego feliciter mentem Velleii mihi assecutus videor, nempe ut scripserit: *aut pia foret, aut impia opprimit.* Ita igitur, aut simili modo, illum finio. *Vossius.*

## FINIS.



Rerum ac Verborum, maximè memorabilium, è VELLEIO, & adjunctis ei Notis observatorum

# I N D E X.

*Litera a, b, columnas uniuscujusque pagina expriment; iis que carent, in textu VELLEIANO exprimentur.*

- A.
- A** Cerranis data civitas. 53  
 Achaia, in bellum instincta. 46. à Mun-  
 mio in provinciam redigitur. 142. an  
 totam Graciam complectatur. 227. a  
 Actiacum bellum. 244. praelium. 239.  
 240. & 242. a  
 Addus C. Caesarem, Agrippa filium, ab  
 Augusto adoptatum, interficit. 272  
 Adess, verbum solenne Censorum. 82. b  
 Ad liquidum, quid? 57. b  
 Adon, Hebraeis Dominum denotat.  
 272. b  
 Adoptio quot & quibus modis fiat.  
 190. b  
 Adversare, pro adversare. 229. b  
 Adulatio semper magnae fortunae comit.  
 273  
 Aegisthus per annos VII. regni potitur. 5.  
 ab Oreste occiditur. ibid.  
 Aegyptus à D. Augusto facta stipendia-  
 ria. 144  
 Aelius Catulus. 275  
 L. Aemilii Pauli laudes. 38. cuius filius.  
 ibid. an in praetura unquam triumphaverit? 38. a. Perseum vincit. 39.  
 millies centies H. S. avario confert.  
 40. ejus quatuor filii. 42. concio ante  
 triumphum diem. ibid.  
 Aemilius Sura. 27  
 Emulatio alii ingenia. 60  
 Enaria, insula. 101. a  
 Eolica colonia, quot aetates ante Ioni-  
 cam fuerit? 18. b
- B**oli, longissimis aëli erroribus, quos  
 locos obtinuerint, urbesque condide-  
 rint? 18  
 Eschylus tragicus. 58  
 Esernia colonis occupatur. 54  
 Esulum deducta colonia. ibid.  
 Etolia subacta à Fulvio Nobiliore. 142.  
 Affinitas inter C. Caesarem & Pom-  
 pejum. 154. inter Antonium & Ca-  
 sarem. 204  
 Afranius. 59. in Togatis clarus. 81  
 Afranius Pompeii legatus. 165  
 Africa, quando in formulam redacta pro-  
 vincia. 141. eam Pompeiani obtinent  
 exercitus. 181  
 Africi triumphus apparatus ex ebore. 184  
 Africum bellum. 181  
 Agamemnon Rex Regum, in Cretam re-  
 jectus, quas ibi urbes statuerit? 5. ab  
 Aegistho occiditur. ibid.  
 Agere tela, pro adigere. 232. b  
 Agminibus concurrere, quid? 161. b  
 Agraria lex, vide Lex agraria.
- M.** Agrippa Octavianus navibus praefi-  
 citur. 229. describitur & laudatur.  
 229, 230. quotidianis exercitiis  
 militem remigemque ad summam  
 artis militaris & maritimae perducit  
 scientiam. 230. ejusdem ductu, pro-  
 fessere apud Mylas pugnatum. 231. ante  
 eum an aliquis coronam Rostrata dona-  
 tus fuerit. 234. a, b. Leucadem expu-  
 gnat, Patras capit, Corinthisque oc-  
 cupat. 240. Juliam Caesaris filiam,  
 post mortem M. Marcelli, ducit uxorem.  
 257. moritur. 261. quoties Consul  
 fuerit. 261. b, 262. a, b  
 Agrippa,



Agrippa, M. Agrippa filius, adoptatur ab Augusto. 270. eum mira paviditate offendit. 297  
 Aix, oppidum non incelubre, olim à Sextio conditum. 87. a  
 Ala Equitum turma, & unde sic dicta? 295. a  
 Alba. 43. a  
 Albam deducta colonia. 53  
 Albania penetrata cum victoria. 145  
 Albi fluvius, à numero fontium influentium sic dictus. 280. a. oritur in tractu Hercinie silva. b  
 Aleman, Poeta. 62  
 Alemaon ultimus Archontum perpetuum Atheniensium. 53  
 Alefa, sive Alexin, urbs, à quo condita? 162. a. an circa eam tota belli molles fuerit. ibid.  
 Alexis, Hippatis filius, Corinthum condidit. 13  
 Alexander Magnus, sicutimus dicitur à Carano. 27. unde genus ducit. 27. a. b. quous ab Hercule. 27. a. à Lyfippo impetravit, ut eorum equitum qui eis ipsius turma apud Granicum flumen ceciderant, expressa similitudine figurarum, faceret statuas, & ipsius quoque eis interponeret. 44. cum eo Casar comparatur. 149.  
 Alexandria, quando condita? 53. a  
 Alexandrini triumphii apparatus ex Iudaea. 181  
 Alaria Sempronii uxor. 269. a  
 Alifon. 313. b  
 Allobroges, populi. 83. a  
 Alpes feris multisque nationibus celebres perdomite. 253  
 Alsum coloni deducti. 54  
 Alitimum Venetia raediterranea urbs. 224. b  
 Amicitiam renuntiandi ritus. 45. b  
 Amicitias inventores Atheniensis. 90. b  
 Anipii & T. Labieni lex pro Pompejo. 146  
 Amyntas Rex ab Antonio ad Augustum transfugit. 241  
 Ancipitia, & dubia, ut differant? 231. b  
 Andricus, quis, & curus? 43. b  
 Andrus ab Ionibus occupatur. 18

Anicius triumphat. 39  
 Annis Cinne uxor, deinde M. Pisonis, ab eoque dimissa. 149  
 Anni quot inter primam & alteram tantum xleis. 141. b  
 Annona difficultas maxima. 258. Roma crebrum id malum, & cur? 258. a, b  
 Antiochus, Rex Macedonia, devictus. 28  
 Antiochus Epiphanes Athenis Olympicum inchoavit. 40. Ptolemaum obsidit. ibid.  
 Antissa, vel ut alii, Larissa, urbs. 19. a  
 Antistius à Damafippo truncidatus. 114  
 C. Antistius. 254  
 L. Antonius, M. Antonii frater, describitur. 221. Consul Italiam tumultibus implet. 222. Persiam petit, qua expugnata, in Caesaris potestatem venit. ibid.  
 M. Antonius, orator. 81. Marii Cinnae jussu confossus. 105  
 M. Antonio, triumphum Patri, totius orationis rarissima potestas à Senatu decreta. 127  
 M. Antonius, C. Casari in Consulatu collega diadema imponit. 116. liberos suos obsides in Capitolium mittit, & deinde C. Casari interfectioribus descendit dans. 189, 190. H. S. pites militis, à C. Casare ad eadem Opus depositum occupat. 195. C. Octavio insidias struit. 195, 196. ejus & Dolabella furor. ibid. ejus domus falsorum chirographorum & commentariorum efficina. 196. a. deservit Italiam turpi fuga cogitur. 198. à M. Lepido per colloquia repulsus. 200. à Senatu hostis judicatus. 201. Lepido se jungit. ibid. L. Casarem avunculum profertur. 207. in Italiam venit. 225. Octaviam, sororem Casaris, ducit uxorem. 228. Sex. Pompejum jugulari jubet. 231. 232. ab hoc facinus, mox ludos in Theatro Pompeii faciens, execratione populi, spectaculo pellitur. 232. Partibus petit, ab iisque clade afficitur. 235. Artaxidem Armeniae regem aureis catenis vincit. 236. Patria bellum inferre constituit. 237. se Liberum patrem

patrem appellari jubet, ejusque habitum imitatur. ibid. Διόνος & νεο- cognominatus est. 237. b. ei Reges qui adhaerent. 240. a. classem exercituumque deserit. 242. enteratur amore Cleopatrae. 236. & 244. seipsum interimit. 245  
 Antonianorum militum in pugnando, passi fugam Antonii, constans. 242  
 Apollinis Pythii oraculum. 10  
 Apollonia, urbs. 192. b  
 Appius Claudius adulter Iulie. 269  
 Appuleius Saturninus, vide Saturninus.  
 L. Apronii virtus. 304  
 Aqua igneque quibus interdicebatur. 108. b  
 Aqua Sextia. 87  
 Aquila Romanarum legionum insigne. 232  
 Aquileiam colonia deducitur. 55  
 M. Aquillius Mithridatis vinculis traditur. 97  
 Arbiteri, qui? 89. b  
 Archilochi filius. 20. Attus. 20. a  
 Archontes eum honorem usque ad Charopem usurparunt. 10. perpetui quando Athenis esse deserint? 33. in denos annos creati. ibid.  
 Argi Temeno cessere. 9. a  
 Argivus nullus orator. 62  
 Aricini quando in civitatem recepti. 52  
 Ariminum missi coloni. 54  
 Aristodemus fulmine à medio sublatus. 9. a  
 Aristonicus armis Asiam occupat. 89. cuius filius. 60. a. à M. Perperna vivus & in triumphum ductus. 69. M.  
 Aquillo capite panas dat. ibid. Cressum Mucianum interemit. 90  
 Aristophanes, comicus. 58  
 Aristoteles. 59  
 Armenia in P. R. potestatem redacta. 259  
 Arminius, Sigimeri filius, in Quindilium Varum conjurat. 308  
 Artagera, urbs. 272  
 Artaxades Armeniae Rex ab Antonio aureis catenis vincit. 236. ei, an Tigrani Armeniae regnum à Tiberio restitutum. 259. a, b

Arterii, C. Octavii medici, somnium. 213  
 Arverni, populi que, & quomodo hodie didi? 83. a  
 Aruntius Aelius Reip. restitutus. 227  
 Aruntio levum Iulianarum navium cornu commissum. 242  
 Asculani Servium Prætor. Fontejumque Legat. occiderunt. 98  
 Asculum Picenorum oppidum. 91. a  
 Asia, an jure (mortuo Attalo) à Romanis occupata? 69. a. à L. Scipione, Africanus fratre, crepta Antiocho. 142. mox beneficio S. P. Q. R. ab Attalia possessa regibus. ibid. à M. Perperna facta tributaria. ibid. fuit in partes divisa. 150. b. ei urbes restituta. 324  
 Asiaticum imperium ab Assyriis ad Medos translatum. 22  
 Asinius Pollio Iulianis partibus fidus. 212. vide Pollio.  
 Aspidum tres species. 245. b. omnium commune σφραγισμα, formus. ibid.  
 L. Asprenas, Vari legatus laudatur. 313  
 Assentari, pro assuiri. 165. b  
 Asylum factum à Romulo. 35  
 Assyrii Principes omnium gentium. 27  
 Ateius Crassum diris devovet execrationibus. 160. a  
 Atella, oppidum. 319. a  
 Athenæ quando sub Regibus esse deserunt? 9  
 Athenienses in Eubœa Chalcida & Erethriam occupant. 14. eorum ingenia. 62. ut & certa in Romanos fides. 107. decreeum: πῶν περυσιαίων. 190. a  
 Atia, mater Octavii. 194  
 C. Attilius, Cos. 180  
 Atreus Olympicum certamen quando instituerit? 32  
 Attalus Rex Asiam pop. Rom. hereditate relinquit. 69  
 Attica fides. 107  
 Attici ad Sullam, verba memorabilia. 244. b  
 Attius, tragædus. 59. 81  
 Attuavi subacti. 277. eorum situs, & descriptio. b  
 Atys Rex, Lydi & Tyrreni pater. 6. a  
 Audiveramentum, quid? 206. a  
 Augusta pax omnes terrarum angulos à



latrocinii servat immunes. 324  
**D. AUGUSTUS** Cicrone Cos. natu-  
 136. cognomen id universi Senatui  
 P. Q. R. consensu accipit. 254, 255.  
 M. Agrippæ liberos, nepotes suos, præ-  
 positus Caji ac Lucii nominibus ad-  
 optat. 261. animos oculosque P. R. gla-  
 diatorii muneri, naumachiæque spec-  
 taculari replet. 267. Tib. Neronem ad-  
 optat. 275. ut & Agrippam, M. A-  
 grippæ filium. 276. abentem Tibe-  
 rium profequitur. 312. Tiberium No-  
 lam revocat, cumque eo collocatus mo-  
 ritur. 319. confecturatur à Tiberio. 323.  
 ubi denatus. 318. b. reliqua vide in  
 O&av.  
*Augustus clavus quando sumebatur.*  
 247. b  
*Aulici ars præcipua.* 230. a  
*Auximum in Picenum coloni missi.* 55

## B.

**B** *Abylon à quibus condita.* 23  
*Bacenis silva, eadem cum Hercynia.*  
 286. a  
*Balbus Cornelius hostium castra ingredi-  
 tur, & c. 175. & 176. moriens, Pop.  
 Rom. virium vicos quinos denarios  
 legat. 175. b. primus externorum Pon-  
 tificis & triumphalis.* 176. a  
*Balbus major, primus externorum Con-  
 sul.* 176. a  
*Balneum, quid?* 300. a  
*Barbari Caesaris videndi cupido.* 281. ejus  
 oratio ad eundem. 282  
*Bathinus, ff.* 300  
*Bato dux Pannonum. 288. ejus responsum  
 Tiberio. 306. b. an duo fuerint bello  
 Pannonic. 288. b. 289. a. & 300*  
*Bellum Troicum. 50. Numantinum. 64.  
 Jugurthinum. 84. Italicum. 90. &  
 109. Nolanum. 96. Pyrrhi. 96. Mi-  
 hybridicum. 98. Marficum. 121.  
 Spartacium. 125. Sertorianum. 125.  
 Piraticum. 126. Punicum primum.  
 141. Particum molituri Craffus. 160.  
 Civilis initia. 165. Africum. 181.  
 Hispanienfe. 182. Campanum. 122.  
 Asiaticum. 244. Alexandrinum. 246.*

*Viriathinum. 253. Punicum secundum.*  
 253. Pannonicum. 261. Germanicum.  
 264. Thracicum. 265  
*Beneventum deducta colonia.* 54  
*Beneventum, olim Maleventum, Peligno-  
 rum in Samnitibus oppidum.* 318. a  
*Bessi, à quo derivati.* 263. b. 264. a  
*Bibulus Casari collega & adversarius da-  
 tus.* 155. b  
*Bithynia à Nicomede Populo R. testa-  
 mento relicta. 69. stipendiaria facta.*  
 143  
*Bona Deæ Sacra, Græcis Gynæcia dicta.*  
 156. a  
*Bononiæ deducta colonia.* 55  
*Boville, urbs.* 164. b  
*Breuci, populi.* 303. a  
*Britannia bis à C. Casare penetrata.* 161  
*Bructeri subacti. 277. eorum situs, &  
 descriptio.* 278. a, b  
*Brundisina pax inter Antonium & Au-  
 gustum.* 225  
*Brundisium deducta colonia.* 54  
*Brundisium, urbs Calabriae.* 109. b  
*A. Bruti (Gallæci cognominati) præ-  
 clarum Hispania militiæ.* 73  
**D.** *Brutus consiliarius conjurationis in  
 Casarem. 186. obsidione liberatur.*  
 198. ei cur triumphus decretus. 199. b.  
 desertus à Planco. 202. ab Antoniano  
 jugulatur. ibid. & 246  
**M.** *Brutus auctor conjurationis in Cæsa-  
 rem. 185. & 187. a. cum C. Cassio pro-  
 vincias, exercitusque occupat. 190. C.  
 Antonio, fratri M. Antonii in Mac-  
 donia, Patinoque circa Dyrrachium,  
 legiones extorquet. 212. Lycios devin-  
 cit. 213. cum C. Octavio & Antonio  
 acie concurrat. 214. à Stratone Egæde  
 impetrat, ut sibi morituro manum  
 commodet. 216. comparatus cum Cas-  
 sio. 219. morientis citus. 218. &  
 221  
*Brutianarum partium cæsus.* 218. &  
 221  
*Brutiana castra.* 219  
*Bubincum, sive Boyhaimum Marobedi  
 regia.* 286. b  
*Buxentum coloni missi.* 55  
*Byzantium Mileto, unde originem duxit  
 potentius.* 90.  
**C. Caci-***

## G.

**C** *Cæcilia familie claritudo.* 85  
*Cæcilius comædus.* 59  
**A.** *Cæcina.* 295  
**L.** *Caditii virtus laudanda.* 313  
*Cæliana seditionis tempus.* 208. a  
**M.** *Cælius describitur. 208. seditionem  
 movens primo summotus à rep., de-  
 inde auctore Senatu circa Thurios op-  
 pressus.* 209  
**Cæpio, censor severus. 82. à Cimbris fu-  
 sus. 86  
**C. Cæsar Iulius laudatur & describitur.**  
 148. unde genus deducit. ibid. ejus  
 laudes. 149. Magno Alexandro, sed  
 sobrio, simillimus. 149. mutata veste  
 Sullam fugit. 149. à piratis captivus  
 resinetur. ibid. contractâ classe, eo-  
 rum classem ex parte fugat. 150. cap-  
 tivus cruci suffigit. 151. ejus gesta  
 memorabilia. 152. Lusitanos subigit.  
 153. a. ejus lex de agro Campano pl. di-  
 videndo. 154. ei Gallie in quinquen-  
 nium decretæ. 155. ejus præclara gesta  
 in Gallia. 159. amplius quadringenta  
 millia hostium cædit, & capit. 161.  
 eum exercitu Rubiconem transit. 172.  
 Pompejum Brundisium usque perse-  
 quitur & Massiliam obsidec. 173.  
 Thessaliam petit. 177. configit cum  
 Pompejo. ibid. perrebitur in Afri-  
 cam. 181. fortunam visus in mancipio  
 habere. 181. b. ejus clementia in vi-  
 ctis. 182, 183. eum, vicarem Afri-  
 cani belli, excipit Hispanienfe. 182.  
 Pharnacem vincit. 182. ejus præclara  
 in Hispania gesta. 182. verba ad suos  
 milites. ibid. victor in urbem rever-  
 situr. 183. quinque agie triumphos.  
 183, 184. quot millia talentum in  
 triumpho tulit. 185. a. an jure in-  
 serfictus. 185. b. 186. causa. ibid.  
 ejus testamentum abolendum censet  
 Cassius. 189. ejus mortis varia præ-  
 sagia. 188. a, b. 189. a. testamentum  
 apertum quo C. Octavianum, nepotem  
 sororis Julia adoptat. 190, 191. me-  
 moratur inter doctos viros. 157**

**C. Cæsar Agrippæ filius ab Augusto ad-  
 optatur. 261. virilem togam sumit.**  
 266. cum rege Parthorum cõit. 271.  
 per insidias colloqui vulneratur à quo-  
 dam, nomine Addno. 272. ubi mor-  
 tuus. 273. b. 274. a  
**C. Cæsar Strabo.** 81  
**L. Cæsar, Agrippæ filius, ab Augusto  
 adoptatur. 261. Massilia moritur.**  
 ibid.  
**L. Cæsar, Antonii avunculus, ab Anto-  
 nio profcribitur.** 207  
**Ti. Cæsaris gesta. 144. vide Tiberius.**  
**Calabria.** 110  
**Calatia, oppidum.** 197. a  
**Caldus Cælius præclari facinoris auctor.**  
 314  
**Cales colonia.** 52  
**Calidius.** 137  
**Calpurnia, Bestia filia, uxor Antistii,  
 jugulato viro à Sulla, seipsam trans-  
 figit.** 114  
**Calpurnia uxor C. Casaris nocturno visu  
 verita.** 189  
**Calpurnius à Jugurtha pecuniis corru-  
 ptus.** 114. b  
**Calpurnius Domitius primpili Centurio-  
 nem, ob turpem ex acie fugam fuisse  
 percussit.** 228  
**Calvus.** 137  
**Campanæ colonia supplementum.** 233  
**Campani, imbellis multitudo. 15. b. in  
 data civitas. 52. quando.** 155. a  
**Campania. 16. a. Liberi Cerevisque cer-  
 tamen.** b  
**Candidatus, quis?** 46. b  
**Candidatus Casaris.** 320. b. 321. a  
**Canidius Antonii exercitum contra C.  
 Casarem regit. 242. Antonium fugien-  
 tem fugientem sequitur. 243. ejus exitus.**  
 246  
**Caninesates subacti. 277. eorum situs &  
 descriptio.** 277. a, b  
**Canutus tr. pl. continua rabie Antonium  
 lacerat.** 203  
**Cæpio patrus Velleii, Agrippæ subscri-  
 bit in C. Cassium.** 213  
**Capitolium occupatum.** 189  
**Cappadocia Ti. Casaris auctoritate Pop-  
 R. facta stipendiaria.** 144  
 Y 2 **Cassius,**



Capsus, quid?	58	Cato Porcius, Cos. bello Italico.	91
Capua, à quibus & quando condita.	29. b.	C. Cato, M. Catonis nepos, repetundarum ex Macedonia damnatus.	79
quomodo ante vocitata, & unde jam sic dicta. ibid.	quos annos steterit, antequam à Romanis caperetur. 30. in formam præfecturæ redacta.	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60
Capy conditor Capuæ.	188. a	M. Catonis genus, virtus & laudes. 134. 135. mittitur ad spoliandum regno Ptolemæum. 157. & 158. Clodium latæ sententiæ absolvit. 164. ejus difficile iter. 182. homo novus. 327	217
Caramus, regnum Macedonia occupat.	26.	Catonis filii mors.	217
Caranus, Toranus, an Coranni legendum? 26. b. quotus ab Hercule. ibid.	86	Catti, Germaniæ populi, nunc Hellen.	285. a, b
Carbo Cos. à Cimbris fufus.	86	Q. Catuli auctoritas & verecundia. 128. omnium confessione Princeps Senatus. 152. fatali morte functus. 169. & 105	137
Carbo solus toto anno Consul.	110	Catullus Pœta.	137
Carbo, orator.	81	Cauci, Majores & Minores.	279. b. ubi fuit. ibid.
C. Carbo prætorius, consulis frater, à Damafippo trucidatus.	114	Cæionii, præfæli castrorum, exemplum turpe.	311
Carina, nomen vici Romani.	227. a	Celox, breue navigii genus.	221. a
Carnuntum, oppidum.	287. a	Censorii mors.	271
Cavseolos deducta colonia.	53	Censor, pro censura.	261. a
Carthago quando condita. 25. a. quamdiu steterit? 25. b. quando eversa. 25. b. 41. a. 48. quando in potestatem Rom. redacta. ibid. eam statim senatus excidere. 46. incensa. 48. a. avatrum passa. b. in Africa prima extra Italiam condita colonia. 57. & 90. Tyro potentior. ibid. eâ delicta res Romana degenerat.	63	Censura Planci & Paulli.	260
Sp. Carvilius.	327	Centurionum insigne vitis.	216a
Caslinum, oppidum.	197. a	Cerealia sacra.	15. b
Cassii censoris theatrum. 55. cui in demoliendo obstitere eximia civitatis severitas, & consul Scipio. ibid.	63	Certum jugum, pro, firmo & perpetuo.	141. a
C. Cassius, quaestor Syriam in P. R. potestate retinet, & ex eâ Parthos fugat. 161. auctor conjurationis in Cæsarem. 186. Laodiceam expugnat & inclusum Dolabellam ad moerem adigit. 211. Rhodum capit. 213. cum Octavio & Antonio acie concurrat. 214. cornu cui præfuit fugatur. 215. intervitus liberto cervicem extentam præbet. 216. & 246. melior Bruto dux.	219	Cethegus, alique, auctore Senatu, in carcere necati.	134
Cassiana Brittanique partes fractæ.	221	Chalcis.	14
Cassius Longinus, censor severus.	86	Chalcidensis orti Atticis. 14. Cumas in Italia condidit.	15
Cassius Parmensis morte pœnas dat.	242	Charops ultimus inter Archontes perpetuos Athenis. 10. fuit & primus Archon decennalis.	33
Castrum conjuratis occupatur.	54	Cherusi.	278
Catiline colonisator. 134. urbe pellitur. ibid. ejus mina. 135. b. fortissimè dimicans obruncatur.	136	Chios ab Ionibus occupata.	18

Cato Porcius, Cos. bello Italico.	91	gnificè restituta. ibid. commendatur.	168. b.	Cælius, Historicus.	82. & 137
C. Cato, M. Catonis nepos, repetundarum ex Macedonia damnatus.	79	C. Cato, M. Catonis nepos, repetundarum ex Macedonia damnatus.	79	Cobortis descriptio.	295. b
M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Cois, in unius Xenophontis gratiam, immunitas concessa.	97. b
M. Catonis genus, virtus & laudes. 134. 135. mittitur ad spoliandum regno Ptolemæum. 157. & 158. Clodium latæ sententiæ absolvit. 164. ejus difficile iter. 182. homo novus. 327	217	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Culechi.	145
Catonis filii mors.	217	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Colophon ab Ionibus condita.	18
Catti, Germaniæ populi, nunc Hellen.	285. a, b	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Comitorum ordinatio à D. Augusto relicta.	320
Q. Catuli auctoritas & verecundia. 128. omnium confessione Princeps Senatus. 152. fatali morte functus. 169. & 105	137	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Condere, urbibus inadificare.	11. b
Catullus Pœta.	137	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Conditio, quid?	68. b
Cauci, Majores & Minores.	279. b. ubi fuit. ibid.	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Congiarium, quid?	330. b
Cæionii, præfæli castrorum, exemplum turpe.	311	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Consiliarius, ejusdem consilii particeps.	186. a
Celox, breue navigii genus.	221. a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Consors, quid significet?	42. b
Censorii mors.	271	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Constantinopolis, ante Byzantium dicta.	14. a
Censor, pro censura.	261. a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Continuare, Vellejo quid?	255. b
Censura Planci & Paulli.	260	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Contra, pro è regione.	255. b
Centurionum insigne vitis.	216a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Contrebia à Q. Macedonico oppugnata.	73
Cerealia sacra.	15. b	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Convictus, quid?	132. b
Certum jugum, pro, firmo & perpetuo.	141. a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Copia, pro cibo & comætu.	293. b
Cethegus, alique, auctore Senatu, in carcere necati.	134	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Copanus descriptio. 239. ejus dictum in Plancum transfugam.	ibid.
Chalcis.	14	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Corinthus, caput imperii Italicozum ledum. 95. Pelignorum urbs primaria. 95. b. hodie Penitina dicta. ibid. & 173	132. b
Chalcidensis orti Atticis. 14. Cumas in Italia condidit.	15	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Corinthii, A'λφ'η'ν'δ'υ' & unde.	13. a
Charops ultimus inter Archontes perpetuos Athenis. 10. fuit & primus Archon decennalis.	33	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Corinthus, antea Ephyre dicta. 13. ab Alete in isthmo condita. ibid. quando deleta? 49. causa. 46. b. quando capta? 50. b. per M. Agrippam occupata.	240
Cherusi.	278	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Cornelia, Gracchorum mater, feminei voboris exemplum.	76. b
Chios ab Ionibus occupata.	18	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Cornelia Pompeii uxor.	179
Cibalis, urbs, in Inferiore Pannania.	262. b	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Cornelius Rufinus bello Pyrrhi dux celeberrimus.	96
M. Cicronis laudes. 133. 134. Catiline, Lentulique, & Cethegi conjurationem discutit. 134. circa eum qui viri docti floruerunt. 136. à Clodio in exilium pulsus. 156. patriæ restituitur. 157. ejus domus à Clodio disjecta, à senatu magnificè	136	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	L. Cornelius Mernula, flamen Dialis in iocum Cinne suffectus.	101
restituta. ibid. commendatur. 168. b. Pompejanarum partium infesto amore Cæsarem laudandum & tollendum censet. 200. continuis actionibus æternæ Antonii memoria inruit notas. 203. proscriptum & occisum deplorat Vellejus. 206	217	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	L. Cornelius Sulla, vir qui neque ad finem victoria satis laudari, neq; post victoriam abunde vituperari potest.	96
Cilicia, regio quæ? 130. a. ab Isaacico perdomita.	143	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Cornifici, Cæsaris legati, legiones pæne à Pompeio oppressæ.	231
Cimber Tullius primarius inter conspiratos in Cæsarem.	188. b	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60	Corona civica. 47. b. castrensis. 47. b. classica, alias, Robrata, aut Navalis.	234. a
Cimbri, Teutonique Rhenum transcendunt. 80. bellum Romanis inferunt. 86. à Mario domiti.	312. b	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Cinna, nec Mario, nec Sulpicio temperatior. 101. ei consulatus jussu Senatus abrogatus. ibid. corrupto exercitu qui circa Nolam erat, fretus novis civibus, Patriæ bellum inferit. 102. Marium cum filio de exilio revocat. ibid. cum Mario urbem occupat. 104. orta seditione, ab exercitu interimitur. 110	169	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Civile bellum. 165. quando exarsit.	169	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Civilia bella vicefimo anno finita.	249	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Citrus, an cedrus legendum. 184. a. ex ea apparatus Gallici triumphi.	183	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Clades gravis Octaviana classis, circa Tauramenium.	231	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Classis columbe volatu directa.	15	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Claudius Consul, primus in Siciliam transiecit exercitum.	140	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Tib. Claudius Nero, vide Tiberius.		M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Claudius Quadrigarius, historicus.	82	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Clazomena ab Ionibus condita.	18	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Cleopatra, prima fugam occupat.	242.	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
illata aspide, morsu ejus spiritum reddidit. 245. morientis atas.	246. a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
P. Clodius vituperatur. 156. lege lata Ciceronem in exilium pellit. ibid. ejus lex de M. Catone. 158. à Milone circa Bovillas jugulata.	163	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Clufinum, oppidum.	117	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Coccinea tunica supra pratorium extensa, futuri pralii signum.	95. a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Cocleites, veteribus monoculi.	76. a	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Codrus Melanthes filius. 9. ejus mors historia. 10. an ultimus Atheniensium Rex fuerit?	10. b	M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		
Catius mons. 33. ejus situs, descriptio,		M. Catonis Censorii sententia de Capua & Nola condita. 30. perpetuus diuendæ Carthaginiæ autor. 49. quando obierit. ibid. memoratur inter Historicos.	60		



<i>Coryvius.</i>	137	<i>larit.</i>	252. b
<i>T. Cornucanius, homo novus.</i>	327	<i>Damasippus prator, dum dimicatur ad Sacripontum, clarissimos viros trucidat.</i>	113
<i>Cosa capta. 94. eadem urbs quæ Vellejo Compa.</i>	210. a	<i>Danubius fl. hodie de Donau, ubi oriatur.</i>	287. a
<i>Cossam deducta colonia.</i>	53	<i>Daorisi Delmata.</i>	303. a
<i>Cossa, eadem quæ Cosa, urbs.</i>	94. a	<i>Defectus, pro deficiens.</i>	203. b
<i>Cossi virtus.</i>	304	<i>Deficere, quid?</i>	325. b
<i>Cotta, judicandi munus equaliter inter senatum, &amp; equites partitus est.</i>	128.	<i>Q. Deilnius (sive Dellius) natura transfuga.</i>	241. a
<i>an Flamen Dialis fuerit, &amp; successorem Cæsarem habuerit.</i>	151. a, b	<i>Delectus habitus.</i>	290
<i>Cotys.</i>	329	<i>Delos occupata ab Ionibus.</i>	18
<i>L. Crassus, orator.</i>	81	<i>Devotio.</i>	57
<i>M. Crassus bellum Spartacium gerit. 125 ei Syria decreta. 160. ab Orode rege interimitur.</i>	ibid.	<i>Definites Delmata.</i>	303
<i>Crassus Mucianus interfectus. 70. de ejus morte varia opiniones.</i>	70. a, b	<i>Defpicere, ab alto inspicere.</i>	90. a
<i>P. Crassus, orator.</i>	60	<i>Devovendi &amp; execrandi ritus.</i>	160. a
<i>Cratinus, comicus.</i>	58	<i>Dialis flamen, vide Flamen.</i>	
<i>Cremonam deducta colonia.</i>	54	<i>Diana sacra regio Campania, in qua mons Tifata. 112. ei grates agit Sulla post victoriam.</i>	316. b.
<i>Creon, primus annuus Archon.</i>	33	<i>Diadema an fuerit reginarum.</i>	317. a
<i>Cresthontes.</i>	9	<i>Dicatoris in Rep. Rom. usus, finis, &amp; jus.</i>	118. a. b. & seq.
<i>Creta insula, arx altera prædonum. 133. b. a. Q. Metello in P. R. potestatem redacta.</i>	133. & 141	<i>Dictaturam magna vi offerente populo, deprecatur Augustus. 251. a. cur in omnium detestationem venerit.</i>	ibid. a, b.
<i>Crispus Marcius.</i>	212	<i>b. lege Antonia ex Rep. in perpetuum quasi exilium relegata fuit.</i>	ibid.
<i>Crispinus Quinctius adulter Julia.</i>	268	<i>T. Didius cum Minatio Magio Herculanum caput.</i>	94
<i>Cumæ a quibus condita. 15. earum in Romanos fides.</i>	16	<i>Dido, antea Elissa vocitata. 26. a. Punica lingua idem quod virago.</i>	26. a
<i>Cumanos ritus Osca mutavit vicinia.</i>	16	<i>Dimittere ab armis, quid?</i>	178. b
<i>C. Curius, tr. pl., bello civili flagrantem faciem subjicit. 167. describitur.</i>	ibid.	<i>Diphilus, comicus.</i>	59
<i>&amp; 168. an gratis pro Cæsare steterit.</i>	168. a.	<i>Disjungere, quid?</i>	50. a
<i>M. Cælio simillimus. 208</i>		<i>Dolabella &amp; Antonii furor.</i>	195
<i>Curio Iulianarum partium dux occisus.</i>	181	<i>Dolabella C. Trebonium occidit. 211. ejus accusatio 152. ad illum servi certicem præbet. 212. laudatur.</i>	323
<i>Cymen Æolii condunt.</i>	18	<i>Domitia familia felicitas.</i>	83
<i>Cyprus devicta. 142. avidè magis quam justè facta tributaria. 142. a. &amp; 158. a.</i>		<i>Domitii ex Arvernus victoria.</i>	ibid.
<i>Cyzicum potentius Mileto. 90. liberatur obsidione. 130. nobilissima Asiae urbs.</i>	131. b	<i>Cn. Domitii de creandis sacerdotibus lex.</i>	86

D.

**D** Almatia subigitur. 252. cum sibi conterminis Illyride atque Liburnia vulgò Sclavonia vocatur. 263. a. rebellat. 287. quot annos rebel-

<i>L. Domitius à Damasippo occisus.</i>	113,	<i>Fabius Æmilianus disciplina in Hispania clarissimus.</i>	74
<i>114. a</i>		<i>Fabii Maximi triumphus, ejusque apparatus.</i>	183. b
<i>Domitius Calvinus, vide Calvinus.</i>		<i>Fabrateriam deducta colonia.</i>	57
<i>Drusus à quo occisus.</i>	89. a	<i>Fannius.</i>	60
<i>Drusus Claudius cum fratre Tib. Claudio Neyone Rhætos Vindelicosque adgre-ditur. 259, 260. ei cura Germanici belli delegata. 264. ejus elogium. ibid. annum tricesimum agens lapsu equi fracto cruce moritur.</i>	264. b	<i>C. Fannius, orator.</i>	81
<i>Drusus Libo.</i>	332	<i>Fannius Cæpio, &amp; L. Murena occidendi Augusti consilia inveniunt.</i>	255
<i>Drusus Livius Juliae Augusta pater se ipse interimit.</i>	217, 218	<i>Fatalis mors, quæ?</i>	169. b
<i>Dyrachium ac vicina ei loca obsidentur à Pompejo. 174. situs.</i>	172. b	<i>Faventia, Italia urbs.</i>	117
	E.	<i>Favonius, pratorius.</i>	179
<i>E Græcorum Latini in O vertunt.</i>	227. b	<i>Faussto, Sullæ filio, Pompeii filii de sponsa.</i>	154. a
<i>L. Eggii clarum exemplum.</i>	311	<i>Fctiales, qui?</i>	65. b
<i>Egnatius Rufus Augustum interimere statuit. 255. mortem dignissimam vita sua obtulit.</i>	ibid.	<i>Eidentia, urbs quæ?</i>	117
<i>Elissa Tyria, quam quidam Dido auum-tant, Carthaginiem condit.</i>	26	<i>Firmare, pro facere.</i>	318. a
<i>Emissa, Arabibus Hamza, urbs.</i>	274. a	<i>Firmum colonis occupatur.</i>	54
<i>Ephesus ab Ionibus condita.</i>	18	<i>Flaccus Pomponius.</i>	329
<i>Ephyræ multiplex.</i>	4. b	<i>Flamen Dialis, sacerdos Iovis.</i>	101. b.
<i>Epirus, regio.</i>	ibid.	<i>nudum capite incedere nefas.</i>	ibid.
<i>Eporædian colonia deducta.</i>	57	<i>unde sic dictus. 101. b. quando restituti?</i>	151. b
<i>in Equestribus sedere, quid?</i>	129. b	<i>Flaccus Pomponius laudatur.</i>	329
<i>Erethria.</i>	14	<i>Flavius Cæcilius, trib. pl. adversus C. Cæsarem.</i>	210
<i>Eros Antonii servus, iussus Antonium interficere, seipsum confodit.</i>	245. a	<i>C. Flavius Fimbria se ipse interimit.</i>	107, 108
<i>Erythra ab Ionibus condita.</i>	18	<i>Florales ludi, quando &amp; à quo instituti.</i>	54. a
<i>Eryx, ultimus Archon decennialis.</i>	33	<i>Fœmina sacerdotes Augusti.</i>	320. a
<i>Eumenes, Rex.</i>	38	<i>Fonteus legat. ab Asculanis occisus.</i>	91
<i>Euphrates amnis.</i>	271	<i>Formiani in civitatem recepti.</i>	52
<i>Eupolis, comicus.</i>	58	<i>Forum Augusti prænitæ tituli victarum gentium.</i>	144
<i>Euporus servus C. Gracchum dominum prius, se deinde interimit.</i>	76	<i>Fratres an in eodem collegio magistratum esse debeant?</i>	80. a
<i>Evocati, qui?</i>	197. a	<i>Fregellæ colonis occupata. 54. à L. Opimio excisa.</i>	75
<i>Euripides, tragicus.</i>	58	<i>Fructus, pro fructus.</i>	275. b
<i>Ex consulatu aliquid agere, quid?</i>	130. a, b	<i>Fugitivi è ludo gladiatorio Capua profu-gientes, duce Spartaco, Vesuvium mon-tem occupant.</i>	125
<i>Exercitus, qui sub Afranio &amp; Petreio fuerat, se Cæsari tradit.</i>	174	<i>Fulvia gens.</i>	328. a
	F.	<i>Fulvia, L. Antonii uxor, describitur.</i>	222. omnia armis tumultuque miscet.
		<i>ibid. Præneste capit. ib. eam inviolatam excedere Italia patitur Cæsar.</i>	224
<i>Fabii ex Allobrogibus victoria.</i>	83	<i>Cn. Fulvius censoris frater, à fratre sena-tus. 42. causa.</i>	ibid. b
<i>hinc Allobrogicus cognominatus.</i>			
<i>ibid.</i>			



Fulvii Flacci aspera censura. 42. cum filio à L. Opimio interceptus. 75.77  
 Fulvii Flacci, qui Capuam cepit, filiorum clarum exemplum. 80  
 Fundam in civitate recepti. 52  
 Fulvarium, quod supplicii genus. 229. a  
 & quinam hoc officerentur. 229. a, b

G.

Gabinii (A.) tr. pl. Lex de Cn. Pompejo ad opprimendos piratas mittendo. 126  
 Gabinus cinctus quis? 67. b. qui eo uterentur. ibid.  
 Gades à Tyria classe condita. 11  
 Ser. Galba. 60. inter oratores. 81  
 Gallie primum à Domitio & Fabio, nepote Paulli, intrata. 142. C. Caesaris ductus & auspicii infracti, ignavum stipendium conferunt. 143  
 Gallie triumphi apparatus ex citro, an ex citro? 140. a, b  
 Gallo-graciam perdomuit Vulso Manlius. 143  
 Teveæ, quot annos contineat. 3. b. 8. a  
 Gentius Illyriorum rex in triumpho datus. 39  
 Germania domatur. 264. rebellat. 267. tota sub duce Tiberio armis perlustrata. 279  
 Germani Cimbricam Teutonicamque militiam Italiane imitantur. 312. Lollium clade efficiunt. 263. Varum. 305  
 De Germanis, non de Gallis duo triumphant consules. 208  
 Germanici, nepotis Augusti, in bello Delmatico experimenta virtutis. 303. in Germaniam mittitur. 317. an à Pelileo vituperetur? 322. a  
 Germanicum bellum Drusi. Claudio, fratri Neronis delegatur. 264  
 Glancum saltare. 238  
 Gnosus in Creta. 233. b  
 Gracchanarum Legg. perniciosissima, qua? 90  
 Gracchi, oratores. 60, 81  
 Tib. Gracchi laus. 65. ejusdem vituperatio. 66. res novas molitur. ib. quomodo mortuus. 68. an jure casus. 71. a, b

C. Gracchi furor. 74. nihil in eodem statu relinquit. 75. à L. Opimio opprimitur. ibid. ejus corpus in Tiberim projicitur. 76  
 Gracchus colonias extra Italiam posuit. 90  
 Gradivus Mars. 333  
 Gracajventus se in Asiam effundit. 17  
 Gracia maximis motibus concussa. 12  
 Granicus, fluvius. 44. b  
 Graviscam colonia deducitur. 55  
 Gynacia, Gracis, sacra bonæ Deæ. 156. a

H.

Hallo, quid? 194. b  
 Hannibalis intra tertium ab urbe miliarium castra conspiciata. 115  
 Heniochi. 145  
 Heraclida pulsus, reditum molientes, cade Hylli, ausis excidere. 7. b. Tysimæna imperante, destinata perferre. ibid. eorum viri rediunt in imperium Peloponnesi descriptio. ibid. & 8. a. b  
 Hercynia silva, jusque magnitudo & latitudo. 283. a. 286. a, b. alta nomina. ibid.  
 Herculæum captum. 94. ejus situs & descriptio. a  
 Hercules deæthæos quo tempore contigerit. 8. a. ægon Olympiacus quo anno ab eo instauratus. 8. b. an ἀγωνθῆτος, an ἀγωνισθῆς fuerit. 32. b. victor in Olympicis. 33. an in omni genere certaminum victor fuerit? 33. a  
 Herus Afinius Italicorum dux. 93  
 Hermanduri, populi. 280  
 Hesiodus, quando floruerit? 28. ab Homeri ætate distinctus circa cxx annos. ibid.  
 Hiberia penetrata cum victoria. 143  
 Hippocles. 15  
 Hippotes. 13  
 Hirpini. 94, 210  
 Hirtii & Pansa consilium. 187. designati Consules. 198. moriuntur. ibid. publica sepultura honorati. ibid.  
 Hispania, cum quibus per cc. annos debellatum, nunc præsentia Augusti, nunc Agrippæ, multo varioque Marte pacata. 142. & 253  
 Hispaniense bellum. 182  
 Hispaniensis triumphus apparatus ex argento vasili. 184  
 Hispanus & Hispaniensis, ut differant? 176. a, b  
 Homeri præconia. 19. a, b. de ejus ætate varie opiniones. 20. a, b. 21. b. non cæcus genitus fuit. 22. a. antea Mellegenes vocitatus. ibid. a. quid Cymaorum lingua denotet? 22. a  
 Horatii Coclitæ præclara gesta. 76. a  
 Q. Hortensius. 136. fatali morte fungitur. 169  
 Hortensius, Hortensi Oratoris fil. abtruncatur. 217  
 Horti Pompeiani. 195  
 Hostium Duces ad triumphum reservati. 315. b

I.

Iacere fortuitos sermones. 204. a  
 Ianus quando primum apertus. 141. b. quoties clausus. ibid.  
 Ignavum stipendium. 143. a, b  
 Illyrium, Dalmatiæque à Ti. Cesare devicta. 144  
 Imperatores Romanor. bello Italico, qui? 92  
 Influxus, Vellejo quid? 314. b  
 Insigne regium, quid? 316. a, b  
 Insignia triumphalia. 302. b  
 Instæus Cato Italicorum dux. 93  
 Interamnæ deducta colonia. 53  
 Invidia eminentis Fortuna comes. 40  
 Ion, an dux colonia fuerit? 17. a, b. cuius filius, & quando vixerit? 17. b  
 Ion, nomen, unde deductum? 18. b  
 Iones, duce Ione, regionem occupant, Ioniamque appellant. 17, 18. quas urbes constituerint, quasque insulas occupaverint? 18  
 Ionia ante Ægaleia dicta. 17. b  
 Iphitus Elius quando Olympicum certamen instituerit. 30, 31. & 32. cuius filius. 30. b. 31. a  
 Isocrates. 59  
 Italici ductus, qui? 59  
 Italicum bellum cur sic dictum? 90. b. ejus origo, cause & series. 91. a  
 Iuba rex fidelissimus partium Pompe-

janarum. 179. bellum Africanum cum Scipione ciet. 181  
 Iugurtha sub Africano militavit. 82. in triumpho ductus. 86  
 Iugurthinum bellum. 84  
 Iulia Augustæ mariti nomen & familiam assumpsit, ante Liviam. 218. a  
 Iulia Augusti filia, Marcelli, dein, Agrippæ uxor. 257. post horum mortem Neroni nubis. 261. ejus luxuria. 268.  
 relegatur in insulam. 270. quo anno relegata. 267. b. quot annos nata cum relegaretur. 258. a. ex adultera in quaestuarium versa. 268. b  
 Iulia Caesaris amita, nupta C. Mario. 148. b  
 Iulia, Pompeii Magni uxor, decessit. 163  
 Iulius Cæsar, vide C. Cæsar.  
 Iulius Antonius Iulia adulter. 268. an sibi ipse necem consciverit, an cum aliis adulteris multatus sit. 268. b  
 Iulius Florus Galliarum princeps. 330  
 Q. Iulius Postumus ornamenta meretur triumphalia. 303, 304  
 Iunius Blæsius describitur. 322  
 Iunius proconsul Asiæ. 150  
 Iunia Bruti soror. 246  
 Iupiter Salaminius. 3. b  
 Iuris sui sacre, quid? 283. b  
 Luventio Laterensi, quod se suo gladio transfixerit, statua publicumque funus à Senatu decretum. 201. b

L.

Labienus in acie Mundenst interceptus. 183. ejus laudes. 183. a  
 Labienus tr. pl. lex. 146. transmarinas provincias magna momentis concucit. 228. interficit Legatum Antonii. ib. Venidii ductu occiditur. ibid.  
 Lacedæmonii in Asia Magnæsam occupant. 14  
 Lacedæmonius nullus orator. 62  
 Lacones Alemana falso sibi vindicat. 62  
 Lælius. 60. inter oratores. 81  
 P. Lanus tr. pl. Sex. Lucillum saxo Tarpeio dejecit. 108  
 Longobardi fracti. 280. cur sic vocati. 280. a. ante Winuli dicti. ibid.  
 Laodicea expugnata. 211  
 Larissa



Larissa ab *Eoliis* condita. 18, 19. a  
 Lato clavo qui usi. 247. a  
 Laudicea, sive *Laodicea*. 211. b  
 Laurentium, Latii urbs. 99. a  
 Laurentinae paludes unde nomen accep-  
 erunt? 99. a  
 Lebedus ab *Ionibus* condita. 18  
 Legati Parthorum ad *Syllum*. 108  
 Legato, ad *Antiochum* missi, quod no-  
 men fuerit? 41. a, b  
 Legatos mittendi jus ad *Senatum*, non  
 convenit civibus. 77. a, b  
 Legio *Maria*. 197. b  
 Legiones, quae in *Illyrico*, seditiosae. 321  
 Legionum agnominatio à numero, ab *Im-*  
*peratoribus*, à locis hybernorum, &c.  
 294. a, b  
 Lemuli duo *Consulares*. 179  
 Lentulus in carcere necatus. 134. cur post  
 Consulatum praeturam repetierit? ib. b  
 M. Lepidus *Pont. Max.* in *C. Caesaris*  
 locum furto creatus. 200, 201. hostis  
 à *Senatu* iudicatus. 203. *Paulum* fra-  
 trem proscribit. 207  
 Lepidus vii imperator. 232. *Caesari*, exce-  
 deret *Sicilia*, denuntiat. ibid. à *Caesare*  
 exercitum & imperio exiit. 232, 233.  
 genibus *Caesaris* advolutus. 233  
 M. Lepidus, Lepidi *Triumviri* filius, *Aug-*  
*ustus* interficiendi consilia capit. 246.  
 à *Mecenate* opprimitur. 248  
 M. Lepidus in bello *Dalmatico*, à *Caesa-*  
*ribus* omnibus capis praefectus. 301. or-  
 namentis triumphalibus donatur. 302  
 Lepidus *Aemilius* augur, quod sex milli-  
 bus aedis conduxisset, coram censoribus  
 adesse iussus. 82  
 Lesbos insula. 11  
 Leucas per *M. Agrippam* expugnata.  
 240  
 Leucas oppidum in *Leucadia* peninsula.  
 240. b  
 Leges agrariae *Gracchi*. 66. agraria *Lici-*  
*ni*. 74. *Domitia*. 86. *Sulpicia*. 98.  
*Sylla*, de *Mario* cum filio, & *Sulpi-*  
*cio* exilio mulcandis. 98, 99. *Cinna* de  
 recipiendo *Mario*. 104. *Valeria* tur-  
 pissima. 105. *Rosita*. 129. a, b. *Gabi-*  
*nia*. 120. b. *Manilia*. 131. *T. Am-*  
*p**ii*, & *T. Labieni* pro *Cn. Pompejo*. 146

*Julia* de agro *Campano* plebi dividen-  
 do. 154. *Clodia* de *cive R.* indemnata  
 non interrimdo. 156. eisdem de  
*M. Catone* mittendo ad *Spoltandum*  
*regno Ptolemaeum*. 158. *Pompeia* de  
 pro rogandis *Caesari* provinciis. 160.  
*Pedia*. 213  
*Libera* *custodia*. 43. a  
*Libo*, ingratus à *Tiberio* oppressus. 330  
*Libye* pars, quae circa *Carthaginem*, *Ro-*  
*manis* *Africa* dicta. 144. a  
*A. Licinius* *Nerva* *Silvanus*. 304  
*Licio* transverso cincti magistratibus pra-  
 ministrabant. 100. a  
*Livia*, *Drusi* *Claudiani* filia, filium *Tib.*  
*Caesarem* vix bimam sinu gestans, *Aug-*  
*ustum* (cujus postea uxor, transgre-  
 sique ad *Dios* sacerdos) fugit. 223.  
 cum viro *Nerone* perrexit in *Sicili-*  
*am*. 224. sacerdos sui viri *Augu-*  
*sti*. 321. a. *Numerio* cuidam *Attico*  
 decies sesterium dedit, quod jurave-  
 rat, vidisse se *Augustum* in caelum ad-  
 scendentem. 319. b  
 M. *Livius* *Drusus* *tr. pl.* non bona fortuna  
 usus. 88. ejus laudis. ibid. novissima  
 vox ad circumstantes. 89. ad archite-  
 cturam. 90. moritur. 89. ejus mors bel-  
 lum *Italicum* excitavit. 90  
*Livius*, historicus. 60. quando obierit?  
 138. a  
*Limyris* fluvius in *Lycia*. 273. b  
*Limyra* urbs in *Lycia*. 273. b  
 M. *Lollii* legati, exercitusque in *Germa-*  
*nia* clades. 263. homo pecuniae quam  
 recte facienda cupidior. 264. ejus per-  
 fida consilia ac mors. 271  
*Lucam* colonia deducta. 55  
*Luceriam* deducta colonia. 53  
*Lucilia* *Pompij* mater. 121  
*Lucilius*. 81  
*Sex. Lucilius*, quando de *Tarpeia* rupe  
 praecipitatus. 108. a  
*Lucretius*, Poeta. 137  
*Lucullus* adversatur *Pompejo*. 148. a. *Mi-*  
*thridatam* multis locis suadet. 130.  
*Cyzicum* liberat. ibid. *Tigranem* vin-  
 cit. 131. ei infamia pecuniae à *Cn.*  
*Pompejo* obicitur. ibid. profusa in  
 aedificia, convitiisque & apparatus

bus luxuria primus auctor. 132. *Xer-*  
*xes* togatus, cur, & à quo vocitatus.  
 133. b  
 M. *Lucullus* circa *Fidentiam* hostes *Sulle*  
 fudit. 117  
*Lucullorum* duorum mors. 169  
*Luculli*, *Luculli* filii, mori. 217  
*Ludi* sivebres. 32. *Circenses*. 117. a. 146.  
*Scenici*. 147  
*Lupercal*, quid? 55. a. 186. a  
*Lupercalia* unde nomen accedant. 186. a.  
 187. a, b. à quo primum instituta, opi-  
 niones. 186. b. quomodo & quando ce-  
 lebrata. 187. a. abolita *Augustus* res-  
 tituit. 187. b  
*Luperci* sacerdotes, nudi rem divinum  
 agentes. 187. a  
*Lupia*, fl. vulgo de *Lip*. 279. b  
 M. *Luvio* (alii, *Lario*) dexterum *Julia-*  
*num* navium cornu commissum. 242  
*Lustiani* à *C. Caesare* subacti. 153. a  
 Q. *Lutatii* praef. fortunatissimum praer-  
 lium. 87  
*Lycia*, *Asia* regio. 213  
*Lycurgus* *Lacedaemonis* quando storne-  
 rit? 24. unde originem duxerit? 24. a.  
 ejus leges quandiu stoverint. 25. a  
*Lydia*, regio. 6. a  
*Lyden* & *Tyrrenus* fratres in *Lydia* re-  
 gnant. 6. sterilitate frugum compulsi  
 fortuntur, uter cum parte multitudi-  
 nis patriam decedat. ibid.  
*Lysippus* statuarius. 44

M.

*Macedones* rerum potiuntur. 28  
*Macedonia* à *Pseudophilippo* occu-  
 pata. 39. à *Paullo* in provinciam re-  
 dacta. 142. occupata. 290  
 Q. *Macedonici* severum ad *Contrebiam*  
 imperium. 73  
*Macedonius* princeps *Perusini* incendii,  
 subiecto rebus ac *Penatibus* suis igni,  
 transixum se gladio flammae inserti.  
 222. verum ejus nomen *Cestus*. ibid. b  
 C. *Mecenas* urbis custodis praepositus.  
 246. describitur. 246, 247. M. *Lepi-*  
*dum*, *Lepidi* *Triumviri* filium oppri-  
 mit. 248

*Magnus* *Celer* *Pellejanus*, frater *Villeii*.  
 301  
*Magnesia*. 14  
*Magnesia*, duplex. 14. b  
*Mancini* *Hosilii* seditiosissimum. 94.  
 quomodo verecundia eum impunitum  
 habuit. 65. a. ejus delictio seditio-  
 nem movet. 65  
*Manlius* *Cos.* à *Cimbriis* fusus. 86  
*Manlius* *tr. pl. lex*, ut bellum *Mithrida-*  
*ticum* per *Cn. Pompejum* administrare-  
 retur. 131  
*Manubia* & praeda, ut differant? 185. a  
*Marcellus* *Claudius* *Siciliam* in provin-  
 ciam redigit. 140. ejus severicia. 171. b  
 M. *Marcelli*, sororis *Augusti* *Octaviae*  
 filii, laudes. 256, 257. ubi moriuntur.  
 257. a  
*Marcomannia*, hodie *Merhern* dicta.  
 283. a  
*Marcomanni*, duce *Marobodu*, sedibus  
 suis exiit. 283. *Germania* populi.  
 282. b  
*Marica* palus. 99  
*Marius* *Egnatius*, *Italicorum* dux. 93  
 C. *Marius*, Q. *Metelli* legatus. 84. de-  
 scribitur. ibid. primum consul crea-  
 tur. ibid. an *Equestri*, an *agresti* lo-  
 co natus. 84. b. iterum *Cos.* 85. *Uer-*  
*tham* in triumpho duxit. 86. *tertium*  
*Cos.* in *Cimbros*. ibid. quartum *Cos.*  
 cum *Teutonis* conflictiis. 87. quintum  
*Cos.* fortunatissimum praetium. 87.  
 sextum *Cos.* *Servilii* *Glaucia*, *Satur-*  
*ninique* *Appuleji* furorum armis com-  
 pescuit. 87. cum filio à *Sulla* urbe ex-  
 turbatur. 98. ex arundinetis, in quod  
 se abdidit, in carcerem *Minurnen-*  
*sium* rapitur. 99. miro modo inde liber-  
 atur, & à civibus instructus viatico  
 & collata veste in navem impostus  
 cursum in *Africam* dirigit. 101. in  
 tugurio *ruinarum* *Carthaginiensium*  
 inopem vitam tolerat. 101. ejus redi-  
 tus eruentis in urbem. 104. septimum  
 in consulatum. 106. moritur. ibid.  
 C. *Marius* (*Marii*, septies *Cos.* filius)  
 annos natus xxvi. Consul. 113. à  
*Sulla* acie pulsus. ibid. occiditur. 116  
*Marobodu*, *Marcomannorum* ducis, elo-  
 quium.



gium, consilia, & arma adversus Romanos. 283, 284. sedes & situs. ibid.  
 Mars genitor, & pater Romanorum. 333. b  
 Marcia & Quarta legio sublati signis ad Octavianum se conferunt. 197  
 Marcus templi, nunc S. Martine, a desertio. 267. a, b  
 Marullus Epidius trib. pl. adversus C. Casarem. 210  
 Masilia Phocæa potentior. 90. moratur Casarem. 173. describitur. 173. a  
 Masilienses mores. ibid. a  
 Media penetrata cum victoria. 145  
 Medi rerum potantur. 28  
 Medon, Codri Atheniensium Regis, filius. 10. ejus postri Medontide didi. ib.  
 Medium esse re quapiam, quid? 38. a  
 Menander, comicus. 59  
 Menas & Menecrates liberti & classis Pompejana præfecti. 220  
 Megara à Peloponnesiis condita. 11  
 Meceatus Olympicus. 31. b  
 Merula flamen Dialis, incisis venis, superfusisque altaribus sanguine, optime de Rep. meritum spiritum reddidit. 105. quando mortuus. 151. b  
 Messalla Corvinus beneficio Casaris Octavii servatur. 217. exemplum hominis grati ac pii in Casarem. ibid.  
 Messalle opus egregium. 294. ornamentis triumphalibus honoratur. ibid.  
 Messenius Xenodochus. 33. b  
 Metabus (vel ut alii, Metapontus) Metaponti conditor. 3. a  
 Metapontus urbs à quo condita. 3. a. ubi sita. 3. b  
 Metellorum uno die triumphus, unius ex Sardinia, alterius ex Thracia. 79. b  
 Metellus & Pompejus ex Hispaniis triumphant. 124  
 Metellus Creticus triumphat. 133. refragatur Pompeio. 148  
 Metellus fatali morte functus. 169  
 Q. Metellus Macedonicus Pseudophilippum vicit, Achæosque fudit. 43. primus Romæ adtem ex marmore struxit. 44. vel luxuria, vel magnificentia Rom. princeps. 45. ejus singularis felicitas. ib. quot filios sustulerit? 45. b

porticus molitus est. 64  
 Q. Metellus Numidicus bellum Ingarthinum gerit 84. triumphat. 85. à L. Saturnino cur civitate expulsum. 92. numeratur inter oratores. 81  
 Q. Metellus, Numidici filius, cognomen Pii consequitur. 92. Italico bello Imper. Rom. ibid. apud Faventiam Sulle hostes vincit. 117  
 Miles parce civibus, Casaris vox. 178. b  
 Miletus ab Ionibus condita. 18  
 Milo Clodium jugulat. 164. à Pompeio ob hanc causam damnatus, ab M. vero Catone absolutus. ibid.  
 Milo Annius Compsam in Hirpinis oppugnat. 209. lapide scis moritur. 210  
 Minutius Magius Asculanensis, nepos Decii Magii, atavus Vellei. 94. ejus gesta, & fides in Romanos. 94  
 Minervium deducta colonia. 57  
 Minturnas coloni missi. 53  
 Minucii clarus è Scordiscis triumphus. 80  
 Misicenses pax cum Cn. Pompeio. 226  
 Mithridates occupata Asia necat omnes cives Romanos. 97. à Cn. Pompeio omnibus exutus copiis Armeniam Tigranemque petie. 138. Pharnacis filii insidiis oppressus. 145  
 Mitylene ab Æoliis condita. 19. ejus proprietates. 18. a. Lesbii insula oppidum liberum. 97. b. 197. b. Mitylenarum perfidia. 97. iis, in unius Theopanie gratiam, restituta civitas. 97  
 Momentum, pro motu. 228. a  
 Monarchia vera initium unde numerandum. 243. a, b  
 Mons Claudius, aliàs Alma. 294. b. ejus situs. 295. a  
 Mucius juris scientia clarus. 81  
 Mucianus Antonium opprimit. 200. b  
 Mummius consul Achaico bello gerendus destinatus. 46. Corinthum funditus diruit. 49. Achaicus didius. ibid. & 328. homo novus & rudis. 49. 50  
 Muralis corona, que? 47. b  
 L. Murena & Fannius Cæpio occidenti Augusti consilia inveniunt. 255. auctoritate publica oppressi. ibid.  
 Mutina, quondam Romanorum colonia. 198. b

Myce-

Mycenæ Agamemnon in Creta statuit. 5  
 Mylæ, Sicilia urbs. 231. b. quomodo hodie nominata. ibid.  
 Myrina ab Æoliis condita. 19  
 Myuns ab Ionibus condita. 18

N.

Narbonem Marcium in Gallia deducta colonia. 57. 79  
 Naso, Poeta. 138  
 Navigia Germanorum. 281. a, b  
 Nampertus oppidum & fluvius. 288. a, b  
 Neapolis à quibus condita. 16. ejus in Rom. fides. ibid. dicta, quasi nova urbs. 16. a  
 Neapolitani Casaris Augusti honori athenarum certamen sacravere. 318  
 Nepe colonia deducta. 52  
 Nepe, an Neper scribendum. ibid. b  
 Neptunia colonia. 57  
 Nero Claudius Reipubl. restitutus. 227  
 Tib. Nero, vide Tiberius.  
 Nestor. I. cæjus filius. 3. a. jam senior ex Pylo Trojam venit. ibid. per tres sæculis vixit. ibid. Rex Pyli. 3. b  
 Nicomedes Bithyniam P. Rom. testamento relinquit hereditariam. 69. 143  
 Ninus & Semiramis Babylona condiderunt. 23  
 Ninus quotus Assyriorum Rex. 28. a  
 Nobiles, qui? 49. a. ut differant à novis & ignobilibus? 327. a, b  
 Nola à Tuscis quando condita. 29. obfideatur. 48. Picentinorum in Italia urbs. 318. b  
 Norbanus à Sulla acie victus. III  
 Norici olim Taurisci vocati. 285. a. à Ti. Casare debellati. 144  
 Noricum, Germania regio. 284. b. situs. 285. a. Beyer, sive Bavaria nunc dicta. ibid. Mediterraneum & Ripense. ibid.  
 Novi, qui? 49. a. 326. b. 327. a, b  
 Nullum nomen, pro Nemo. 212. b  
 Numidia à C. Casare facta provincia. 143

O.

Obsidionalis corona, que? 47. b  
 Oflavia, soror Augusti, nubis Antonio. 228

Cn. Octavius Perso, ut se Romanorum fidei committeret, persuadet. 39. triumphat. 40  
 Octavius, Cæs. vir lenissimus, jussu Cinnæ interficitur. 104  
 C. Octavius, Octavii Casaris pater laudatur. 191. decessit ad petitionem Consulatus moritur. ibid.  
 C. Octavius Macedoniam sortitur. 191. a  
 Apolloniam in studia missus. 192. à C. Casare adoptatus. 191. equestri familia genitus. ibid. ejus laudes. ibid. adit hæreditatem Casaris. 193. ejus Romam intrantis, super caput curvatus equaliter rotundansque in colorem acui, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, consecutus est. ibid. primum à Calatia, mox à Cassilino veteranos paternos excitat. 197. à senatu equestri statua honoratur. 197. bellum cum Antonio gerit. 198. ejus circa Mutinam virtus. ibid. se cum Antonio, orantibus exercitibus jungit. 204. Consulatum inquit pridie quam xx. annos impleret. ibidem. quando natus. 204. b. ejus crudelitas contra prescriptos. 205. b. cum M. Bruto Casares quoque circa urbem Philippus acie concurrunt. 214. Italiam tumultuosorem, quam servaverat, reperit. 221. ducta, auspiciis omnibus, Livia uxore, Pompeio Siciliaque bellum inferre. 230. ejus classis majorem partem vis Africæ dilacerat ac differt. 231. Antonium circa Aetium classe vincit. 239. 240. & seqq. victor bellorum civilium in urbem redit, & Reipubl. ordinat. 249. & seqq. DiClaturam recusat. 251. Perusum expugnat. 222. L. Antonium involutum dimittit. ibid. ejus in Illyrico Dalmatiaque expeditiones. 228. fortitudo in exuendo Lepidum exercitum. 232. victor in urbem revertitur. 234. Apollini templum extruit. 235. ejus erga viros Antonianos clementia. 242. 243. Pater Patriæ dictus. 318. b. Reliqua vide in Augusti.

Offensionum femina, inter Agrippam & Marcellum, unde? 257. a  
 Ofla Lucrctius, ante Marianarum per-

num,



ciam, deinde prator ad Sullam trans-  
fugit. 116. contra mandatum Sulle  
magistratum petens occiditur. 116. b  
Ο'λιζαρρως, quis? 123. a  
Olympici certaminis initium. 30  
Olympicum, an Olympicum legend. 40. b  
Opimianum vinum celeberrimum, a Cos.  
Opimio sic dictum. 78  
L. Opimius C. Gracchum & Fulvium  
Flaccum morte afficit. 75. cur publico  
iudicio damnatus? 77. b. ejus laus. 78. a  
Opis aedes. 195  
Oratorem Argos, Thebae, Sparta, nullum  
habere. 62  
Orestes Aegisthū cum Electra favore ab-  
truncat. 5. ejus & Electrae factum a  
Diis comprobatum ib. vixit annis xc.  
ibid. regnavit annis lxx. ibid. se a  
Pyrrho virtute vindicavit. 6. Pyrr-  
hūm Delphis interfecit. ibid. quot  
annos regnaverit? 5. b. 6. a. es quis  
successerit. 6. b. 7. a. quot anni illi tri-  
buendi. 7. a. ejus liberi ab Heraclidis  
exclusi, sedem cepere circa Lesbum. 11  
Orobazus legatus Parthorum, a Rege  
Parth. occisus. 108. b  
Orades rex M. Crassum interimit. 160.  
quot filios habuerit. 254. a  
Ostia, urbs Hispania. 123. a. Sertorio occiso  
in potestatem venit Romanorum. 123. b  
vicinia Cumanos ritus mutat. 16  
Ostia, urbs. 258. a  
Othonis Roscii lex theatralis. 129  
Ovatio & Triumphus ut differant. 263. a

P.

Pacorus Parthorum regis filius, ductū  
Ventidii interimitur. 228. 254. b  
Pacuvius in Tragædiis clarus. 81  
Pactum colonia deducta. 53  
Palæopolis ubi sita fuerit. 16. a  
Palilia, sive Parilia sacra, quæ? 35. a  
Palinurus, promontorium. 231. a  
Pandarus (potius Pindarus) Cassii liber-  
tus. 216. a  
Pannoniam Ti. Caesar Rom. imperio ad-  
dit. 144. rebellat. 287. pacem petit. 300  
Pannonia quotuplex. 262. b  
Pannonicum bellum quando inchoatum.

261. per Tib. Claud. Nevonem gestum.  
ibid.  
Pansa Hirtiique consiliū. 187  
Papius Mutilus, Italicorum dux. 93  
Partis a C. Cassio ex Syria fugati. 161.  
a Romanis desciscunt, & Armeniam  
adjuvant manum. 267. eorum Rex  
signa Romanis adempta Augusto re-  
mittit. 254  
Partibus notare, quid? 140. b  
Passieni civitas. 304  
Patra per M. Agrippam capta. 140. ci-  
vitas in Achaia prope Olinum. 240. b  
Patres a Romulo electi. 36  
Patricii, unde sic dicti? 36  
Paulus ad Cannas casus. 38  
Paulus Æmilius quanto pretio a Cesare  
corruptus. 168. a. vide Æmilium Paul-  
lus.  
Paulus M. Lepidi triumviri frater pro-  
scriptus. 207  
Pax Brundisina. 225. Misensensis. 226.  
Augusta. 324  
Pedia lex adversus Casaris interfectores.  
213  
Peditum genera in Legione quot? 228. b  
Pelagii Athenas commigrant. 12. vaga  
& migrationibus dedita gens. 12. a  
Pelopis progenies pulsus Heraclidis Pelo-  
ponnesi imperium obtinet. 8. ab Her-  
culis progenie expellitur. 9  
Peloponnesi Megaram condidere. 11  
Pentibulus & Tisarchus, Orestis filii, post  
patris obitum regnare triennio. 6  
Pentibulus, non Penthelus scribend. 6. b  
Peregrinus, quis? 327. b  
Pergamum, sive Περραιβος a viro Per-  
gamo dicta. 5. a. describitur. 142. a.  
ejus Reges Attalici dicti. ibid.  
M. Perperna Arifonicum vincit. 69.  
Consul antequam civis. 69. b. Ser-  
torium inter cænam Eleosca interimit.  
123  
Persaverum potiuntur. 28  
Persus a Paulo devictus. 39. a. Macedo-  
nia in Samothraciam fugit. ibid.  
a Paulo in triumphum ductus. ibid.  
in libera custodia Albe decessit. 42  
Persia ad Octavianum expugnata. 222. in-  
ibid.  
Petreius

Petreius Pompeii legatus. 165  
Pharnaces Medus Sardanapalum occi-  
dit. 23. 24. Ponticum regnum juresti-  
pendiarie administravit. 145. a. a  
C. Cesare victus. 182  
Pharsalia regio. 177. a  
Pharsalia acies. 177  
Pharum Iones occupant. 18  
Phidippus Ephyram in Theßprotia occu-  
pat. 4  
Philemon, comicus. 59  
Philippi, urbes, gemini. 214. a, b  
Philippus devictus. 28  
Philippus vitricus Octavii. 194  
Phocæa ab Ionibus condita. 18  
Phruates Parthorum rex. 270  
Φυσιονωδουεϊν, quid? 109. a  
Picenum Italia regio. 205. a  
Pindari o Thebas illuminavit. 62  
Pimetes Pannonum dux. 288. 300  
Piraticum bellum. 126  
Pirusta, populi ad extimam Dalmatiae,  
juxta montem Scardum, siti. 303. a  
Pisaurum coloni missi. 55  
L. Piso Thracas comprimit. 265. laudat-  
ur. ibid.  
M. Piso uxorem dimittit in Sulle gra-  
tiam. 149  
Placentiam deducta colonia. 54  
Plancus describitur. 201. b. 202. a. im-  
petrat ut frater ejus Plancus Plotius  
proscribatur. 207. Antonianarum ad-  
jutor partium. 222. Eulyiam fugien-  
tem comitatur. 224. scelera, & fuga  
ad Octavianum. 237. 238  
Plastice, statuaris species. 60. b  
Plato. 59  
Plebei, pro plebi. 154. b  
Pollus Æninus. 137. ejus clarissimum  
bellum adversus Sex. Pompejum. 220.  
præclara circa Alinum, aliaque Ven-  
etia urbes gesta. 224. Domitium An-  
tonio jungit. 225. dictum & factum  
memorable. 244  
Pompejorum familia quot? 103  
Pompejum magni nominis virum, pri-  
mum a Pompejo consulem, Numan-  
tini ad turpissima deduxere sædera. 64.  
eum, quomodo gratia impunitum ha-  
buerit. ibid. Mylenensis restituit liber-

tatem in unius Theophrasti gratiam. 67  
Pompejus, collega Sulle ab exercitū  
Cn. Pompeji interfectus. 101  
Cn. Pompejus, Cn. Pompeji Magni pater  
Imp. Rom. bello Italico. 90. laudatur  
& describitur. 102. magno atrocitate  
prælio cum Cinna configit. 103. obit.  
ibid.  
Cn. Pompeji junioris præclara gesta, lau-  
dis, quaque familia genitus. 121. &  
seqq. adhuc equis R. curru urbem in-  
vectus. 124. tribuniciam potestatem  
restituit. 124. ei bellum piraticum ple-  
nissimam cum potestate decevitur. 126.  
ei uni totius terrarum orbis imperium  
delatum. ibid. terrarum orbem prædo-  
nibus liberat. 129. piratas vincit ac  
fugat. 129. ei a L. Lucullo interminata  
cupiditas imperii obijcitur. 131. nun-  
quam quenquam animo pavem tulit.  
132. ejus victoria adversus Mithrida-  
tatem. 138. Armeniam intrat. 139.  
omnium gentium quas adit victor.  
145. ejus insignes per biduum trium-  
phi. 146. ejus reditus favorabilis. 145.  
a, b. quantum in publicum ævarium  
intulerit. 146. a. ei, an corona laurea,  
an aurea decreta sit. 147. a. tot habet  
triumphos, quot sunt ora partisque  
terrarum. 147. b. Iuliam Casaris fi-  
liam ducit uxorem. 154. a. tertium  
Consul solus. 163. maxime a C. Ca-  
sare alienatus. ibid. ejus filii parvus  
Iulius natus obit. 163. pro eo agrotante  
primò omnium vota suscepta. 165,  
166. Dyrrachum transfudit. 172.  
Dyrrachium obsidet. 175. victus Æ-  
gyptum petit. 179. interfectur. 180.  
post mortem viget. ibid. laudatur a  
Cicerone. 180. a  
Cn. Pompejus, Pompeii filii. interfectur  
in Hispania. 182, 183  
Sex. Pompejus Siciliam occupat. 210. ad  
eum proscripsi confluunt. ibid. descri-  
bitur. 220  
Sex. Pompejus prædationibus & latro-  
cinis mare infestat. 221  
Sex. Pompeii cum Casare & Antonio  
pax. 226. ejus dictum. 227. ei Sici-  
lia Achaiaque in pacis federe con-

cessa.



cessa. *ibid.* omnibus proscriptis, alijs-  
 que qui ad eum fugerant, reditum sa-  
 lutemque pacificatur. *ibid.* Statium  
 Muricum, infimulatum falsis crimina-  
 tionibus, occidit. 227. omnibus pœne  
 exutus navibus *Asiam* fugâ potest. 231  
 jussu M. Antonii à Titio jugula-  
 tur. 232. & 246. in oppido Midaio,  
 an Mileti jugulatus. 232.a  
 Pompiianum regnum quot annorum fuerit.  
 141.b  
 Pompeii equitis R. singularis in C. Grac-  
 chum fides. 76. an Historicus fur-  
 rit? 82.a,b  
 Pompeii triumphus apparatus ex acantho.  
 184  
 C. Pontidius, Italicorum dux. 93  
 Pontius Tullius, Samnitium dux, ad  
 portam Collinam cum Sulla dimicat.  
 115. moritur. 116  
 Pontus & Syria Cn. Pompeii virtutis  
 monumenta. 142  
 M. Pollius Lenax legatus. 41. damna-  
 tus. 78  
 Porta Collina, quomodo alias dicta, &  
 ubi sita? 115.a  
 Porticus Metelli ad circum Flamini-  
 um. 64.a  
 Postumii Albini aspera censura. 42  
 Potentiam colonia deducta. 55  
 Praefecti castrorum officium. 297.a. &  
 313.a,b  
 Praeparatus, substantivè, pro *παρα-  
 ορδόν*. 225.a  
 Priene ab Ionibus condita. 18  
 Prisci ad cenam sedebant. 300.a  
 Privigna Antonii desponsa Casari. 204  
 Procinctus miles, quis? 73.a,b  
 Procles & Eurysithes filii Aristode-  
 mi. 9.a. Sparta potiuntur. *ibid.*  
 Proscriptio Sullani exempli malum. 205  
 Proscriptorum liberi ad jus dignitatis re-  
 vocati. 152  
 Provincia, quid? 293.a  
 Pseudophilippus armis occupat Macedo-  
 niam. 43. a Q. Metello superatus. *ib.*  
 etiam Andriscus dictus. 43.b  
 Ptolemaeus Cyprî rex, sub adventum Ca-  
 tonis, vitâ suâ vim infert. 158  
 Ptolemaeus, Rex Aegypti. 41.a

Publicola Sosioque Antonii classis regi-  
 men commissum. 242  
 Pueri nobiles quamdiu pratexta induit.  
 42.a  
 Pullatus, quid? 173.a  
 Putulos coloni misit. 55  
 Pydna, urbs. 38  
 Pylus in Peloponneso triplex. 3. b. quæ  
 genuina Nestors fuerit? *ibid.*  
 Pyrræum, portus. 106.b  
 Pyrrhus Epyrum occupat. 4. Delphis in-  
 terfectus. 6. quando regnare cœperit. 53

**Q**uadrantem creditoribus solvi jussit  
 Flaccus. & quid quadrans. 106.a  
 Quinctius Crispinus adulter Juliae. 268  
 Quinctilius Varus moritur. 218

## R.

**R**abirius, Poëta. 137  
**R**adiatum caput divinitatis signum.  
 193.b  
 Rafite argentum, quid? 183.b  
 Randii campi. 87  
 Redigere in formulam provinciæ, quid?  
 140.a  
 Refrigerari ab aliquo, quid? 238.a,b  
 Regnum propter Tarquiniorum tyranni-  
 dem, instituto Valerii, quasi in perpe-  
 tuum exitum relegatum fuit. 251.b  
 Regulus primus in Africam transiecit  
 exercitum. 140,141  
 Retinere, pro, tenere. 175.a  
 Rhetiam novam provinciam Ti. Casar  
 Romano subjunxit imperio. 144. du-  
 plex, Prima, & Secunda. 26.a  
 Rhetii, populi, eorumque situs. 260.a  
 Rhascupolis Cotym intremis. 319  
 Rhodii fortunam expectant. 37. eorum  
 in Romanos adversus Mithridatem  
 eximia fides. 97  
 Rhodus capta. 213  
 Rhometalces Thracia rex. 295  
 Roma à Romulo quando condita. 32.a  
 34.a,b  
 Romana lingua Pannoniis nota. 229.b  
 virtus. 296  
 Romani antiqui in propatulo epulaban-  
 tur. 90.a

inr. 90.a. quem auctorem generis sui  
 habebant. 148.b  
 Romuli avo quod nomen fuerit? 35.b  
 pro Rositri vitâ defuncti gesta depra-  
 candi ritus. 46.a  
 Rubico, flumen. 172.a  
 Rufus Egnatius; vide, Egnat. Ruf.  
 Rufi Salvidieni scelerata consilia patefa-  
 cta. 225. jugulatus. 225.b  
 Rutilius, Historicus. 82. repetundarum  
 damnatus. 88  
 Rutilius Cos. damnatus. 78. bello Ita-  
 lico occisus. 95

## S.

**S**abinia sine suffragio data civitas. 53.  
 quod additur. 54  
 Sacerdos Augusti Livia. 223.a  
 Sacerdotes collega sufficiebant, mox Do-  
 mitia lege populus. 86  
 Sacra Cerealia. 15. bona Deæ, sive Sacra  
 Opertanea. 156.a  
 Sacripotus, locus circa Præneste. 113.a  
 Sacrovir Galliarum princeps Romanis  
 bellum infert. 330  
 Sagum, quid, qui & quando uteban-  
 tur? 95.a,b. ejus tria genera. *ibid.*  
 Salamis à quo condita? 1. urbs Cyprî. 4. a  
 quando & à quibus deleta. 4.b. Fa-  
 magosta hodie dicta. *ibid.*  
 Salernum coloni misit. 55  
 Sallues à Sextio Calvino devicti. 56  
 Sallues, Sallues, an Salyes scribendum?  
 56.b  
 Sallustius, Thucydides amulus. 137  
 Salvidianus. 192. ejus scelerata consilia  
 patefacta. 225  
 Samnitium parti data civitas. 52  
 Samos ab Ionibus occupata. 18. quomodo  
 ante dicta. 39.a  
 Samothracia, asylum. 39.a  
 Sardanapalus à Pharnace Medo imperio  
 vitæque privatur. 23, 24  
 Sardanapalus, an Sardanopallus legen-  
 dum? 22. b. unde derivatum? *ibid.*  
 quotus à Nino & Semiramide. 23.b  
 Sardinia, quando receperit certum impe-  
 rii jugum. 141  
 Saticulam deducta colonia. 53

Saturninus Appuleius à Mario morte  
 multatus. 87  
 Saxa, Antonii legatus, an sibi manus in-  
 tulerit. 228.a  
 Saxum Tarpeium: & qui ex illo preci-  
 pitabantur. 108.b  
 Scævola pontifex Max. à Damocle  
 occisus. 115  
 Scalmus, quid? 152.a  
 Scaurus, orator. 81  
 Scaurus & Arelis à Cimbris trucidatus.  
 86  
 Scipio pavor potentia Romanorum, po-  
 steriori vitæ viam aperuit. 63  
 Cn. & P. Scipiones primi omnium in  
 Hispanias duci exercitus. 142. *ibi*  
 dem etiam periere. 253  
 Scipio orator. 60  
 Cn. Scipio, Africani patruus. 253  
 P. Scipio, Africani filius. 42. Metelli  
 inimicus. 45.b  
 P. Scipionis Emilianus laudes. 46. consul  
 creatur. 47. Carthaginensium bellum majore  
 vi infert. 47. eam funditus exci-  
 dit. 48. in Hispania murali, in Africa  
 obsidionali corona donatus. 47. libe-  
 rali studio auctor, & admirator.  
 49. intervalla negotiorum otio ele-  
 gantissimè dissumxit. 50. Numantiam  
 delet. 70. de Tiberii Gracchi cade à  
 tribuno Carbone interrogatur. 71. ejus  
 dictum. 72. mors indignissima. *ibid.*  
 numeratur inter oratores. 81  
 P. Scipio Emilianus Africam redegit in  
 formulam provinciam. 141  
 Scipio Nasica porticus in Capitolio molli-  
 tur. 62. quando. 63.b. Tib. Grac-  
 chum opprimit. 66  
 Scipio Asiaticus cum Norbano ab exercitu  
 suo desertus, inviolatus à Sulla di-  
 missus. 111  
 Scipionum amici Lælii. 325  
 Scipiones eodem anno adilitatem admi-  
 nistrarunt. 80.b  
 Scipio aduiter Iulie. 269  
 Sciscere, sive Scitum, verbum proprie  
 plebis. 126.a  
 Scordisci à Ti. Casare devicti. 144. Pan-  
 nonia inferioris populi. 80.b. 81.a  
 Scribonia Iuliam filiam suam in insulam  
 relegit.



velegatam comitata voluntarii exitii permanet comes. 270	Silo Poppadius Italicorum dux. 93
Scylacium deducta colonia. 57	Silvanus Plantius. 295
Seditio exercitus quibus causis orta, & quomodo discussa. 233.a	Simplicitas, pro univesa virtute, & prisca morum integritate. 219.a
Segetes Varo conjuratos indicat. 308	Sinuessam deducta colonia. 53
Sege, sive Stige, vocabulum veteribus Germanis victoriam denotans. 398.a	Siscia, urbs. 299
Seianus. 304. laudatur & describitur. 326	Sistenna, Historiarum auctor. 82
Seleucia plures. 160.b	Smyrna, a quo condita? 18.b. urbs in Ionia. 211.a
Semiramis cum Nino Babylona condidit. 23	Societas potentiae inita inter C. (Cassarem, Cn. Pompeium, & M. Crassum. 153
Semnones Suevorum vetustissimi. 180.b	Socrates. 93
Sempronius Gracchus adulter Iulia. 269. ab hoc facinus relegatur in insulam. 269.a	Somnium Artorii medici: ibidemque de somniis varia. 215.a,b
Senex exoletus, quis? 120.a	Sophocles, tragicus. 58
Sentius Saturninus Rcip. restitutus. 227. ejus factum praeclarum. 255, 256. describitur. 278, 279, 285	Soram deducta colonia. 43
Sertorianum bellum. 125	Sofii (sive ut alii Soffii) duo fuerunt in Antonii castris. 242.b. describuntur. ibid.
Q. Sertorius exarmatus, dimissus incolomis à Sulla. III. à Perperna interceptus. 123. Hispanico bellis illustratus. 254. quot annos bellum eo duce gestum. 254.a	Sosio Publicolaeque Antonii classem regimem commissum. 242
Servilia, Lepidi uxor, devorato viro igni, moritur. 248. an, mortua vel spreta Antonia, junioris Lepidi uxor fuerit. 248.b	Spartacium bellum. 125
Servilius Glaucia à Mario morte multatus. 87	Spartacus fugitivorum dux. 125
Servilii duo apud Clussum pro Sulla viros. 117	Spoletium deducti coloni. 54
Servius praet. ab Aesculanis occisus. 91	Stagira in Aristotelis gratiam excitata. 98.a
Servus publicus, quis? 100.a	Statianus, M. Antonii legatus. 235
Setina colonia deducta. 52	Statilius Taurus, Augusti praecipuus amicus. 325
Sex tua aquae. 56	Statius Mureus. 211. cum omni commissis sibi parte exercituum naviumque Sex. Pompeium petit. 219. insimulatus falsis criminatiombus à Pompeio occiditur. 227
Sexius Calvinus Sallues devicit. 56	Statuanum equestrium turma Romam delata. 43
Sicilia, quando in Romanorum potestatem redacta. 251.b	Status, quid? 66.a
Sigimerus, nomen, unde deductum? 308.a,b	Stipendium ignavum. 143.a
Signa Legionum varia. 295.b. 296.a. si excellentem facile sequantur, quid portendant? 161.a	Strabonius, Pompeii patris, cadaver multum ignominie affectum. 103.b
Silianus à Cimbris fusus. 86. Rcip. restitutus. 227	Strato Aegaeates, Brutifamiliaris. 216
P. Silius. 254	Subsignum, quis? 190.a
	Sulla Apsio provincia sorte obvenit. 48. Nolam occupat. ibid. Mariam cum filio & P. Sulpicio, lege lata, exules facit. 98, 99. victor Athenas recipit. 106. transgressus in Asiam Mithridati victo leges imponit. 107. ei quid magi ex corporis notis responderint? 109. revchitur in Italiam. ibid. iustis legibus

Regibus & aequis condicionibus bellum componere tentat. 110. Scipionem Norbanumque Coß. superat. ibid. Q. Sertorium exarmatum incolumem dimittit. III. grates Diana solvit. 112. dissimilis bellator ac victor. 111. in coadulescens ac divesissimi animi exemplum. III.b. mortuo Mario (Marii VII. Consul filio) Felicis nomen assumpsit. 116. felicitatem dicit, quo pulsus Samnitium Telesinique exercitus, perpetua ludorum Circensium honoravit memoria. 117. dictator immodica crudelitatis. 119. exemplum prosperationis invenit. ibid.	73.b
P. Sulpicii turbulentia contra Sullam pro Mario, lex. 98. Q. Pompeii Consul filium interfecit. 98. in exilium mittitur. 99. ab Equitibus in Laurentinis paludibus jugulatur. ibid. inter oratores referitur. 81. 137	189
Suspectus, quid? 137.a	175.a
Sutrium deducta colonia. 52	Teucer non receptus à Patre Telamone. 1. Cyprium appulsus Salamina conflictavit. ibid. Iovi Salamino templum posuit. 3.b. cur à Patre non receptus. 4.b
Sutrium, an Satrium scribend. 52.a	Teutoni, Cimbrigi uRbenum transcendunt. 80
Suessam deducta colonia. 53	Teuconum gens excisa. 87
Syracuse, potentior Corintho, urbs. 90	Theatri dux. 324
Syria, facta stipendiaria. 139	Theophanes. 97
Syria Pontisque Cn. Pompeii virtutis monumenta. 142	Thestrotia, Epiri regiuncula. 5.a

Suspensus, quid? 137.a	Thessalia, unde dicta? 12. prius Myrmidonum vocitata civitas. ibid.
Sutrium deducta colonia. 52	Thessali ab Herculis filio non sic dicti. 13. causa. ibid.
Sutrium, an Satrium scribend. 52.a	Thestalus Thestrotius, eam regionem, quae nunc ab ejus nomine Thessalia dicta, armis occupat. 12
Suessam deducta colonia. 53	Thracicum bellum. 265. L. Pisenis virtute compressum. ibid.
Syracuse, potentior Corintho, urbs. 90	Thurii, urbs. 209.b
Syria, facta stipendiaria. 139	Thyrsus, quid? 237.b
Syria Pontisque Cn. Pompeii virtutis monumenta. 142	Tib. Claudius Nero, Tib. Caesaris pater, describitur. 222. bellum in Campania ciet. ibid.

T.

T. Titum; Ti. Tiberium denotat. 526.a	Tiberius Nero laudatur. 257. difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam moderatur. 258. in Orientem mittitur. 259. Armeniam in Populi Romani potestatem redigit. ibid.
Talchibius praeco Agamemonis. 5.a	Cum fratre Druso Claudio Rhetos Vindelicoque aggreditur. 259, 260.
Tarentum deducta colonia. 57	Pannonicum bellum gerit. 262. cyanus triumphat. 263. in eum moles Germanici belli transfata. 264. Germaniam domat. ibid. Rhodum cur secesserit. 266.a,b. Rhodo Romam reverfus ab Augusto adaptatur. 275. mittitur in Germaniam. 276. Marcomanos aggreditur. 287. ejus erga milites amor & cura. 299. 300. Pannoniam pacat. 300. in Germaniam mittitur. 312. ex Pannoniis Delmaticisque agit triumphum. 315. recusat Principatum. 319. consecrat patrem Augustum. 323. Sejanum Aetium in-
Tarpeium saxum. 108.b	323
Tarracinam deducta colonia. 53	323
L. Tarutius Firmianus. 35.a	323
Tauromenia, Sicilia colonia, à loco, Taurus olim dicto, sic vocitata. 231.b	323
Taurus exercituum C. Octavii contra Antonium regit. 242	323
Tegea, à quo condita. 5.a	323
Telamon, Tencri Pater. 1	323
Telesinus Pontius, Italicorum dux. 93	323
Temenus. 9	323
Tenos occupatur ab Ionibus. 18	323
Terentius, comedia. 59	323
Tergeste, oppidum. 288.b	323
Testamentum in precinctis facere, quid	323



INDEX RERUM AC VERBORUM.

ter amicos precipuum habet. 326. *ejus*  
 Principatus forma. 328. usque 333.  
 patri templum molitur. 331  
 Tib. Gracchus an colonias deduxerit. 66. b  
 Tibullus Poëta. 138  
 Tifata, mons. 112. a  
 Tigranes à Lucullo victus. 131. 139. se  
 cum filio supplicem Pompejo dedit.  
 139. an Mithridatis gener vel socer  
 fuerit? 138. b  
 Timi centurionis factum memorabile.  
 216. & 216. a.  
 Titius transfugit ad Octavianum. 239  
 Toga virilis quo anno sumebatur. 247. a  
 Togata comœdia Romanor. palliata Grae-  
 cor. 81. b  
 C. Trebonius consiliarius conjurationis in  
 Casarem. 186. Smyrnae occiditur.  
 211. 246  
 Tribuni prius creati è plebe, deinde è Se-  
 natoribus. 292. a, b  
 Triumphus apparatus, ex citro. 183. ex  
 acantho. 184. è tessudine. ibid. ex  
 ebore. ibid. ex argento rasilii. ibid.  
 Tullius eloquentium princeps. 60  
 Tusci Capuam Nolamque condunt. 29  
 Tusci harnspex. 77  
 Tyria classis. 11  
 Tyrrhenia, regio. 66. a  
 Tyrrhenus & Lydus fratres. 6  
 Tyrrheno fors decedendi contigit. 6. loco  
 & inculis & mari nomen dedit. 6  
 Tyrrhenum mare, unde sic dicitur. 6. b

V.

Vala Numonius, Vari legatus. 311  
 Valentinus dicitur colonia. 54  
 Valerius Antias, Historicus. 82  
 Valerius Flaccus in Marii locum sufficiens  
 Consul. 106. *ejus turpissima lex.* ibid.  
 à C. Flavio Fimbria interfectus. 107  
 Varus acie ablatas. 183  
 Varus Quintilius liberti manu, quem id  
 facere coegerat, jugulatur. 218  
 Varus Quintilius in Germania caditur.  
 305. describitur. 306, 307. *ejus cladis*  
*origo, causae, series.* 307, 308. &  
 seqq. seipse transfugit. 311. *ejus caput*  
*abscissum fertur ad Maroboduum, à*

Marobodu ad Cas. 312. *vir bona vo-*  
*luntatis; sed malus dux.* 314  
 Varro. 137  
 Varro in partibus Pompejanis. 217. a, b  
 Vatini deformitas & turpido ingenii.  
 212  
 Velia, oppidum, olim Helia. 231. a  
 Velleio quod praenomen fuerit? 1. a, b  
 C. Vellejus, avus Velleii, describitur.  
 224. se ipse transfugit. ibid.  
 Venetia ab Asinio Pollione diu in Anto-  
 nii potestate retenta. 224  
 Ventidius in triumpho ductus. 205. Con-  
 sul triumphat. ibid. Labicnum, Par-  
 thos, Pacorumque Parthorum regio si-  
 lium extinguit. 228  
 Venusiam colonia deducta. 53  
 Vertex, quid? 57. b  
 Vestia. 333. b  
 Vexillarii, qui? 289. b  
 Vibillius ob turpem ex acie fugam fuisse  
 percussus. 228  
 Vienna urbs, *ejusque situs.* 314. b  
 Viennensium dissensiones. 314  
 Villa publica, locus quis? 120. b  
 Vindelicia, regio, *ejusque situs, & de-*  
*scriptio.* 260. a, b  
 Vindelici à Tio Casare devicti. 144  
 M. Vinicius, an Vinucius legendum? 2. a, b. quod ex fuerit cognomen. 2. b  
 M. Vinicii consulatus. 22. b  
 Virgilius, carminum princeps. 137  
 Viriathus, dux latronum in Hispania. 64.  
 quomodo à Servilio Capione interem-  
 ptus. ibid. a. *ejus contumeliosum bel-*  
*lum.* 253. quot annos duraverit. 253. b  
 Visurgi, st. Germania. 278. b  
 Vitis, Centurionum insignis. 216. a. Rom.  
 militum in delictis poena. 229. a, b  
 Vivus ignis, pro ardens. 249. b  
 Volaprosalute Principum quando suscipi  
 solita. 166. a, b  
 Utica à Tyria classe condita. 11  
 Vulso Manlius Gallo - gratiam perdo-  
 mnit. 143

X.

Xerxes Persarum Rex in profundum  
 pedicas aureas jecit, Neptunum  
 se alligare dicentans. 237

F I N I S.

